



Opus

Diui. G. Dionysii



Car.



† IHS

BIBLIOTECA DE LOYOLA.

Sala
Estante
Pluteo

1.7
4

383

7/10



9-1-38

37.8.

BEATI

DIONYSII

AREOPAGITAE

MARTYRIS INCLYTI

Athenarum Episcopi, &

Galliarum Aposto-

Escritura li opera, *de Loyola Jul' 2^a 1788*

Cum scholiis in librum de Ecclesiastica Hierar-
chia, à Ioachimo Peronio conversa.

Hiscce accessere sanctissimorum patrum
D. Ignatij Antiochiæ Archiepiscopi, atq;
Polycarpi, & Marcialis Apostoli epistolæ.

Præterea Vincentij Lirinensis liber aduer-
sus hærescon novationes.




I
N
V
I
R
T
V
I
E,

I
N
F
O
R
T
I
T
V
A,

LUGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium.

1585.



CARDINALE
VINDOCINENSIS

PRINCIPI, IOACHIMI
Perionius Benedictinus
Cotmeriacenus,
S. P. D.




Non sum nescius, Cardinalis & princeps clarissime, multos esse miraturos, quid sit, quamobrem cum tam multi adhuc Dionysij Areopagita Atheniensis primum, deinde Parisiensis Pontificis, atque adeo Gallorum Apostoli, Opera ex Græcis ad nostrorum hominum cognitionem transtulerint, ego nunc demum eadem conuertenda susceperim. Itaque initio totius operis, quod facilioribus & æquioribus illis utar, eorumque facilius reprehensiones linguasque vitæ, causas,

EPISTOLA

quæ me & maximè & grauissimè
impulerunt, exponendas iudicauì,
Multi me quidem atq; in his Theo-
logi, cum in Aristotelis operibus
versantem animaduertent, Theo-
logum ab humanis ad diuinas lite-
ras tractandas conuertendâsque sæ-
pè iam tum reuocare studuerunt:
meque, quem lucem illius obscu-
ris sententiis attulisse intelligerent,
vt idem in Dionysij huius ope-
ribus præstarem, præsertim cum
& obscurè essent conuersa, & res
hæc illa me esset dignior, horta-
bantur. Ego qui me in varias iam
hominum reprehensiones, quòd
Aristotelis opera à multis conuer-
sa noua interpretatione explicaf-
sem, incurrisse sentirem, in aliis
potiùs, quæ nondum translata e-
rant, libentius operam studiùmque
postea positurum me esse respon-
di. Quod institutum diligenter, stu-
diosè

NVNCPATORIA.

diosq; persequentem me, quem
admodum Iustinus martyr, & Ori-
genes, vt alios præteream, argu-
mento esse possunt, tum volun-
tatis tuæ interposita auctoritas pau-
lùm quasi de via deflectere, coëgit.
Tanti enim ponderis non solum
apud me est, sicuti certè esse debet,
verùm etiam apud omnes bonos,
propter summâ & Vindocini prin-
cipatus claritatem, & diuinarum li-
terarum doctrinam, quæ in te sita
maximam istam tuam Ecclesiasti-
cæ præfecturæ dignitatem ornat,
vt certatim omnes tibi, qui non ni-
si iusta petere & iubere potes, satisf-
facere ac parere & velint, & se de-
bere fateantur. Atq; eo me liben-
tius adduxit voluntas tua quòd cum
multorum aliorum, tum Scauri
Theologi sermone te huius operi-
bus tantum tribuere auctoritatis
intellexi, vt secundum diuina illa



EPISTOLA

Scripta, quæ veteris ac noui Testamenti nomine feruntur, plurimum iis legendis temporis imperias. Quod tu mihi quidē certē iure ac meritō facere vidēris. Est enim is Dionysius, qui cū Paulum primum, deinde Hierotheum, quos sæpè honorificè honorisque causa vt scis, nominat, audisset, ea ferè omnia, quæ de mysteriis, ceremoniis & institutis religionis nostræ vsque ab illis temporibus Ecclesia & dicit, & sentit, ab Apostolis accepta, vt ipse ait, nobis tradidit. In iis sunt, quæ in baptismo, quæ in Eucharistia quæ in Ecclesiasticis ordinibus, quæ in vnguenti, quod Chrisma vulgò appellamus, confectione, quæ in mortuorū sepultura seruantur. Quæ si huius atatis hæretici, sicuti debent, approbassent, profectò non se ab Ecclesia secreuissent, sed nobiscū de rebus

NVNCPATORIA.

bus ad disciplinā nostram pertinentibus, vnū idēmq; sentirent. Cōuer ti autem omnia eius opera quæ extāt, idest, De caelesti Hierarchia librum vnū, De Ecclesiastica Hierarchia librum vnum, De mystica Theologia librum vnū, De diuinis nominibus librum vnum, Epistolas decem. Scholia etiā in librum de Ecclesiastica Hierarchia, nondum à quoquā, quod scia, translata, quæ edita sunt Basilea in officina Heruagiana, cōuer ti. Hæc omnia tibi vni, qui hoc onus mihi imposueris, dicanda cē sui, & dico, vt tu vnus pro summa auctoritate, qua multis de causis vales, laboris quem iussu tuo suscepi, & approbator esse velis, & patronus optimus. Lutetiā quidē ad cœnobium Dionysianū vnā cū Andrea Duditio Pānonio iuvene, quē amo plurimū, me cōtuli, eo cōsilio primum, vt Dionysij insignis præ-



EPISTOLA

clarāq; antiquitatis op̄era, si possem, quemadmodum imperaueras, vtēda acciperē, quō emendatiōra hęc nostra cū illis collata ederentur: deinde si minū hoc ipsum impetrare possem, saltē ea viderem, atque tantum quantum per ocium, & Dionysianorū Benedic̄tinorū liberalitatē liceret, conferrem: nostram enim interpretationē atq; vulgata illius Græca op̄era portauerant: sed superius illud impetrare non potui. Quod quidem mihi tua, studiosorūq; hominū causa fuit molestissimū. Nam cū succisuis operis librum ipsum euoluens, conferēdis scholiis quæ a me, vt dixi, conuersa eduntur, eadem in eo, non ascripto auctoris nomine, atque alia in reliquos illius libros eiusdē auctoris scholia reperissem, nulla oratione consequi possum, quāto perē cupierim illa transferre, & ad te primū, deinde ad om

nes

NVNCVPATORIA.

nes laborē hunc nostrū gratiorem peruenturū esset sperare. Sed quoniam officium in eo efficiēdo quod & potui præstiti, & quod debui: peto à te maiorē in modū illustrissime princeps & Cardinalis, tēq; vehementer rogo, & obsecro, vt non minus probare velis hoc in te officium meū, me inuito, vt ita dicā, mācum & inchoatū, quā si plenē cum mularēq; tibi à me in eo præstādo satisfactū esset: præsertim cū si tua auctoritate hoc mihi in secūda editione cōcedatur, sicuti fore confido, hoc me opus, quod modō institui absoluturū esse pollicear. Nec verò hac in re tantum meorū in te officiorū perpetuāq; fidei & obseruātia testimoniū extabit, verū etiā in iis omnibus, quæ tibi grata fore intelligam. Vale illustrissime princeps & Cardinalis. Cormœriaci. V. Calend. Maij. M. D. LVI.

a s




INDEX LIBRORVM

ET CAPITVM OPE-

RIS HVIVS CAELESTIS

hierarchiæ B. Diony-
sij Capita.

- 1  Mnem diuinam illustratio-
nem, quæ propter bonita-
tem variè ad ea quæ prou-
dentia gubernantur, profi-
ciscitur, manere simplicem:
neque hoc solum, sed etiã vnum fa-
cere ea quæ illustrantur. caput primum.
- 2 Res diuinas, atque cælestes, aprè dissi-
milibus signis exprimi.
- 3 Quid sit Hierarchia, quæque ex Hie-
rarchia capiatur vtilitas.
- 4 Quid angelorum nomen significet.
- 5 Cur omnes cælestes essentia commu-
ni nomine angeli vocantur.
- 6 Quanam sit prima cælestium natu-
rarum descriptio, quæ media, quæ ex-
trema.
- 7 De Seraphim, Cherubim, & Thro-
nis, & de eorum hierarchia, quæ pri-
ma est.
- 8 De Dominationibus & potestatibus
ac de media eorum hierarchia.

9 De

- 9 De principatibus, Archangelis, &
Angelis, eorumque hierarchia, quæ est
vltima.
- 10 Repetitio & conclusio Angelici or-
dinis.
- 11 Cur omnes cælestes naturæ com-
muni verbo virtutes cælestes appellan-
tur.
- 12 Cur hominum pontifices Angeli di-
cantur.
- 13 Cur à Seraphim purgatus esse dicatur
Esaïas propheta.
- 14 Quid significat Angelorum traditus
numerus.
- 15 Quæ sint Angelorum imagines quæ
formantur, quid ignis, quid humana
species, qui oculi, quæ nares, quæ aures,
quæ ora, & cætera capitis.

B. DIONYSII ECCLESIA- STICAE HIERARCHIAE CAPITA.

- 1 **T**imotheo presbytero Dionysius
presbyter, quanam sit eccle-
siastica hierarchia traditio, & quæ il-
lius intentio.
- 2 De iis quæ in illustratione sunt.
- 3 Sacramentum collectionis siue com-
munio



- munionis.
4 Sacramentum illustrationis.
De iis quæ in synaxi perficiuntur.
Contemplatio.
Contemplatio.
6 De iis quæ in unguento fiunt atque perficiuntur.
Mysterium ritus unguenti.
Contemplatio.
Contemplatio.
Contemplatio siue intelligentia spiritalis Sanctorum Seraphim.
Interpretatio Seraphim.
7 De sacris ordinibus eorumque & virtutibus & actionibus.
8 De sacerdotum perfectionibus.
Contemplatio.
9 Mysterium consecrationum, quæ sacros ordines attingunt.
Contemplatio.
Contemplatio.
10 De ordinibus qui inchoantur.
Mysterium monasticæ consecrationis.
Contemplatio.
11 De iis quæ fiunt in iis qui obdormierunt.
Mysterium in iis qui sanctè dormierunt.
Contemplatio.

B. D I

B. DIONYSII DIVI-
NORVM NOMINVM
CAPITA.

- 1 **Q**uis libri finis, & quæ de diuinis nominibus prodita sunt.
2 De coniuncta distinctaque Theologia, & quæ diuina coniunctio sit & quæ separatio.
3 Sanctissimi Hierothei verba ex Theologicis elementis.
4 Quamnam sit vis orationis, & de beato Hierotheo de religione & conscriptione Theologica.
5 De bono, luce, pulchro, amore, mentis è statu suo dimotione, æmulatione: & malum nihil esse quod est, nec esse ex eo quod est, nec in iis quæ sunt.
Hierothei sanctissimi viri verba ex libro de amoris laudibus.
Eiusdem verba ex iisdem amoris laudibus.
Eiusdem verba ex amatoris hymnis.
6 De eo quod est, in quo etiam de exemplaribus.
7 De vita.
8 De sapientia, mente, ratione veritate, fide.
9 De vi, iustitia, salute, redemptione, in que



quo etiam de inæqualitate.

9 De magno, paruo, eodem, alio, simili, dissimili, statu, motu, æqualitate.

10 De præpotente rerum omnium, antiquo dierum, in quo etiam de æternitate, & tempore.

11 De pace, & quid sibi velit ipse status, quæ sit ipsa vita, quæ vis ipsa, & quæ dicuntur.

12 De Sancto Sanctorum, Rege regum, Domino dominorum, Deo deorum.

13 De perfecto & vno.

B. DIONYSII MYSTI-

CAE THEOLOGIAE

CAPITA.

1 Quæ sit caligo.

2 Quomodo oportet coniungi, & laudes tribuere auctori omnium, & qui superat omnia.

3 Quæ affirmantes de Deo orationes, quæ negantes.

4 Nihil esse eorum quæ sub sensum cadunt, auctorem omnium quæ percipiuntur.

5 Nihil esse eorum quæ intelliguntur, auctorem omnium quæ animo certantur.

B.

B. DIONYSII AREOPAGITAE

EPISTOLAE.

PAG. 344.

- 1 Ad Caium cultorem.
- 2 Ad eundem Caium.
- 3 Ad eundem Caium.
- 4 Ad eundem Caium.
- 5 Dorotheo ministro.
- 6 Sosipatro sacerdote.
- 7 Polycarpo episcopo.
- 8 Demophilo monacho de benignitate.
- 9 Tiro pontifici per epistolam interroganti, quæ sit sapientia domus, quæ patera, qui cibi eius & qui potus.
- 10 Ioanni theologo, & apostolo, & euangelista exulanti in Pathmo insula.

EPISTOLÆ D. IGNATII.

- 1 Ad Marianum Cassobolitam. pag. 387
- 2 Ad Trallianos. pag. 390
- 3 Ad Magnesianos. pag. 401
- 4 Ad Tarsenses. pag. 413
- 5 Ad Philippenses. pag. 420
- 6 Ad Philadelphienfes. pag. 432
- 7 Ad Smyrnenfes. pag. 445
- 8 Ad Polycarpum. pag. 456
- 9 Ad Antiochenfes. pag. 458
- 10 Ad Heronem. pag. 466
- 11 Ad Ephesios. pag. 472
- 12 Ad



12. Ad Romanos. pag. 488
Polycarpi martyris
Ad Philippenfes epiftola. pag. 496
B. Marrialis.
Ad Burdegalenfes epiftola. pag. 506
2. Ad Tolofanos epiftola. pag. 521
Scholia in lib. B. Dionyfij Arcopagita
de ecclefiastica Hierarchia. pag. 546
Vincentij Lirinensis lib. aduerfus here-
feon nouationes. pag. 615

D E



D E E X I M I O
C H R I S T I M A R T Y R E

DIONYSIO AREOPAGITA,
à Suidæ collectaneis, Godefr.
Tilm. interprete.

* * *



Dionysius cognomento Areo-
pagita, Athenarum Episco-
pus, vir disertissimus, is cum
ad apicem prouectus esset
totius Græcanicæ eruditi-
onis, audita Pauli prædicatione religionem
complexus est Christianam, & ab eodem
constitutus ciuitatis Athenarum Episco-
pus. Quod autè attinet ad exercitationem
disciplinarum, quæ suæ genti peculiari-
sunt, omnibus prælatus est. Cuiusq; enim
propemodum sectæ, ab vnoquoque ho-
rum magno in honore habitæ, euaserat
multiplici pericia perpolitus. Hic Pau-
lum Athenis concionantem, Christumq;
& resurrectionem magna cum libertate
quum audisset Gentilibus annuncian-
tem, & ipsius prædicationi commodasset

b



fidem, ab eodem proficitur in suæ ciuitatis Episcopum. Et quidem principatu Tiberij Cæsaris in flore ætatis quum esset, peregrè abiit in Ægyptum, non mediocri studio contendens cum illius gentis sapientibus congregari familiariter. Cum Dionysio autem vnà erat sophistes ille Apolophanes, quem Polemon Laodicensis audiuit Smyrnæ, Aristidis præceptor. In ciuitate igitur Ægypti Heliopoli erant ambo, quo tempore Christus Dominus à salutari cruce pependit, quando Solare illud deliquium præter naturæ ordinem cõtigat. Neque enim erat tum articulus lunaris Synodi. In omnium ore est, Apolophanem sophistam dixisse tum hæc beato Dionysio, O bone Dionysi, vices diuinarum rerum hæc sunt. Horum omnium ipse commemorat Dionysius in ea, quam ad eximium Polycarpum Smyrnæ Episcopum scripsit, epistola Apolophanes maledictis incessabat Dionysium, quòd Christi fidem esset complexus. Dicit proinde Dionysius, Tu autem dicis sophistam illum Apolophanem in me maledicta congerere, meque vocare parricidam, quasi qui Græcorum sententiis aduersus Græcos prophane vsus sis. At certe

De hoc
ole. Ph
stratus
n Priano,
de
Aristide
in 2.

Epist 7.

tè veriùs hæc conueniebat nos inferre aduersus eum, nimirum quòd Græci aduersum diuina minùs sanctè vtuntur diuinis, quum per sapientiam Dei aduertantur latriam Deicæ cultum excludere. Post item pauca, Quin ipse quoque Apolophanes diuinis vtitur aduersum diuina, illegitimè. Ex eorum enim quæ vsquam sunt, cognitione (quæ ab ipso non malè philosophia dicitur, & ab admirabili Paulo Dei sapientia vocata est) conueniebat istos, si modò pergerent veri esse philosophi, ad rerum omnium ac scientiæ omnis authorem promoueri. Post item pauca: Oportuerat Apolophanem, sapiens qui esset, pro comperto habere, haud secus potuisse fieri vt quicquam posset vices inuertere ordinis motusue sibi cœlitus præstituti, nisi priùs habuisset ad hoc se promotentem suum authorem, seque continentem, qui nimirum teste scriptura omnia & facit & permutat. Rufus paulò post, Dic porro sei. Quid de ea solis eclipsi censes, quæ facta est Domino à salutari cruce pendente? Eramus enim tum temporis ambo, apud Heliopolin, simulque consistebamus lunam conuolutes stupendo ac mirabili modo Soli incidentem. Neque enim tempus erat

Pro spe
ray lege
gaurp
cruce.



ciusmodi vtriusque cōiunctionis. Rursus ipsam contemplabamur ab hora nona ad vsque vesperam ad diametrum Solarem præter ordinem naturæ quàm primum restitutam. Proinde memoriam illi renoua rei cuiuspiam alterius. Nouit plane eam Lunæ incidentiam spectantibus nobis ab oriente cœpisse, & ad vltimam vsque Solis pertigisse lineam, dein resiliisse. Denuo non eadem ex parte & incidentiam simul & repurgationem contigit fieri, sed ex opposito Solis diametro. Tum temporis tanta hæc, & quæ exuperant naturæ ordinem, contigerunt, solique Christo omnium authori possibile, qui & magna facit, & suspicienda, quorum non est numerus. Hæc tu illi vide vt dicas: si modò licuerit. Hæc tu ô Apollophanes coarguito, si quidem ipse potes. Tunc tu ad me, qui vnâ tecum aderam, id prodigium vnâ sum tecum contemplatus, simul diiudicavi omnia, sed & suspexi atque digna duxi admiratione, tu inquam ad me denique conuersus, & nescio quo afflatus spiritu ab hoc vaticinio occæpit tuus sermo, perinde ac si quæ fierent, coniectares, dicens: O præclare Dionysi, Hæc vices sunt diuinarum rerum. Hæc sanè, quatenus finit epistolæ cōpendium

dium. magnus ille dixit Dionysius deifero scribens Polycarpo. Phrasis porro præminens & insuperabilis librorum quos scripsit, specimen est numeris omnibus absolutum, & index nihil obscurus sapientiæ ipsius pariter & eloquentiæ. Iam quod attinet ad eruditionem, siue eam expendas quæ ab externis philosophis nomenclaturam sortitur, siue eam spectes quæ diuina est, & nostræ fidei consentanea, plurimum sibi sciëntiæ ascitit ex vtroque genere eruditionis. Si quis enim decus, elegantemque verborum ipsius proprietatem paulò penitus contempletur, ac sententiâ altissimam profunditatem attédât, neutiquam ea censeat fortis esse genij conditionis sue humanæ: magis autem incorruptæ cuiusdam ac diuine duxerit esse potentie. Huic itaque heroi scripta sunt hæc ad Timotheum Ephesinæ ciuitatis Episcopum, qui & ipse discipulus fuerat Pauli. De diuinis nominibus libelli siue capita extant duodecim. De vnâ & discretâ Theologia, De eo quòd efficax quedam vis sit orationis, simulque de beato Hierotheo, & de reuerentiâ seu pietate, & Theologica conscriptione. De bono lumine, pulchro siue honesto amore, castasi, zelo, & quia malum non est ens, neque ex iis est quæ

Ἰεροφίλον
πρόλογος
πρω.

Partitio
operis
ἰεροφίλου
πρω.



sunt, neque reponendum inter entia. De
 ente, quò loci differitur & de paradig-
 matibus, id est, exemplaribus. De vita. De
 sapientia, sensu, ratione, veritate, fide.
 De virtute siue potentia, iustitia, salute
 redemptione. De magno & paruo, eo-
 dem & altero, simili & dissimili, statu &
 motu, æqualitate. De omnipotente, an-
 tiquo dierum: quo item loci tractatur de
 seculo, ac tempore. De pace, & quid
 sibi velit illud, ipsum siue idem esse. De
 sancto sanctorum, Rege regum, Domino
 dominorum. Deo deorum. De perfecto
 & vno. Alter extat liber ad eundem Ti-
 motheum de Ecclesiastica Hierarchia ca-
 pitula continet quindecim. Est item alius
 ad eundem Timotheum de Cælesti Hie-
 rarchia. & quidem is capitula continet
 quindecim. Alius quoque ad eundem
 Timotheum de mystica Theologia. is ca-
 pita complectitur quinque. Feruntur in-
 super & eiusdem esse epistolæ ad Caium
 Therapeuten, siue Monachum, quatuor.
 Ad Dorotheum liturgum, vna. Ad Sopa-
 trum sacerdotem, vna. Ad Polycarpum
 Smyrnæ pontificem, vna. Ad Dêmophil-
 um therapeuten. id est, monachum, vna.
 Ad Ioannem cognomento Theologum
 Apostolum & Euangelistam, vna. Scien-
 dum

*Ecclesia-
 stica
 Hierar-
 chia.
 Cælestis
 Hierar-
 chia. My-
 stica theo-
 logia.*

*Actus
 yon ipse
 Dion. &
 ach dia-
 conum vo-
 cane.
 Extat ex
 vna a:*

dum proinde quosdam sapientiæ exter-
 næ, hoc est, à fide abhorrentis professores,
 beati huius Dionysij theoremata sape-
 numero in suum corrogasse vsum, ipsa
 etiam dictione sicca, hoc est, verbis nihil
 immutatis, omnium maximè Proclum:
 quò sit vt vel hinc suspitionis ansam li-
 ceat atripere, quoniam præsci illi Athe-
 nienstem philosophi, mox vbi bonam
 partem commentationum istius beati in-
 teruertissent & supplantassent, quarum idem
 commeminit scribens Timotheo, reli-
 quam operum portionem occultauerunt.
 quò diuinarum huius viri lucubrati-
 onum videri possent inuentionis filo, pri-
 mi fuisse parentes. Hic igitur eloquio-
 rum Dei interpres Dionysius decursis
 temporum curricularis, & cooperante Spi-
 ritu sancto, plenus dierum, per agonem
 martyrij pro Christo desudatum, diem
 suum obiit imperante Traiano Casare:
 quo quidem tempore & Ignatius cogno-
 miento Theophorus suum, & ipse agonem
 decertauit adipiscenda gratia immorta-
 litatis. In hunc magnum Dionysium Mi-
 chael Syngelus Hierosolymorum presby-
 ter scripsit encomium, quo quidem in
 opere hæc ait.

*Titum
 ubi isys
 &c.*

*Platonici
 maximè.*

*Dion. &
 Ignatius
 martyres
 sub Tra-
 iano.*

*Hoc enco-
 mium pri-
 mi dam?*

Quæcunq; porrò per traditionem viuæ

Universidad de
 Hæc su-
 sus habes
 in enco-
 mio Biblio-

vocis oraculo proditam, aut certe scripto
 editam accepimus, en ipsi adsumus vobis
 audiendi cupientissimis exhibituri. Talis
 igitur ad nos peruenit sermo ab ipsis vita
 meæ rudimentis mihi puero à patre tradi-
 tus, quia magnus hic Dionysius salutaris
 passionis tempore, quando vehementissi-
 mo motu, concussa est terra, suumq; Sol
 lucidissimum splendorem media die sub-
 duxit & occuluit, neutiquam ferens vniuersi
 opificem contueri carne suffixum crucis
 patibulo, mortemque gustare eum qui se-
 cundum diuinam substantiam nulli esset,
 aut passioni aut calamitati obnoxius. Eam
 ob rem nulli dum auditam, ac prorsus ad-
 mirabilem, vehementi stupore percussus
 Dionysius, humanamq; supergrediens cog-
 gnitionem, in hæc vocem prorupit: Ignor-
 tus & carne vestitus Deus patitur, cuius
 gratia densa hac caligine vniuersa mundi
 moles obscurata est atque concussa. Sed &
 ipso in tempore quo stupendum hoc pro-
 digium toto terrarum orbe contigit fieri,
 id adnotauit, obseruabatque tacitus, expe-
 ctans sicunde aliquid de eiusmodi prodig-
 io significaretur.

τὸ πᾶρ, τὸ
 πρὸς κεί-
 νου.

Et quidem istius supra modum hortens
 de Solis eclipsiſ commeminit Dionysius
 in ea quam ad Polycarpum scripsit, epi-
 stola.

stola. Apollophanes porrò vir philoso-
 phus, cultura quum esset gentilis, succen-
 sebat Dionysio, & ter foelicem incessebat
 maledictis, vt qui fuerat illi aliqua ex par-
 te sodalis charissimus, sed & congener at-
 que affinis: tunc autem gentis suæ cultum
 execraretur, & diris deuoueret: cōtrà, Chri-
 stianorum anteponeret fidem, & studio
 propensiore prosequeretur, adeò vt eam
 acerrima complecteretur cōtentione, ver-
 bisque vsus Græcorum adniteretur male-
 dicta concire & indignationem aduersum
 Græcos. Quin ipse potius Polycarpum
 commonefacit, quo præsentem sanctum
 scommatis salibusq; aspergebat ille suis
 quondam commilito. Hæc porrò dicit:

Tu autem asseueras sophistam illum
 Apollophanem maledicta in me
 congerere, in super vocare
 parricidam, & quæ
 ordine sequun-
 tur.

F I N I S.

b. 5



B. DIONYSII
AREOPAGITÆ AD
TIMOTHEVM PONTIFI-
cem, de Cœlesti Hierarchia liber,
Ioachimo Peronio Benedi-
ctino Cormœriaceno
Regio inter-
prete.

OMMEM DIVINAM ILLU-
strationem, quæ propter bonitatem variè ad ea
quæ providenti gubernantur, proficiscitur,
manere simplicem: neque hoc solum, sed etiam
unum facere ea quæ illustrantur.

CAPVT I.

Iacob. 1



Mne datum optimum, & omnè
donum perfectum de sursum est:
descendens à patre luminum.
Quinetiam luminis, quod pa-
tris instinctu ac nutu effunditur, progres-
sus omnis, ad nos concessu ac munere De-
perueniens, rursus nos, vt vis coniungens
excitando dilatat, atque ad colligētis splen-
ditus, vt ita dicam, vnitatem diuinamque
simplicitatem conuertit. Nam & ab eo
proficiscuntur, & ad eundem conuertuntur

D. ARE. DE CÆL. HIER. II
tur omnia, quemadmodum sacrosancta
scripta tradiderunt. Itaque appellato *Ren*
Iesv, qui lux est Patris, quæ est, quæ
vera est, quæ omnem hominem in hunc *Ioan:*
mundum venientem illuminat, cuius be-
nignitate nobis ad Patrem, lucis aucto-
rem, aditus patuit, ad illustrationes sa-
crarum scripturarum, quas patres tradide-
runt, quoad eius fieri poterit, venia-
mus: cœlestiumque mentium atque na-
turarum hierarchias, quas nobis signis
ac intelligentiis quibusdam subobscuris
expresserunt, pro ingenij nostri viribus,
consideremus, lumenque illud primige-
nium, principioque superius, quod mu-
nere patris, qui est diuinitatis fons ac
principium, datum est, & beatissimas an-
gelorum hierarchias nobis signis qui-
busdam figuratis exprimit, materiæ ex-
pertibus ac tremore vacuis mentis ocu-
lis secuti, rursus nos ex eo ad simpli-
cem ipsius radium splendoremque refe-
ramus. Neque enim vnquam ipsum sua
illa intima coniunctio deserit, sed cum
ad excitandas in cælum hominum men-
tes, coniunctionemque eorum quæ prou-
identia reguntur, largè benigneque augea-
tur, & progrediatur: manet tamen ipsum
secum firmum ac stabile, in eodémque
statu



II. B. DION. AREOPAG.

statu immobili fixum permanet: eaq; qui ad se, quantum cuiq; licet, aspirant, & pro cuiusque modo ac captu excitat, & pro simplici sua vnitate copulat. Neque enim aliter diuinus radius, nisi & sacrosanctorum integumentorum varietate apte ad erigendas in cælum mentes obiectus, & paterna in nos cura ac prouidentia apte accommodareque distinctus atque comparatus, nos illustrare vilo modo potest. Itaq; sanctissimam nostram hierarchiam prima illa sacrorum mysteriorum institutio cum diuina caelestium hierarchiarum imitatione dignam iudicasset, & hierarchias quas omni materia carere dixi, figuris corporeis variisq; formis distinctisset, tradidit, vt pro captu nostro simulachris sacrosanctis illis ad simpliciũ illarum & minime figuris adumbratarum rerum vitam similitudinemque efferamus. Non enim mēs nostra ad illam caelestium hierarchiarum materiae expertem imitationem contemplationemque excitari cõtendereq; potest, nisi rerum corporearum sibi notarum praesidio vtatur, tum pulchritudinem quæ videatur, speciei ac pulchritudinis occultæ atque reconditæ simulachrum quoddam esse cogitās, tum suauis odores, qui sub sensum cadant, effigies esse

DE CÆL. HIER. LIB. 13

esse eius suauitatis, quæ sola ratione intel ligatur: tum lumina hæc corporea, luminis incorporei quod datur simulachrum: tum satietatis eius, quæ sola mētis contemplatione habetur, sacras disciplinas, quæ late patent: tum habitus rebus diuinis accommodati atq; ad eas intenti eas graduum & ordinum, qui hîc sint, descriptiones: tum Iesu communionis, diuinæ Eucharistiæ perceptionem, aliæque omnia quæ naturis illis diuinis diuinitus, nobis verò signis quibusdam tradita sunt. Huius ergo diuinitatis pro captu nostro adipiscendæ causa, Deus pro sua in genus hominum benignitate & charitate, caelestes etiam hierarchias, nobis patefaciēs, nostramq; hierarchiam ita absoluens, vt ministerio comuni quàm possumus proximè ad diuinorum muneris officiique similitudinem accedamus: simulachris sub sensum cadentibus mentes illas caelestes in sacrosanctis scripturæ libris descripsit, vt nos & rebus sensum mouentibus ad eas quæ animo ac ratione cernuntur, & signis quæ efficta sint, ad summam caelestium hierarchiarum simplicitatem perducat.



14 B. DION. AREOPAG.
RES DIVINAS ATQVE
caelestes, aptè dissimilibus signis
exprimi.

CAPVT II.

AC primùm quidem exponendum esse
arbitror, quem omni hierarchiæ fi-
nem propositum esse existimemus, quòd-
que adiuumentum iis, qui ipsi dediti sint,
afferat: deinde caelestes hierarchias lau-
dibus ornandas esse, ex iis quæ in sacris li-
bris de illis expressa sint. Postremò expo-
nemus quibus formis ac figuris caelestes
ordines sacra scriptura delineat, & quàm
ad simplicitatem iis quæ formata sunt, ex-
citari, perduciquè debeamus, vt ne idem
quod plerique impiè sentiamus, caelestes
illas atque diuinas mentes ita fictas com-
positasq; esse, vt & multos pedes habeant
& multiplex eis facies data sit, & ad bouis
pecuinam naturam, aut leonis immani-
tatem, aut etiam aquilæ in rostro adun-
citatæ speciem, aut ad anium in pennis
plumescentibus speciem ficta sint: aut ro-
tas quasdam igneas in cælo esse putemus,
& solia corporea ad sedendum, & accubân-
dum apta diuinitati, equosq; multis va-
riisq; coloribus præditos, & hastatos belli
duces, & cætera, quæ nobis diuina scripta
signo

Exech. 1

Dan. 7

1ch. 1

DE CÆL. HIER. LIB. 15
signorum expressorum varietate tradide-
runt. Erenim scripta diuina planè sacra si-
mulacra, quæ ficta sunt, mentibus, quæ
omnibus lineamentis carèt, adhibuerunt,
cum & nostræ mentis, vt dictum est, imbe-
cillitati consuluisent, & accommodatam
ipsi atque cognatam ad superiora tradu-
ctionem prouidissent, & sacrosanctas de-
scriptiones, in quibus vis est quædam sur-
sum excitandi animi, ad eandem mentem
nostram effringendo accommodassent. Quod
si cui videantur sacra quidem composi-
tiones approbandæ, quòd simplices res per
se nobis ignotæ incognitaq; sint, nec
cerni possint: sanctarum autem mentium
idem in sacris libris simulacra effringendo
expressa non esse existimet, omnemq;e
hunc durum angelicorum nominum ap-
paratum, oportuisse dicat eos qui de
diuinis rebus disserterant, cum ad fingenda
corpora eorum, quæ corpore vacant, ve-
nissent, plane aptas, & quoad eius fieri
potest, cognatas eis formas exprimendo
affingere, eas quæ ex præstantissimis na-
turis nostris, atque iis materia vacanti-
bus atque summis ductæ essent, non cæ-
lestibus, diuinisq; ac simplicibus natu-
ris eas quæ in terra infimæ sint, figu-
ras circundare: quod illud quidem maio-
rem

2. Mac. 3
Iosue 5



rem vim ad excitandas mentes nostras in
caelum habuisset, nec caelestes naturas ad
dissimilitudines inanes abieciſſet: hoc au-
tem indignis contumeliis diuinas illas na-
turas afficiat, & mentem nostram vagari
aberrareque cogat, in earum alienis com-
positionibus: ac fortasse putet caelestia qui-
busdam leonum & equorum caetibus, lau-
dibus mugientium animalium, autu principaru,
aliisque animantibus corporibusque
vilioribus referta esse, atque aliis que
omnino dissimiles sanctarum scripturarum
exprimentium similitudines ad absurdam
corruptionem, & perturbationem reuo-
catae describunt: tamen veritatis, vt mi-
hi quidem videtur, inuestigatio diuinam
scripturarum sapientiam declarat, quae
vtrunq; in caelestium mentium effictioni-
bus prouiderit, vt neque diuinam natu-
rae contumeliis afficerentur, neque nos
ad simulacra abiecta adhaeresceremus: fi-
guras enim rerum quae figuris carent, &
formas eorum quae ad speciem & exem-
plum non finguntur, recte propositas &
inductas esse, non haec solum causa afferri
potest, quod natura nostrae in hoc habita
sit ratio, quae per se ac sine duce, ad rerum
quae animo ac ratione intelliguntur, con-
templationem peruenire non potest, egeatque

accom

accommodatis sibi & cognatis adminicu-
lis, quae formas rerum, quae formis carent,
quas consequi possumus, nobis proponant:
sed illa etiam, quod hoc occultis scripturis
est dignissimum, & contentaneum maxime,
abditis sacrisque obscuritatibus inuolui,
nec patere aditum plerisque ad diuinam
& occultam diuinarum mentium veritatem.
Neque enim omnes sunt idonei & sacri-
que omnium est, vt ait scriptura, fides & 1. Cor. 8
scientia. Quod si quis simulacrorum dissi-
miles descriptiones atque picturas impro-
bet, quod pudore prohiberi se dicat, tam
deformes figuras naturis, quae & diuinita-
te imitatur, & sint sanctissimas, affingere,
ad eum haec satis erit oratio. Duplex esse sa-
cro sanctae expressionis genus: vnum, quod
ex similibus fictis imaginibus progredi-
tur: alterum, quod ex dissimilibus formarum
lineamentis ad aliud omnino dissimile &
obscurius peruenit. Itaque beatam illam, quae
omnes naturas vincit, diuinitatem sacrae
scripturae mysteria, interdum vt verbum,
mentem, & essentiam laudibus afficiunt, eoque
ipso praestantem eius rationem sapientiamque
declarant, eandemque vere statum,
& omnium naturarum status causam ve-
ram, & vt lumen effingunt, vitamque appel-
lant: quae quidem sacrae eiusmodi imagi-

c



18 B. DIONIS. AREOPA.

nes, et si præstantiores sunt, formâsq; materia compotes quodammodo superare videntur: tamen hac etiam ex parte multum à diuinitatis specie similitudinêque abhorrent. Omnem enim essentiam ac vitam longè multumque superat, cum nec ullum lumen eius speciem exprimat, & ratio atq; mens omnis infinitis partibus ab eius similitudine vincatur. Nonnunquam verò dissimilibus interpretationibus quæ negant, ab eisdem scripturis laudibus ornatur, vt cum eam, vt ita dicam, inuisibilem dicunt, immensam, atque incomprehensibilem, quæ quidem nō quid sit, sed quid nō sit, significant. Hoc enim, mea quidem sententia, magis propriè in ea dicitur: quando quidem id quod occulta sacerdotumq; disciplina exposuit, eam quidem non esse eo modo, quo aliquid eorū quæ sunt, verè dicimus, sed ignoramus eius interminatam naturam, quæ & naturas omnes superat, nec animo cerni, nec ratione comprehendi, nec oratione explicari potest. Quòd si negationes in diuinis rebus veræ sunt, affirmationes verò non conueniunt, nec dignæ sunt maiestate Dei omnium occultissimi: certè accommodatior aptiorque est in rebus quæ subiectum nō cadunt, ex dissimilibus imaginibus

DE CÆLES. HIER. LIB. 19
ginibus ducta expressio. Honorem igitur tribuunt cælestibus naturis, nō eas ignominia & dedecore afficiūt sacra scriptorum diuinorū descriptiones, quæ eas dissimilibus figuris exprimunt & inducunt, atq; ex his ipsis eas docent rebus omnibus corporeis, supra quàm animus hominis capere potest, excellere. Nec verò quæquam eorum, qui rectè sentiant cōtradicentium arbitror, quin mentem nostram magis excitent, tollantq; in cælum obscuræ similitudines. Verisimile enim est nonnullos esse, qui in sacra simulacrorū, quæ honore digna sunt effusione aberrauerint, quòd naturas cælestes & aureas esse existimarēt, & homines quosdā luce perfusos, fulgentes, veste collucente ac splendida indutos, ignemque sine iniuria & incommodo euomentes, aliâsq; omnes pulchritudines atque formas, quibus mentes naturâsq; cælestes Theologia effinxit. Quod ne iis accideret, qui nihil iis, quæ pulchra apparēt in cælo, sublimius excellentisque intellexerunt: sanctorum Theologorum ad superiora pertinens sapientia, etiam ad obscuras dissimilitudines ritè deducitur, quæ nec corpus nostrū in deformibus simulacris conuiescere patitur, animi nostrī partem, quæ sursum fer-



20 B. DIONIS: AREOPA:
tur, excitat, & compositionū deformitate
offenditur, quasi neq; fas, neque verū
iis etiam, qui rebus corporeis dediti sunt,
ēne videatur, caelestes diuināsq; naturas
reuera similes esse rebus tam deformibus:
praesertim cum hoc intelligendum sit, ni-
hil esse in natura rerum, quod omni ex
parte boni sit expertus. Si quidem, vt diui-
norum scriptorum veritas loquitur, valde
Genes. 1 bona erant omnia. Praeclara igitur con-
tēplationes ex omnibus intelligi specta-
ri que possunt: rebusque & sub intelligen-
tiam cadentibus, & mente praeditis, ex
corporeis eas similitudines, quae dissimi-
les dicantur, licet affingere, cum alio mo-
do res mente praedita ea habeat, quae alio
etiam modo rebus sensum mouentibus
tributa sunt. Ira enim in iis, quae ratio-
nis experta sunt, quadam cum affectio-
ne coniecta inest, plenusque est omnis
auiditiae eorum motus iracundiae. At in
rebus, quae mentis sunt participes, alio
modo ira accipiendā est: declarare, vt mi-
hi quidem videtur, earum viro dignam
rationem: statumque volubilitatis muta-
tionisque expertem, in diuinis illis im-
mobilibusque sedibus. Eodemque modo
cupiditatem in bestiis quidem inconlyde-
ntem, in remaniamque: quandā & terrenam

DE CALES. HIER. LIB. 21
ex innato motu aut consuetudine in iis
quae immutantur immoderate insitā per-
turbationem, & a ratione auersam impo-
tentiam corporeae cupiditatis, quae totum
animal ad id quod sensu desyderabile est,
impellat. Cum autem dissimiles similitu-
dines rebus iis, quae sola ratione intelli-
guntur, attribuentes, cupiditatem eis af-
fingimus, ipsa amor diuinus esse intelli-
genda est, materiae vacuitatis siue simpli-
citatē tantae, quanta nec ratione, nec ani-
mo comprehendere potest: appetitūsq; con-
stans praestanti modo casta, omni que per-
turbatione carentis contemplationis, ac
sempiternae, & quae sola ratione intelli-
gitur, cum puro illo summoque splendore,
pulchritudinēque ac specie omnis erroris
experte, & pulchritudinis effectrice, socie-
tatis. Et impotentiam intelligamus animi
contentionem, quae nec mutari, nec a re
ulla intermitti aut interrūpi potest, pro-
pter & diuinā pulchritudinis amorē, qui
omnis admixtionis atque commutatio-
nis expertus est, & totam ad id quod reuera
expetendum est, propensionem. Quin-
etiā ipsam & rationis, & sensus vacuita-
tem, in animantibus quidem rationis ex-
pertibus, vel rebus inanimatorum, proprie ra-
tionis ac sensus priuationem vocamus: in



21. B. DIONYS. AREOPA.
naturis autem incorporeis, & quæ intelligen-
gentia continentur, rectè id quod in eis in-
finitis partibus, & rationem nostrâ cadu-
eam ac corporeâ, & sensum corporeum,
atque alienum n. entibus corpore vacan-
tibus, superat, profitemur. Castibus er-
go formæ consentaneæ ex iis etiam parti-
bus corporis, quæ minimum sunt in ho-
nore ac pretio, adhiberi possunt: præser-
tim cum corpus etiam ipsam, quod à ve-
ra pulchritudine statum suum accepit, in
omni partium suarum descriptione, qua-
dam dignitatis ac pulchritudinis, quæ ani-
mo cogitatur, vestigiâ adûbrata habeat.
Fieri que potest, vt per eas animus noster
ad primam speciem materiæ expertem ex-
citetur: in quo etsi dissimiliter, vt dictum
est, similitudines sumantur, atque eadem
non eodem modo, tamen congruenter
& aptè in naturis, & quæ intelligentia, &
quæ sensu continentur, proprietates ex-
plicantur. Hæc nos à Theologis iis, qui
in rebus occultis versantur, nõ solum ec-
lestium ordinû explicandis naturis affin-
gi reperimus, verû etiam in ipsa diuinitate
exprimenda eiusdem vtuntur, atq; illud
modo ex iis quæ in cælo honore digna vi-
dètur, laudat, vt solem iustitiæ, vt stellam
martinam in mente orientè, & vt lumen
quod

DE CÆLES. HIER. LIB. 23
quod perspicuè lucet: modò ex iis quæ
medium cæli locum tenent, vt ignem sine
Incommodo illustrantem, vt aquam vita-
lis perfectionis ministram, & per transla-
tionem, in ventrem influentem, fluuiosq;
continentes labentes implentè. Nonnun-
quam etiam ab infimis, vt unguentum
odoriferum, vt lapidem angulatè. Quin-
etiam bestiarum ei figuram adhibet, leo-
nisque ei & pantheræ proprietatem attri-
buunt, & pardum ipsum fore confirmant,
inexpugnabilemque vram. Addâ etiam,
id quod & omnium vilissimum esse, & mag-
gis absurdum videtur, ipsum sibi vermibus
speciem adhibere, ab iis qui in rebus diui-
nis multum diuq; versati sint, esse tradi-
tum. Sic omnes qui diuina sapientia præ-
diti sunt, & occultæ enunciationis inter-
pretes, à rebus inchoatis atque minus
perfectis & prophanis, sancta sanctorum
sine vlla macula contagione fecerunt, ra-
tionemq; simulacrorum effingendorum
ex rebus dissimilibus probant & prædi-
cant: vt nec à profanis diuinæ res faci-
lè accipiantur, nec ij qui sacra simulacra
studiosè spectant, in his talibus linea-
mentis, vt veris immorentur, vtque rebus
diuinis & ex veris negationibus, & diuer-
sis eum extremis vestigiis earum simili-

Malac. 4
Apoc. 2
Exod. 3
Ioan. 7
Canti. 1

Osee 13

Osee 5
Psal. 27



24 B. DIONYS. AREOPA.
tudinibus, honos tribuatur. Non est igitur alienum, si etiam caelestes naturas ex dissimilibus similitudinibus effingant, iis causis ducti, quas diximus. Nam ne nos quidem fortasse ex dubitatione ad exquirendum verum, nec ad sensum anagogicum accurata sacrarum rerum inueltigatione venissemus, nisi nos deformis Angelorum interpretis effictio excitasset ac conturbasset, quae mentem nostram in figuris absurdis penitus desigat, & comorari non sinebat, sed eam & excitabat ad corporearum perturbacionum aspernationem, & affluet faciebat ex iis quae cerneret, ad caelestium rerum contemplationem contendere. Ac propter corporeas quidem & obscuras figuras, quas Angelis diuina scripta adhibent, haec a nobis dicta sint. Sequitur, ut quid ipsam Hierarchiam esse puremus, & quam vtilitatem Hierarchia iis, qui eam adepti sint, afferat, statuendum esse videatur. Sit autem sermonis dux & auctor Christus, si mihi fas est dicere, meus, cuius afflatu vniuersae hierarchiae interpretationis ratio constat. Tu vero, fili, profancta eorum, quae nobis de Hierarchia diuinitus tradita sunt disciplina, & ipse qua decet religione ea quae sancte dicuntur, diuinitus in rerum diuinarum institutio-

DE CAELES. HIER. LIB. 25
tione factus audi, & intima mentis parte res sacrosanctas, obiectas à prophana multitudine, ut quae vnum faciant, tuere. *Matth. 7*
que enim fas est, ut sacra scriptura praescribit, margaritarum, quae sola ratione cernuntur, purum, splendidum, pulchritudiniisque effectorem ornatum ante suos proiicere.

QV ID SIT HIERARCHIA,
quia, quaeq; ex Hierarchia capiatur vtilitas.

CAPVT III.

EST quidem Hierarchia, mea quidem sententia, sacer ordo, scientia & actio, quae & ad diuinitatis similitudinem, quoad eius fieri potest, accedit, & proportionem illustrationum, quae ei diuinitus datae sunt, ad Dei imitationem traducitur. Pulchritudo autem quae Deo digna est, ut simplex, ut bona, ut auctor perfectionis, non est illa quidem admixta omnino vlli dissimilitudini, sed tamen impertitur suum cuique lumen pro cuiusque dignitate, & in diuino mysterio pro immutabili eorum qui rite initiantur, ad se effictione perficit. Finem igitur Hierarchia sibi propositum, & Dei habet



26 B. DIONYS. AREOP.
 imitationem, quantum hoc licet, & cum illo coniunctionem, eumque omnis sacrosanctæ scientiæ atque actionis ducem sequitur: diuinamque eius dignitatem & constanter intuetur, & quoad eius fieri potest, exprimit: suosque in rebus diuinis collegas, simulacra diuina efficit, specula maxime perlucida & immutabilia, quæ diuinum primæ lucis radium recipere possunt: facitque vt eadem lucis quidem, quæ eis data est, plena sint, eam autem rursus ex diuinis legibus sine inuidia in ea quæ sequuntur, infundant. Neque enim fas est, vel sacrorum præceptoribus, vel iis qui sacris iniriuntur, omnino quicquam efficere, præter sacras cuiusque sacrorum principatus præscriptiones: quin ne stare quidem aliter possunt, si diuina ipsius lucis cupiditate ducantur, eamque qua dignitate debet, intueantur, & ad eiusque sacrarum mentium modum captumque exprimantur. Itaque qui Hierarchiam dicit, is perfectio sacram quandam declarat descriptionem, quæ & diuina sit pulchritudinis simulacrum in præscriptis scientissque Hierarchiam attingentibus, & suæ illustrationis mysteria sacra peragat, & ad sui principij similitudinem, quæ potest proximè accedat. Vniuscuiusque enim

DE CÆLES. HIERAR. 27
 enim eorum, qui in Hierarchia cooptrati sunt, in eo posita perfectio est, vt pro sua quisque virili parte ad Dei imitationem contédant: & id quo nihil diuinius est, Dei, vt sacra scriptura loquitur, fiat adiutor, diuinamque in se actionem, quantum potest, ostendat. Ita quoniam ordo Hierarchiæ hoc postulat, vt alij purgentur, alij purgent, quidam luce doctrinæ illustrentur, nonnulli illustrent, & aliqui perficiantur, alij perficiant: vni cuique hac quidè ratione, diuina imitatio accommodabitur. Ac diuina quidem illa beatitudo, libera est, vt ita dicam more hominû, ab omni dissimilitudine, æterni luminis plena, perfecta, nec vllius perfectionis indiget: expiat, illuminat, & perficit, aut potius sacra est expiatio, lux & perfectio, omni purgatione, & luce præstatio; ipsa perfectionis auctor principalis: & omnis quidè Hierarchiæ causa est, sacris autè omnibus dignitate antecellit. Ij ergo qui expiatur & purgatur, mea quidem sententia, puri omnino effici debent, & ab omni dissimili concretionem liberati: qui autem illuminantur, diuino lumine completi, castissque mentis oculis ad habitum vniuscuiusque contemplandi excitari: ij verò qui perficiuntur, sublato eo quod in eis minus absolutum erat, partici

Math. 8
Ioan. 5



18. B. DIONYS. AREOPAG.
 participes fieri debent scientiæ, quæ perfi-
 cendi vim habeat, sacrorû quæ visa sunt.
 Quibus autem vis expiandi & purgandi
 data est, ij abundantia quadam purgatio-
 nis, qua valêt, aliis impertiri sanctitatem
 suam. Quorû verò est illustrare, ij vt men-
 tes clariores, & eiusmodi, quæ & lumê re-
 cipere, & aliis impertiri possint, sacro splê-
 dore offusi, lumen illud, quo vndique cir-
 còfusi sunt, in eos qui illo digni sint, deri-
 uare & effundere. In quibus verò perficiê-
 di vis inest, ij vt impertiendæ perfectionis
 arte ac scientia instructi, iis qui perficiantur,
 absolutam sacrorum quæ inspexerint,
 initiando scientiã tradere. Vnusquis-
 que igitur Hierarchiæ distinctionis ordo
 pro sua quisque virili ed contendit, vt di-
 uinitatem adiuuet, eaque Dei concessu ac
 munere gerit, quæ & in Deo natura in-
 sunt, & ab eo modo quodam, quem capere
 natura nostra non potest, aguntur, &
 ad mentium quæ Deo charæ sunt, imita-
 tionem, quæ earum naturæ concessa est,
 aperiuntur.

*QVID ANGELO-
 rum nomen significet.
 CAP. IIII.*

Quoniam rectè à nobis Hierarchia,
 quid sit definitum est, sequitur vt
 Ange

DE CÆLESTI HIERA. 29

Angelicam Hierarchiam laudibus orne-
 mus, sacrâsque eius effigies, quæ in sacris
 literis traduntur, cælestibus oculis inspi-
 ciamus, vt & mysticis simulachris earum
 simplicitatem, quæ diuinâ proximè imita-
 tur, transferamur, & omnis Hierarchicæ
 scientiæ auctorem ac principem religione
 Deo digna colamus, eiq; gratias agamus.
 Illud autem primùm omnium verè dici
 potest, Deum bonitate ductum omnes na-
 turas in lucem protulisse. Est enim hoc om-
 nium auctoris & bonitatis, quæ ad omnia
 pertinet, proprium, naturas ad sui com-
 munionem vocare, vt cuiusque captus
 modusque postulat. Ac omnes quidem
 naturæ prouidentia summa omniumque
 effectricis diuinitatis gubernantur. Neque
 enim essent, nisi eorum quæ in rerum na-
 tura sunt, essentis principisque essent par-
 ticipes. Ea quidè omnia, quæ vitæ benefi-
 cio carent, hoc ipso quòd sunt in natura
 rerum, ea participant. Omnium enim sta-
 tus est, quæ statim omnè longè multumque
 superat, diuinitas. Ea verò quæ viuunt,
 ipsa vi effectricis vitæ, quæ vitam omnem
 superat, participant. Ex autem naturæ,
 quæ rationis & mentis sunt participes,
 eiusdè per se perfectæ ac principalis sapie-
 tiæ, quæ omni, & rationi & menti plurimùm
 præstat,



DE B. DIONYS. AREOPAG.
prestat, sunt composites. Perspicuum est autem, eas naturas citum diuinitatem esse, eique præsto esse, quæ multis modis eius communiõne teneantur. Itaque sancti celestium illarum naturarum ordines maioribus ac pluribus diuinitatis muneribus ac beneficiis, quàm eæ naturæ quæ tantum sunt in rerum natura, quæ rationis expertes sunt, & quæ apud nos ratione virtutis, aucti ornatique sunt. Nam quoniam & mente se ad Dei imitationem expriment, atque effingunt, & admirabiliter diuinitatis similitudinem intuentur, & mētis suæ speciem ad eam formare cupiunt: merito maiore cum ea societate iunguntur, dum vicina quidem sunt, & semper, quantum fas est, ad maiora & meliora in diuini stabilisque amoris contentione nituntur, & illustrationes, quæ à principio proficiscuntur, sine materia vllaque concretionem recipiunt, ad easque se accommodant, & vitam omnem mentis propriam habent. Hæ enim sunt, quæ cum primò ac variè diuinitatis sint participes, primo etiã loco ac multis modis, diuinitatis veritatem tenebris quibusdam rectam aperiunt, & enunciant. Itaque semper ac ubique Angelorum præcipue nomine appellantur, propterea quòd primò in eis insit diuina, illustratio, ac per eas ad nos

peruen-

DE CÆLES. HIERAR. 31
perueniant ea, quæ naturam nostram superant patefactiones. Sic enim lex, vbi diuina scripta testantur, per Angelos nobis data est. Atque etiã claros illos, qui legem antecesserunt, eamque secuti sunt, patres nostros Angeli ad diuinitatis notitiam perduxerunt, cum vel id quod agendum erat, inducerent, vel ab errore eos, vtrâque scelerata, ad rectam veritatis viam traducerent vel sacros eis ordines, vel mysteriorum diuinorum occultas visiones, aut diuinas quasdam prædictiones interpretando enunciant, & aperirent. Quod si quis illinc etiam per se, sine vllò medio, nonnullis sanctis Deum visum esse contendat: difficile hoc etiam aperte ex sacris literis, id quod in Deo occultum sit, vidisse aut visurum esse nemiãem; Deum verò sanctis visum ac ostensum esse illum quidem, sed enunciationibus, quæ Deo dignæ sint, per quasdam sacras, & eorum, quibus ostenduntur, captiue accommodatas visiones. Theologia autem sapientissima, visionem illam, quæ in se descriptam diuinitatem, quasi specie, & habitu eorum, quæ nulla forma depingi possunt, prodidit, rectè ex eo quòd ad diuinitatem eos quibus ostenditur, erigat, Dei visionem nuncupat, propterea quòd ea in mentibus eorum,

Act. 4

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.



DE B. DIONYS. AREOPAG.

eorum, qui vident, quendam diuini luminis radium infundat, & aliqua rerum diuinarum doctrina eos erudiat. Has autem diuinas visiones clarissimi illi patres nostri celestium virtutum opera didicerunt. An non etiam sacram illam legislationem illinc quidem à Deo Moysi datam & cōcessam esse diuina scripta tradiderunt, vt nos verè eam diuinæ ac sacræ simulacrū esse doceant? Sed hoc etiam eadem Theologia nos docet, eam Angelotum ad nos operā peruenisse; quasi illud ordo diuinæ legis sanciat, ea quæ secundum locum obtinet, ab iis quæ primū, ad diuinitatem etigi, & excitari? Et enim nō solum in summis atque infimis mētib; sed in eis etiam, quæ sunt eiusdem ordinis, hæc lex à Deo sancita est, vt in quaque Hierarchia & primi sint, & medij, & postremi ordines, inferiorumque superiores doctores sint; eisque quasi digito viam monstrant, ad eumque ostendant ad diuinitatem, illustrationem, atque cōfoclationem. Diuinum, etiam humanitatis Iesu mysterium Angelis primum enunciatum ac patrefactum esse vidēo: deinde per eos ad nos cognitionis beneficium peruenit. Sic Gabriel Zachariam, quidem pontificem docuit, fore, vt puer propheta ex ipso nec opinato diuina

Dan. 7

Dent. 9

Act. 7

Gala. 3

Luc 1

ibid.

beni

DE CALES. HIERAR. LIB. 33

benignitate nasceretur, ex quo diuina in Iesu opus, quod & adiumentum, & salutem mundo afferrer, facillè perspiceretur: Mariam autem, quemadmodum in ea diuinum mysterium, quo Deus homo factus est, fieret. Alius verò Angelus Ioseph docuit verè completa esse, quæ diuinitus Dauidi promissa fuerat. Alius pastoribus, qui se à multis secernendo & quiescendo, pura integræque mente essent, gaudium nunciavit, cumque eo multitudo celestis exercitus hominibus magna laude dignū illud gloriæ elogium tradidit. Sed vt summas quæ à scriptura traduntur, luminis visiones recordemur, ipsum etiā Iesum, qui celestium essentiarum auctor est omni essentia superior, cū sine vlla mutatione speciem figuræque nostram indutū venisset, ab eo ordine homine dignissimo, quæ ipse præscripsisset atque delegisset, non discessisse animadnere, sed eū facillè patris ac Dei per Angelos figuris obscure expressisse: eorumque officio Ioseph filij in Aegyptum secessio, quæ patris prouidētia exitit, nunciatur, ac eiusdem ex Aegypto in Iudæam reuersio: eundemque per Angelos patriis legibus subiectum cernimus. Prætermitto enim dicere vt sciēt ea, quæ sacrosanctis nostris institutis tradita

Ibid.

Mat. h. 1

Psal. 138

Luc 2

Matth. 2

Osee 2

d

Universitatis de O...

34 B. DIONYS. AREOPAG.

Luc 22 sunt, de Angelo qui Iesum confirmavit, aut illum ipsum, cum pro sua in salutem nostram beneficia, in numerum eorum, qui mysteria enunciant, a scriptis esset, magni consilii appellatum esse Angelum. Et enim, ut ipse pro angeli nunciique dignitate dixit, omnia quae a patre audivit, nobis nunciavit.

CHR. OMNES. CAELESTES essentiae communi nomine Angeli vocentur. C. A. P. V.

Atque haec quidem causa est, cur scriptura divina Angelos nuncupent. Quod verum autem est, quid sit, quamobrem Theologi omnes quidem, illos caelestes spiritus appellent Angelos. Cum autem ad exprimentas caelestes ipsas distinctio- nes veniant, ordinem angelicum proprie appellent, cum qui divinos caelestesque ordines explendo claudat: supra hunc vero Archangelorum descriptiones collocent, Principatus, Potestates, atque Virtutes, easque omnes naturas, quas his superiores, sacrorum librorum interpretationes esse sciunt. Hoc autem confirmamus, in omni sacra descriptione eos quidem ordines

Psal. 102
Matt. 25

DE CAEL. HIER. LIB. 35
ordines qui superiores sunt, eorum etiam qui inferiores sunt, illustrationibus virtutibusque esse praeditos: extremos autem iis quae in superioribus insunt, carere. Ac sanctissimos quidem summarum naturarum ordines, etiam Angelos ij, qui de divinis rebus differuerunt nuncupant, propterea quod ij etiam divinae illustrationis sunt interpretes. Eum autem caelestium naturarum ordinem, qui postremum locum tenet, absurdum est Principatus, & Thronos, ac Seraphim vocare. Neque enim summarum illarum naturarum est particeps, sed quemadmodum is ordo sacros principes, qui hic sunt divina mente permoti, ad eos splendores divinitatis, qui eis prescripti sunt, erigere solet: sic sanctae Virtutes, quae huic ordini praestant, perducere solent ad divinitatem quae Angelicas hierarchias explet. Nisi quis forte hoc etiam afferat, Angelorum nomen commune esse caelestium naturarum omnium ad divinitatis similitudinem, & divini luminis manus inferioribus concedendum & eximia excellentemque confortationem. Sed quod facilius ea quae dicimus distinguantur, vniusque caelestis descriptionis proprietatesque nobis in scriptis divinis tradite expressaque sunt, videamus.



caelestium naturarum descriptio,

que media, que extrema.

QUORUM sint & qui caelestium natura-
rum ordines, & quemadmodum eor-
um hierarchia consecrentur, solum eor-
um diuinum principē certo scire iudico,
& propterea eos nosse vim suam, atque il-
lustrationes, sacramque suam & caelestem
descriptionem. Nos enim caelestium men-
tium mysteria, sanctissimāque eorum
perfectiones intelligere non possumus,
nisi forte ea contendat aliquis nos intel-
ligere, quae nos per eos, ut qui sua praec-
larē cognita habeant, diuinitas docuit.
Itaque nihil nos impulsu vique nostra di-
cemus. Quae autem Angelorum uia &
formas sancti Theologi cōtemplati sunt
& cognouerunt, eas quoad eius fieri po-
test, exponemus. Omnis quae de Deo di-
uinisq; rebus differit ratio & scientia om-
nes caelestes naturas nouem nominibus
appellauit. Has diuinus noster sacrorum
initiator, in tres terniones distribuit
atque distinxit: ac primum quidem uult
esse eorum, qui semper Deum circun-
stant, & quibus hoc datum est, ut
cum eo toto animo, & pra caeteris nulla

Ephes. 3

re interiecta coniungantur. Nā & sanctis-
simos Thronos, & quae multos oculos, &
quae multas alas habet, Cherubim & Sera-
phim, Hebraeorū sermonē uocata, quam
proximē Deum, circun stare, scriptis diui-
nis proditum esse dicit. Hanc igitur, quae
ex tribus constat, distinctionem, ut vnam
& eiusdē generis, ac verē primam hierar-
chiam clarissimus praceptor noster tradi-
dit, quae non est altera diuinitas, & quae in
primis diuinitatis in agendo illustratio-
nibus sine interuallo maiore studio occu-
patur. Alterant esse dicit eam, quam Potē-
tates, Dominationes, Virtutesq; expleat.
Tertiā in extremis caelestibus hierarchiis,
Angelorum, Archangelorum, Principa-
tuumque descriptionem.

Colof. 1
Ezec. 1
Esa. 6

DE SERAPHIM, CHERU-

bim, & Thronis, & de eorum hierar-
chia, que prima est.

QUONIAM hunc sanctarum hierar-
chiarum ordinem approbamus,
omnem caelestium naturarum appellatio-
nem diuinā, quae in quoque inest, pro-
prietatis significationem habere profite-
mur. Ac sanctorum quidem Seraphim
nomen tradunt ij qui Hebraicē sciunt, vel



incensores, vel calefcentes declarare. Cherubin autem scientiæ cogitationisque copiam, vel sapientiæ concursionem. Iure agitur ac merito celestium hierarchiarum prima à summis excelsissimisque naturis administratur, quæ ordine cæteris præstantiore ita continetur, ut nulla re interiecta Deo præsto sit, primaque Dei participationes, & initiationes ad eam ut vicinam maximè, primum ac maximè perueniant. Ac calefacientes quidem etiam Throni appellantur, & sapientiæ confusio, quod nomen diuinæ eorum affectiones exprimit atque declarat. Nam eorum quidem perennem in diuinis rebus mobilitatem, atque perpetuitatem, caloremque & acumen, singularemque feruorem continuatæ & quæ intermitti interrumpique non potest motionis, vimque similia efficiendi sursum ducendo, ea quæ subiecta sunt, quasi calore feruoreque suo illa ad similem calorem excitantem, idque quod vim ardore totiusque rei incendio expiandi habet, ac lucis participem luminisque effecticem proprietatem, quæ clara est, nec restringi potest, & vnus eiusdemque modi est, omnisque obscuritatis ac tenebrarum causæ expultrix est, & exterminatrix, Seraphim nomen exprimit ac

docet. Cherubim autem nomen, vim & scientiæ & contèplationis diuinæ, quæ in eis inest, dandaque summæ lucis receptaculum, atque diuinæ pulchritudinis vim quæ primum locum obtineat, aspectum, & quod pleum est munerum quæ sapientiæ efficiant, eaque largè copioseque communicat natura cum secundis, sapientiæ quæ concessa est, effusione. Thronorum verò summorum & excelsorum nomen declarat, id quod ab omni terrena humilitate, sine admixtione secretum est, quodque ad superiora diuino studio fertur, nec in inferioribus vllis rebus habitat, sed totis viribus in eo, qui verè summus est, immobiliter firmiterque hæret, diuinumque aduentum sine vlla motione atque materia recipit, ac Deum portat, officioseque ad ea quæ diuina sunt capienda, propensum est. Atque hæc quidem est nominum ipsorum, quantum capere possumus, interpretatio. Quæ autem eorum hierarchiam esse putemus, dicendum est. Omnem enim hierarchiam eò spectare, ut ex diuina imitatione constanter pendat, omniemque hierarchiarum rationem in sacrâ communionè traditionemque simplicis ad diuini luminis perficientisque scientiæ, quæ purgent & expiēt, diuidi, satis iam à nobis dictum esse exi-

stimo. Nunc verò pro summarū mentionem
 dignitate cupio dicere earū hierarchiam
 diuinis hieris & oraculis explicari. Primis
 illis naturis & essentiis, quæ post Deū ca-
 runt essentiatum effectore locatæ & quasi
 in eius vestibulo sitæ omnem naturam ac
 virtutem, quæ facta & sensum oculorum
 effugit & sub sensum cadit, superat, hierar-
 chia vt propria, & omni ex parte similis
 esse putanda est. Ac munda quidem ipsæ
 existimanda sunt, non quod ab impuris
 sordibus maculisque solutæ sint ac libere,
 nec quod in eas corpora visa nō cadant,
 sed quod omni submissione sine vlla ad-
 mixture, omni que re sacrosancta quæ
 subiecta est, excellentiores, à summa puritate
 supra omnes diuinæ virtutes locatæ sint,
 contentionemque suam, quæ ex diuini
 amoris constantia æterno eoque interiore
 ac suo motu cietur, constanter retineant,
 & in peccis mutationem atque immutatio-
 nem nulla ex parte agnoscant, sed simpli-
 cem diuinæ proprietatis suæ constantiam
 immutabilem semper, fixamque obtineant.
 Contemplatrices autem rursus esse iudi-
 cande sunt, non quod signa quæ sub sensum
 cadunt, & animo cernuntur, cognoscant &
 cōtemplentur, nec quod cōtemplationis quæ
 diuinis scriptis tradita est, varietate ad

Deū excitentur, sed quod altiore omni cog-
 nitione quæ materiæ expers est, lumine re-
 ferta sint, plenæque pro capru suo diuinæ at-
 que cælestis pulchritudinis, ea quæ pulchri-
 tudinis effectrix est atque principium, cōte-
 platione. Eodemque modo eas dignas ha-
 bitas, quæ Iesu participes fierent, existima-
 re debemus, non quod in sacrosanctis imagi-
 nibus quæ fide factæque sint, diuinam simi-
 litudinem specie adumbrent & exprimant,
 sed quod reuera ad eum vt primum sci-
 tia diuinorū eius luminum præditæ sint,
 proximè accedant: quodque eis summè cō-
 cessa sit Deū imitari potestas, & participes
 sint pro capru suo prima vi diuinarū eius
 humanarūque virtutum. Perfectæ erant
 intelligendæ sunt, nō quod illustratæ sint
 scientia, quæ varia sacræ scripturæ loca
 explicet, sed quod eas prima atque præ-
 stanti gratia, qua cum Deo cōiunguntur,
 summa, vt in angelis diuinorum operum
 scientia compleuerit. Non enim aliis san-
 ctis essentiis, sed Deo ipsi parent vt prin-
 cipi, dum ad eum nullius interuentu cō-
 tendunt & nituntur vi, qua nulla est præ-
 stantior, & ordine: atque in summa puri-
 tate, perfectæque stabilitate corroboran-
 tur, & ad pulchritudinem quæ materiæ
 expers est, rationeque intelligitur, vt fas est,



47 B. DIONYS. AREOP.
contemplandam accedunt, diuinorumque
operum rationes, quæ scientiam gignunt,
vt prima, & quæ Deo præsto sunt discunt
à Deo ipso, cui diuino eximioque modo
parent. Hoc enim Theologi planè tradunt,
inferiores caelestium naturarum ordines
à superioribus ritè diuinas scientias dis-
cere: summus autem à Deo ipso pro
suo captu, doceri mysteria. Quasdam enim
earum inducunt ritè à prioribus hoc dis-
cere, Dominium esse virtutù caelestium,
regemque gloriæ eum, qui in caelos, vt ho-
minem decuit, elatus est. Alias autem ad
ipsum Iesu aspectum hesitantes, diuini-
que eius pro nobis suscepti operis scientiam
discentes; Iesumque ipsum eas per se do-
centem, ac primam eis suam in homines
benignitatem explicantem. Ego enim, in-
quit, loquor iustitiam & iudicium Salua-
toris. Miror autem primas etiam caele-
stes naturas & essentias, quæque tan-
tum præstant omnibus, diuinarum illu-
strationum atque disciplinarum, quasi
medium locum teneant, timidè cupidi-
tate duci. Neque enim per se quarunt,
Cur rubra sunt vestimenta tua? sed secum
primò dubitant: in quo declarant quidem
se discere, diuinamque scientiam cupere
sed doctrinam & illustrationem, quæ cõ-
cedatur

DE CÆL. HIER. LIB. 43
cedatur diuino progressu & ordine, non
occupant. Ergo prima caelestium spirituum
hierarchia à Deo recta factò imperio,
dum ad eum per se nullius interiectu tora
animi contentione fertur, refertaque pro
suo captu sanctissima ingentis luminis à
prima perfectione profecti purgatione,
purgatur, illustratur, atque perficitur, ita
vt nihil submissionis admixtum habens,
& primi luminis plena, & cognitionis ac
scientiæ quæ prima datur, particeps, ab-
soluatur suis numeris omnibus. Hoc etiã
paucis iure ac meritò possum dicere, &
purgationem esse, & illustrationem, & per-
fectionem, diuinae scientiæ communio-
nem, dum & quasi purgat atque expiat
ignorationem perfectorum mysteriorum
scientiæ, quæ cuique pro dignitate concedi-
tur: & illustrat diuina cognitione, qua etiã
purgat eam, quæ antea nõ viderat omnia,
quæ nunc excelsa illustratione enunciantur:
& perficit rursus ipso stabilitis ac firmæ
clarissimorum mysteriorum scientiæ lumine.
Atque hic quidè est quantum intelligere pos-
sum, primus caelestium naturarum ordo, qui
Deum nulli interiectu circũstat, simplicique
modo, & qui cõprehendi nõ potest, æternã
eius scientiã summa, vt in angelis firmitate:
quæ sæpiterno motu cietur, obit & per-
gra



B. DION. AREOPAG.

grat, ita & vt multas beatasq; res purgatis oculis contempletur, & simplicibus mediocque vacantibus splendoribus illustretur, & diuino cibo, qui multus est ille quidem prime largitionis effusione, sed vnus simplici, & vnus effectrice diuini epuli, vt ita dicam, vnitare satiatur. Idem etiam ordo magna Dei familiaritate & consuetudine operumq; coniunctione dignus est habitus, praeclararum eius, & voluntatum & actionum, pro suo capto, imitatione multas quoq; diuinas res eximie tenet, diuinaque scientia, & cognitione quatenus licet, est praeditus. Itaq; eius laudes Theologia iis qui terram incolunt tradidit, quibus summe illustrationis illius ordinis praestantia enunciat. Alij enim ordinis illius, vt more hominum loquar, quasi vox & fremitus aquarum multarum clamant, Benedicta gloria Domini de loco suo: alij praeclarum illud & veneratione dignissimum canticum magna voce pronuntiant, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth: plena est terra gloria eius. Hec autem summe caelestium meritorum laudes, iam quidem in iis quae de diuinis hymnis ac laudibus scripsimus, expressae sunt, dictumq; est de iis ibi pro capto nostro, & officio satis, ex quibus admonendi causa hoc tantum satis est dici, hoc temp

Eze. 3

Esa. 6

DE CAELIS. HIER. LIB. 45

tempore primum ordinem scientia de Deo differendi, id est, Theologia illustratum esse, pro capto suo, ab hac diuina bonitate, eamque hierarchiam bonitatis speciem generent, etiam eos ordines, qui ipsum deinceps sequuntur, eiusdem scientiae participes fecisse, illud, vt breuiter dicam, exponentem, veneratione dignam ipsam, excellentique ac omni laude celebrandam diuinitatem, iure fas esse, a mentibus quae Deum recipiunt, pro suo capto cognosci atque laudibus ornari. Sunt enim haec, vt diuina scripta tradunt, diuina quietis, quod diuinam speciem praeseferant, diuina sedes. Illud etiam docet, monadem esse atque vnitatem in tribus personis, quae a caelestibus naturis, ad postremas mundi huius, optimam suam prouidentiam in ea, quae sunt omnia distendat, vt quae sit primum omnis essentiae principium & causa: eandemq; omnia eximio modo complexu suo, qui inuictus sit, continere.

Esa. 66

DE DOMINATIONIBUS, Virtutibus, & Potestatibus, ac de mediis eorum hierarchia.

C V P T V I I I. Vniendum autem nunc nobis est ad mediam caelestium mentium descriptionem,



46 B. DIONIS. AREOP. G
 pñionem, aspiciendâq; sunt caelestibus ocl-
 lis, quoad eius fieri potest, dominationes
 illa, & spectacula quæ verè multum pos-
 sunt, diuinarum potestatu atq; virtutum.
 Vnumquodque enim nomen naturarum
 quæ nos superant, declarat earum diuinæ
 similitudinis imitatrices proprietates. San-
 ctatum quidem Dominationum nomen,
 quod mysterium enunciat, declarare ar-
 bitror excitationem quandam ad superas
 à seruitute omnique summissione, & vt
 ita dicam, subiectionem solutam ac liber-
 ram, quæ & nulli tyrânica dissimilitudini
 villo prorsus modo seipsam, id quod libe-
 ro dignum est, vt quæ dominatio sit nul-
 lis blanditiis codens subiicit & rem omnè
 seruitutis, quæ caput dimouit, effectricè
 superat, & omni summissione inperuacitet
 obstitit, & ab omni dissimilitudine soluta
 est, & veræ dominationis, dominiq; prin-
 cipatus semper cupiditate tenetur, & ad
 veram ratamque sui similitudinè, tum se-
 tum ea quæ ipsam sequuntur, quantum licet
 probè fingit ac format, & ad rem nullam
 earum, quæ temerè videntur atque appro-
 bantur, sed ad id quod propriè est, omnino
 conuersa est, & semper diuina bonitate,
 quantum potest, participat. Sanctatum
 autem Virtutum nomen significari puto,
 virilem,

DE CÆL. HIER. LIB. 47

virilem quandam inuictamque fortitudi-
 nem ad diuina omnia obeunda munera,
 quæ eas attingunt, quæ ad nullam diui-
 nam illustrationem earum, quæ eis offe-
 runtur, & quasi inferuntur, percipiendam
 imbecilla est, quæ magnis viribus ad diui-
 nitatis imitationè nititur, nec diuino mo-
 tu atque impulsui ignauia sua deest, sed
 magna contentione caelestem illam virtu-
 tisque effectricem virtutem intuetur, &
 illius quoad eius fieri potest, simulachrū
 virtutis speciem præferens efficitur, ita vt
 & ad eam, quasi virtutis principium, pro
 virili parte conuersa sit, & ad ea quæ se-
 cundum locum tenent, virtutis danda
 causa diuinæque similitudinis instar pro-
 deat. Sanctarum verò Potestatum nomi-
 ne, quod vnus est, & eiusdè, cuius Domi-
 nationes & Potestates, ordinis, declarari
 existimo, aptâ quandâ & ab omni admix-
 tione liberam in accipiendis rebus diuinis
 dispositionem, celestisque ac spiritualis po-
 testatis ordinem, quæ non tyrannorum
 more in peius potestatis viribus abutitur,
 sed inuicto animo ad diuina aptè & exci-
 tatur ipsa, & ea quæ ipsam sequuntur be-
 nignè excitat, atque ad summam illius po-
 testatis, quæ potestatis causa est, simili-
 tudinem & ipsa quantum licet, accedit,
 & eam,



48 B. DION. AREOPAG.

& eam, vt vt angeli possunt, in decore vir-
tutis, quæ suæ est potestatis ordinibus, ac-
cendit. Media celestium spirituum distin-
ctio, quæ diuinas has proprietates in se
continet, purgatur quidem, & illustratur,
atque perficitur, vt dictum est, à diuinis
illustrationibus, quæ ei secundo loco dan-
tur & inferuntur, per primam hierarchiæ
distinctionem, ac per mediã illam secun-
do loco diffunduntur. Quæ enim notitia
ab vno angelo ad alterum venire dicitur,
ea declarari dicemus, & illam quæ eminus
procuratur, & perfectionem, quæ progres-
su ac profusione, obscure ad secundos perue-
nit. Vt enim ij, qui probe sacrosancta reli-
gionis nostræ mysteria callent, rerum diui-
narum perfectiones, quæ per se nullius
interiectu existunt, præstare cæsent iis qua-
rum aliqui aliorum opera & procuratione
sunt participes: sic ego etiam ex angelicis
ordinibus eorû, qui primo loco Deum
spectant, & ad eum contendunt, participa-
tionem, quæ nullius interiectu procura-
tur, euidentiorem clarioremque iis quæ
aliorum opera efficiuntur, esse arbitror.
Itaq; ea quæ nobis de sacerdotali pontifi-
ciòque munere prodita sunt, primos spiri-
tus virtutes inferiorum perficientes, illu-
strantes atque purgantes appellant, quod
eorum

Zac. 3

DE CÆLES. HIER. LIB. 49

eorum procuratione, & ad principium
quod præstat, cæteris esserant, & parti-
cipes hant pro capru suo diuinarum pur-
gationum, illustrationumq; ac perfectio-
num. Hoc enim in vniuersum diuina præ-
scriptione ac lege pro Dei dignitate san-
ctum est, quæ secunda sunt primorum
procuracione participare diuinis illu-
strationibus. Id quod multis locis à Theolo-
gis enunciarum expositumque inuenies.
Cùm enim diuina paternæque humanitas
Israëliticum populum cõuersionis ac per-
nitentiæ eius studio sanctæ salutis causa
etudisset, ac feris crudelibusque gentibus
corrigendum tradidisset, eñ omni ptoui-
dentiæ ad meliora reuocatione, captiuitatis-
que liberatione, benignè etiam ad pri-
ma beneficia reuocauit. Vider Zacharias
Theologorum vnus vnum ex primis an-
gelis, vt mihi videretur, & qui Deum cir-
cũstant: Commune est enim, vt dixi,
omnium; qui angelorum nomine appel-
lantur, verba consolationis plena de hoc
didicisse à Deo: alterum autem inferioris
ordinis angelum, qui priori obuiam
antecedat, eo consilio vt illustrationem
acciperet fierique particeps: deinde eun-
dem cum ab eo diuinum consilium, vt à
pncipe didicisset, etiã Theologu ipsum

1. 1. 1.
2. 1. 1.
3. 1. 1.
4. 1. 1.
5. 1. 1.
6. 1. 1.
7. 1. 1.
8. 1. 1.
9. 1. 1.
10. 1. 1.
11. 1. 1.
12. 1. 1.
13. 1. 1.
14. 1. 1.
15. 1. 1.
16. 1. 1.
17. 1. 1.
18. 1. 1.
19. 1. 1.
20. 1. 1.
21. 1. 1.
22. 1. 1.
23. 1. 1.
24. 1. 1.
25. 1. 1.
26. 1. 1.
27. 1. 1.
28. 1. 1.
29. 1. 1.
30. 1. 1.
31. 1. 1.
32. 1. 1.
33. 1. 1.
34. 1. 1.
35. 1. 1.
36. 1. 1.
37. 1. 1.
38. 1. 1.
39. 1. 1.
40. 1. 1.
41. 1. 1.
42. 1. 1.
43. 1. 1.
44. 1. 1.
45. 1. 1.
46. 1. 1.
47. 1. 1.
48. 1. 1.
49. 1. 1.
50. 1. 1.



B. DIONYS. AREOPA.

ex inposito munere docuisse, fore ut Hierusalem à magna hominum multitudine incoletetur. Hoc etiam Ezechiel Theologus alius à præclara diuinitate in Cherubim sedente sancitum esse dicit. Israeliticum enim populum, ut dictum est, pater-na humanitas castigatione ad meliora traducens æquitate quæ Deo digna est, ab infantibus innocentes secernēdos distinguendosque censuit. Hoc primus secundum Cherubim dicit is, cuius tenes saphiro præincti erāt. quibus calari veste hierarchiæ insigni amictus erat. Reliquos autē angelos, qui secures tenebant, diuini ordinum princeps, diuinum de eā re iudicium iubet à priore discere. Nam hunc quidem iussit mediam Hierusalem præterire, signum imprimere in visorum innocentum frōribus: illis autem dixit, Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini. Ad omnem autem super quem videritis signum, ne accedite. Quid verò dicit aliquis de eo angelo qui Danieli dixit, Exiit verbum aut de primo ipso, qui ignem ex medijs Cherubim accepit aut de illo, quod plus valet ad docendum angelorum rectè constitutum ordinem, Cherubim ignem ingerere in manus eius, qui

Ezech. 11
Ezech. 9

Dan. 9

DE CÆLES. HIER. LIB. 51

qui sancta stola indutus erat: aut de eo, qui Gabrieli diuinissimo cum eum accer- *ibidem* sisset, dixit, Fac illū intelligere visionem? aut de omnibus alijs, quæ à sanctis Theologis dicta sunt de diuina caelestium hierarchiarū descriptione: cui si hierarchiæ nostræ status optimus pro virili parte similis euadat, sursumque ad caelestem omnis hierarchiæ auctorem feratur: profectō Angelicam venustatem quasi in imaginibus per se expressam habebit.

DE PRINCIPATIBVS,
Archangalis, & Angelis, eorumque hierarchiæ quæ est vltima.

CAP. IX.

Reliqua est nobis ad cognoscendum preposita distinctio, quæ Angelicas hierarchias cōcludit & determinat, id est, ea quæ à diuinis Principatibus, Archangelis atque Angelis ornatur. Ac primas quidem necessariō dicendas esse arbitror, pro captu ingenij mei sanctorū eorum nominum interpretationes. Declarat enim nomen caelestium Principatum, diuinitatis instar præesse, principatumque obtinere cū sacro ordine, qui Virtutibus quæ præ sunt, sit dignissimus: atque ad summum principatū, & eos omnino cōuersos esse,



52. B. DIONYS. AREOPA.
& aliis pro dignitate principatus duces se
præbere: & illum ipsum principatum, qui
principatus auctor est, pro virili parte ex-
primere: enunciat, que summum eius or-
dinem, Virtutum quæ principatum obin-
ent, descriptioni. Sanctorum autem Ar-
changelorum nomen eiusdem quidem est, cu-
ius caelestes Principatus, ordinis: est enim
& eorum Angelorum, ut dixi, hierarchia
vna atque distinctio: sed quoniam non est
hierarchia, quæ non & primas, & medias,
& ultimas virtutes habeat: sanctus Archā-
gelorum ordo communi quodam cum me-
dio hierarchico iure extrema sibi vendi-
cat. Nam & cum sanctissimis Principati-
bus commercium habet, & cum sanctis
Angelis: cum illis quidem, quod ad sum-
mum principatum accommodare ad im-
perandum conuersus est, atque ad illius
similitudinem, ut potest, se fingit, & Ange-
los decore suo ordinatōque principatu, &
qui cerni non potest, coniungit atque vnum
efficit: cum his autem, quod est etiam or-
dinis, qui ab alio accepta aliis enunciat,
dum & diuinas illustrationes hierarchia
more & instituto, primorum opera reci-
pit, & eas Angelis benigne nunciat, & per
Angelos nobis enūciat, pro sacrosancta ra-
tione manifestatque diuinarum illustratio-
num.

Angeli

DE CAEL. HIER. LIB. 53
Angeli enim, quemadmodum iam supra
diximus, complent ac determinant omnes
caelestium naturarum distinctiones, & or-
dines, ut qui extremo loco inter caelestes
essentias Angelicam proprietatem obti-
neant: eoque rectius a nobis Angeli quam
superiores, superiorum interpretes nomi-
nantur, quo eorum sacrosanctus principa-
tus in clarioribus euentioribusque rebus
versatur, & magis mundum attingit. Nam
summa quidem, ut dictum est, spirituum
descriptio, quod abstruso Deo ordine
prima vicina est, obscure secunda præesse exi-
stimanda est: secunda autem quæ expletur
& constat ex sanctis Dominationibus, Vir-
tutibusque ac Potestatibus, Principatum,
& Archangelorum atque Angelorum hier-
archia imperare, euentius quidem
quam prima, obscurius autem quam ea
quæ illam sequatur. Principatum verò,
Archangelorumque & Angelorum inter-
pres distinctio, hominum hierarchiis vicis-
sim imperare putanda est, ut sit ordine &
excitatio in Deum, & conuersio, & cum eo
societas, & coniunctio, aut, ut ita dicam,
vniō, atque etiā progressus, qui a Deo hier-
archiis omnibus benigne conceditur, cō-
muniterque fit, ac cum sanctissimo deco-
ro. Hinc Theologia hierarchiam nostram



54 B. DIONYS. AREOPA.
 Angelis attribuit, cum populi Iudæorum principem Michaelē appellet, aliōsque aliarum nationū. Statuit enim altissimos terminos gentium, secundum numerum Angelorum Dei. Quod si quærat aliquis, cur populus Iudæorū ad diuinas illustrationes solus efferretur & excitaretur? respondendum est, errorem, quo alia nationes in eos, qui dii nō sunt, deflexerint, rectis Angelorum præfecturis non esse tribuendū, sed illis ipsis, qui procliuitate sua de recta ad Deum ferente via deflexerint amore sui, contumacia, venerationeq; eorum, qui eis digni Dei nomine videbātur. Hoc etiā ipsi eidem populo Hebræorum vsuuenisse docetur. Agnitionem enim, inquit, repellam. & Post cor tuum iuistr. *Exod. 32*
Osee 4 Neq; enim vita nobis data est, cui vis illata sit, aut imposta necessitas: nec eorum quæ prouidentur libertate diuini radij illustrationis, quæ à prouidentia manat, vel obruuntur, vel obscurantur: sed oculorum mentis dissimilitudo facit, vt effluens patetæ benignitatis lucis largitio, vel omnino cōmunicari capiq; nō possit, & propter eorum obstaculum ac repugnātiā, infundit: aut cōmunionē facit dissimiles, paruas aut magnas, obscuras vel claras, cum vana sit & simplex, eodēque modo
 semper

DE CÆLES. HIER. LIB. 35
 semper habeat, & valde explicatus fufusque sit diuini fontis radius: præsertim cū aliis gentibus, ex quibus nos quoque ad Immensum copiosumq; diuinæ lucis profundum, quod omnibus vltro se cōmunicandum offert, emerisimus, non alieni dii præfuerint, sed vnū principium omnium, & ad illud Angeli qui vnicique nationi præfecti erant, sequaces deducerent. Considerandus est Melchisedech, qui sacerdos Deo charissimus, non eorum qui non sunt, sed altissimi Dei, qui verè est Deus. Etenim nō simpliciter atq; omniāno Melchisedech Theologi Deo clarum, sed sacerdotem quoque vocauerunt, vt sapientibus planè significarent, non solum eum ad eum qui reuera Deus est, conuersum esse, verum etiā aliis præterea, vt pontificem, ducē ad verum solumque Deū perueniendi fuisse. Hoc etiam pontificiæ tuę sapientiæ commemorabo, & Pharaoni ab Angelo, qui Aegyptij præpositus erat, & Babyloniorū principi à suo, omnibus prouidentis atq; dominantis prouidentiam protestatemq; per visā missam esse, & gentibus illis veri Dei famulos duces constitutos fuisse eorū, quæ ab Angelorum visis obscure expressa erant, interpretationis, quæ eadē ferè sanctitate, qua Angeli
 c 4

Gen. 14

Gen. 41
Dan. 2



erant, præditis hominibus, Danieli & Ioseph, ex Deo Angelorum opera enuciata partemque fuisset. Vnum enim est omnium principium, vna prouidentia; nec putandum est villo modo, Iudæis quidem quasi sortitò Deum præesse, Angelos autem propriè aut ex æquo, aut cõtrariis voluntatibus, vel Deos aliquos imperare alijs nationibus. Quin etiã oraculum illud hac intelligentia accipiendum est, non quasi Deus impertum nostrum cum alijs dijs aut Angelis diuiserit, sortitòq; ipse Israëlitis populo dux aut præfectus creatus sit, sed quòd vna quidè de omnibus altissimi prouideria omnes homines salutis causa Angelis suis ad se deducèdos distribuerit, solus autem ferè præ omnibus Israëliticus populus cõuersus sit ad veri Domini illustrationem accipiendã & noticiam. Itaque Theologia cum Israëliticum populum seipsum veri Dei cultui attribuisse & dedidisse narrat, hoc ait, Factus est pars Domini: cum autem exponit eundem eodem modo, quo ceteras gentes alicui sanctorum Angelorum traditũ & commissum esse, vt eius opera vnum omnium principium agnosceret, Michaëlem Iudæis præpositum esse dixit: nos aperte planèque docens vnã esse ad omnia pertinentem prouidentiam.

Psal 134

22, 10

prouidentiam, quæ omnibus virtutibus, & quæ obrutum oculorum effugiunt, & quæ sensu oculorum percipiuntur, infinitis partibus præset, omnes autem Angelos, qui singulis gentibus præsint, ad illud ipsum principium, vt proprium, eos, qui vltiò ac sponte sequantur, deducere.

REPETITIO ET CON-

clusio Angelici ordinis.

CAP. X.

Hoc ergo à nobis conclusum est, primum naturarum, quæ Deo præsto sunt, ordinè, à diuina illustratione rectũ, quòd ad eam re nulla interiecta contendat, purgari, illustrariq; ac perfici, & obsecutiore & clariore diuinitatis lumine: obsecutiore quidem, quòd magis spiritualis sit, & simplicius ac magis vnũ efficiat: clariore autem, quòd primum datum sit, primumque splendet, & magis totum sit magisque in eum ordinem, vt liquidum & nitidum, effundatur. Ab hoc rursum ordine secundus, à secundo tertius, à tertio hierarchia nostra, eodem venustè dispositionis descriptionisq; instituto, cõcentu diuino & proportione ad summum notius ornatus principium & finem hierarchi-



B. DIONIS. ARÆOPA.

hierarchy more deducitur. Sunt autē omnes eorum, qui antecēdūt, & interpretes, & nunciij: primi quidem, Dei qui motum eis affert, ceteri autem eadē ratione, eorum qui à Deo permouentur. Adeo enim summus ille omnium concentus vniuscuiusque eorum, quæ ratione vtuntur, animoque cernuntur, sacrosanctæ descriptioni, ratioque ductui consuluit, vt & ipse singulis hierarchiis pulchros ordines dedit, & hierarchiam omnem in primas virtutes, medias, atque postemas tributam esse videamus. Quinetiam singulas spirituum, vt propriè dicam, descriptiones iisdem diuinis harmoniis discreuit. Itaque ipsos diuinissimos Seraphim Theologi alterum ad alterum clamasse dicunt: quæ quidem re planè, meæ sententiæ, declarāt, primos participes facere secūdos diuinarum rerum atque notionum. Hoc quoque non immeritò possum addere, vnamque & cælestem, & humanam mentem seorsum proprios in se continere, & primos, & medios, & vltimos ordines atque facultates, quæ eodem modo, quo superiores singularum hierarchiarum illustrationum proprii ductus, enunciantur: quibus vnaquaque mens pro suo captu quàm nitidissimæ purgationis, copiosissimè

Isaia 6

DE CÆLES. HIER. LIB. 39

piosissimi luminis, absolutæque perfectionis sit particeps. Nihil est enim per se absolutæque perfectum, aut quod omnino perfectionis non indigeat, nisi id quod reuera absolutè perfectum est, & perfectionis est principium.

CVR. OMNES CÆLES-

stes nature communi verbo

Virtutes cælestes

dicuntur.

CAP. XI.

His ita constitutis, illud considerandum est, cur omnes simul Angelicas naturas, Virtutes cælestes appellare soleamus. Non enim dicere possumus, vt in Angelis, omnium esse vltimā sanctarum virtutum distinctionem, & vltimarum quidem sanctæ illustrationis superiorum essentialium ordines esse participes, extremas autem nullo modo. Ob eamque causam cælestes quidem Virtutes omnes dicuntur diuini spiritus: Seraphim autem, Throni, & Dominationes, non item. Extrema enim spirituum descriptiones non participant vniuersis summarum proprietatibus. Angeli enim & Archangeli, qui Angelos antecēdunt, Principatusque ac Potestates, qui duo ordines post Virtutes à Theologis locantur,

com



60 B. DIONYS. AREOPA.
communi nomine sapenumero à nobis,
vnà cū aliis sanctis essentis, cælestes Vir-
tutes appellantur. Hoc tamen negamus
nos, cū communi cælestium Virtutum
nomine in omnibus vrimur, confusionem
vllam vnus cuiusque ordinis proprietatū
inducere: sed quoniam in tria omnes di-
uinæ mentes cælesti ratione sua diuisæ
sunt, in essentiam, in virtutem, & in actio-
nem, cum omnes aut aliquas earum sine
vlla obseruatione cælestes essentias, aut
cælestes virtutes vocamus, non multis no-
minibus per circumloquutionem eas de-
quibus agimus, ex vnus cuiusque earum
essentia, aut vi appellare existimandi su-
mus. Neque enim putandi sumus, nos
summam proprietatem sanctarum Vir-
tutum, quæ iam à nobis rectè ac præclare
distincte sunt, etiam inferioribus essentis
Angelicarum descriptionum, ordinis qui
confusus perturbatusque non est, euer-
tendi tollendique causa, vllō modo attri-
buere. Vt enim à nobis sæpè rectè dictum
est, summæ spirituum descriptiones ab-
undè etiam inferiorum sanctas proprie-
tates habet: vltimè autem summam supe-
riorum proprietates in totum non ha-
bent, cum vicissim in eas primarum opera
illustrationes, quæ primum extiterunt,

pro

DE CÆLES. HIER. LIB. 61
pro earum captu infundantur.

CVR. HOMINVM PON-
isces Angeli dicantur.

CAP. XII.

HOc etiam quærent ij qui spiritua-
lium scripturarum contemplatione
ducuntur. Si enim ea quæ vltimum digni-
tatis gradum tenent, superiorum proprie-
tatis omnino ex parte non participant,
cur pontifex noster angelus Domini re-
rum omnium prepotentis à scriptis diui-
nis appellatus est? Hoc autem verbum
non aduersatur, vt arbitror, iis quæ ante
constituta sunt. Dicimus enim totam at-
que summam superiorum ordinum vim
inferiores requirere. Sunt enim eius, quæ
totius pars est, eorumque captui accom-
modata participes, vna omnium quæ con-
cinna est, & colligandi vim habet, com-
munitate. Velut sanctorum Cherubim
ordo sapientiæ scientiæque altioris est par-
ticeps: ordinem autem earum essentiarum
quæ eis subiecte sunt, participes quidem
etiã ipsi sunt, & sapientiæ & scientiæ,
sed tamen eius quæ pars est, vt ad illos, &
quæ inferiorem locum tenet. Ac parti-
ceps quidem esse omnino, & sapientiæ &
scien:



Psal. 64.
81
Gen. 32
Ioan. 10
Exod. 7

B. DIONIS. AREOPA.
 scientiæ, commune est diuinarum mentium omnium: sine autem vlllo medio, atque primùm particeps esse, aut secundo loco, & inferiore, nõ ite, sed vt cuique pro captu suo constitutum est. Id quod etiam sine errore de omnibus diuinis mentibus statui potest. Vt enim primæ cum fœnore habent sanctas inferiorum proprietates, sic etiam illas superiorum habent vltimæ; non tamen eodem, sed inferiore modo. Nihil ergo, mea sententiâ, absurdum est, si Theologia pontificem nostrum angelum appellat, qui & pro virili parte proprietatis Angelorum, qua ab alijs accepta alijs enunciant, sit particeps, & ad eorum similitudinem interpretandi, quantum homini licet, accedat. Quinetiam inuenies Deos appellari à Theologia, & caelestes, quæque nos superant, naturas, & viros qui apud nos charissimi Deo sanctique sunt, etiam si Deus ipse, vt ita dicam, absconditus & abstrusus, q̄b omnibus exẽptus sit, eisque præster immensa dignitate, nihilque eorum que sunt, ei simile propriè atque omnino appellari queat. Veruntamen ea omnia que animo intelliguntur, rationemque habent, & ad eius, vt ita dicam, vnionem omnino, quoad eius fieri potest, conuersa sunt, atque ad diuinas illustrati

DE CÆLES. HIER. LIB. 63
 lustrationes pro virili parte continenter contendunt, Dei, si dici fas est, imitatione, Dei etiam digna habita sunt nomine.

CVR A SERAPHIM
purgatus esse dicatur Esaias
propheta.
CAP. XIII.

AGe verò illud etiã pro virili parte videamus: cur ad Theologorum vnum Seraphim miti dicatur. Quæret enim ac dubitabit de eo aliquis, propterea quod non quispiam inferiorum Angelorum, sed is qui summis essentijs annumeratur, prophetam expiet. Nonnulli quidẽ in ea sententia sunt, vt dicant, cõuenienter iis, quæ iam paulò antè de omnium spiritusũ communionẽ constituta sunt, non vnam primarum mentium, quæ Deo præsto sunt, dici à scriptura Theologi purgandi causa venisse, sed aliquem eorũ angelorum, qui nobis præpositi sunt, vt purgationis Prophetæ effectorem eodem, quo Seraphim appellati esse nomine, ex peccatorum que commemorata erant per incendium obliteratione, eiusq; qui purgatus & expiatus est, ad diuinam obedientiam recreatione, Scripturamque dicunt omnino vnum ex Seraphim poluisse, non ex iis qui præsto sunt



64 B. DIONYS. AREOPA.
sunt Deo, sed ex iis Virtutibus expiatri-
bus, quæ nobis præsent. Alius autem non
admodum absurdam & alienam defensionem
rationemque de hac questione mihi
protulit. Dicebat enim magnū illum An-
gelum, quisquis tandem fuisset, qui visionem
finxerat, suum purgandi munus, vt
Theologo traderet res diuinas, in Deū, &
post Deum, primæ hierarchiæ attribuisse.
Quæ quidē fortassis vera sit oratio. Aiebat
enim is, qui in ea erat sententia, vim diuinam
in omnibus aduentu suo ambulare,
& ad omnia liberè peruenire, rursumque
nulli apparere nec ostēdi, non solum quòd
ab omnibus exempta & secreta sit singulari
modo, verum etiam quòd obscure in
omnes prouidentia suæ actiones operationesque
diffundat. Atqui omnibus etiā
naturis, quæ ratione intelliguntur, pro eorū
capitū apparet, lumenque suū summis
illis naturis permittens, per eas vt primas
seiplam inferioribus rectè & ordine, pro
cuiusq; ordinis in contemplando Deo modo
atq; capiti distribuit: aut (vt planius dicam;
accommodatisq; ac propriis exemplis
vtar, quæ etsi absunt à Deo, eoque indig-
na sunt, cum ab omnibus secretus sit, tamen
nobis sunt illustriora & clariora.)
quòd radij solis distributio recta aptaque
dij

DE CÆLES. HIER. LIB. 65
diuisione in primam materiā incidit, quæ
sit omnium & clarissima & limpidissima,
ac per eam euidentius splendorem suum
diffundit: cum autē incidit in crassiorem
materiam, obscurior eius splendor, qui dif-
funditur, apparet, propterea quòd mate-
ria illustrata minus apta sit ad diffusionem
luminis: eoque fit sensum, vt ad extremum
ferè non distributum ac diffusum contra-
hatur. Rursus calor ignis magis seipsa
diffundit per ea, quæ eum magis capiunt,
quæque ad eius similitudinem ac speciem fa-
cile cedunt atque ducuntur: in iis autē na-
turis quæ obstitunt, aut in contrariis, vel
nullum, vel certè exile ac tenue quoddam
igneæ actionis vestigiū perspicitur: quòd-
que hoc maius est, in res non eiusdem ge-
neris, per eas quæ illi accommodatæ sunt,
incurrit, ita vt primū, si ita res ferat, ignis
faciat ea, quæ facile igne sunt, atq; adhibi-
tis aut aquam, aut aliquid aliud eorū quæ
non facile igne sunt, eodem modo calefaci-
at. Eadem igitur ratione, qua naturalis
rectè descriptus ordo, primus ille omnis
moderationis, & quæ videtur, & quæ sub
aspectum non cadit ordo lucis: suæ splen-
dorem eximie ac primum largè summis
essentialis suppediat, earumque opera ex
quæ illas sequuntur, diuini radij partici-



66 B. DIONYS. AREOP.
pes sunt. Hæ enim cum Deū primè agnoscerent, diuinæque virtutis studio summo perè traherentur: hoc etiam assequutæ sunt, vt prima ad diuinæ potestatis & actionis imitationem pro captu suo peruenirent: eadè que inferiores ad eandem imitationem pro virili parte benignè excitant, largè eis præbentes eum splendorem, qui in ipsas sit effusus: ac rursus illè inferioribus, & ita sigillatim, prima sibi proximam eius quod datū est, participem facit, eadè que ratione ad omnes prouidentia diuinum lumen peruenit. Est igitur omnium quæ illustrantur, illuminandi principium, Deus quidem natura & reuera propriè, vt lucis essentia, ipsiusque status & aspectus auctor: positione autem & instituto Dei que imitatione, natura superior, quæ pars est, vniuscuiusque earum, quæ illam sequuntur, initium est illuminandi, quod diuina lumina per eam in illam manent. Quocirca summam caelestium mentium descriptionem cæterorum Angelorum omnium essentia, vt patet est, secundū Deum omnis sacrosanctæ Dei & scientiæ, & imitationis principium ac fontem esse existimant, quod illarum opera in reliquis omnes atque in nos diuina diffundantur illustratione. Itaque sacræ omnè Dei que imitationem

DE CÆLES. HIER. LIB. 67
tricem actionem ad Deū quidem, vt auctorem referunt, ad primas autem ac diuinas mentes, vt primarios effectores diuinorum operum ac magistros. Quapropter prima sanctorum Angelorum distinctio in se magis quam cætera igneam proprietatè cõtinet, susamque diuinæ scientiæ communionem, ac summam diuinarum illustrationum scientiæ vsum ac peritiam, solique proprietatem, quæ appetum Dei domicilium declarat. Inferiorum autem essentiarum distinctiones ignis, scientiæ, scientiæ Dei capaci vi sunt illè quidè prædita, sed inferiori genere, & quod primas intuentur, earumque opera, vt que primo loco diuina imitatione dignè habitæ sint, ad id diuinæ similitudinis, quod fieri potest, deducantur. Sanctas ergo proprietates, quæ enumeratæ sunt, quatum participes primarum opera, factæ sunt ea, quæ illas sequuntur, illis ipsi secundū Deum, vt principes acceptas referunt. Dicebat ergo is qui hæc asseruit, visionem quidam illam essentiam esse Theologo ab vno sanctorum beatorumque Angelorum, qui nobis præpositi sunt, & ductu eius qui illustrabat, ad spiritualem illam excitatū esse contemplationem, qua & summam naturas, quæ (vt ita dicam) infra Deū, cum Deo, ac circum



68 B. DIONYS. AREOPA.
Deum locata sunt, per signa cerneret, &
summum Deum, qui modo quodam qui
exprimi non potest, ab omnibus atque ab
ipsis secretus est, statq; in mediis superio-
ribus virtutibus. Intelligebat ergo ex iis,
quæ cernebantur, Theologus, Deum sum-
ma omni præstantia sine cõparatione om-
nem virtutem. quæ cernitur, & quæ non
cernitur, id est, longè multamq; superare,
atque ab omnibus secretũ separatumque
esse, ut qui nulla ex parte etiam primis re-
rum essentiis, similibus sit: illud etiam præ-
terea, cum esse rerũ omnium principium
causamque efficiẽtem essentia: indissolu-
bilisque rerum mansionis immutabile se-
dem, a qua ytescent, & bene essent, primæ
etiam virtutes habuissent. Deinde ipsas
sanctissimorũ Seraphim diuinas virtutes
disciebat, quorum sacrosanctum nomen
ignem declarat, de quo nos paulo post
dicemus, ut poterimus interpretari igneæ
virtutis ad diuinam similitudinem impul-
sum. Penarũ verò senarum sacre fictio-
nis absolutam ac summam in Deũ in pri-
mis mediis, vltimisq; mentibus excitatio-
nem; quin etiam innumerabiles eorũ pe-
des multalq; facies cernes sanctus Theo-
logus, & alis diuidi impedireq; pedũ facie-
rum aspectũ perpetuamq; mediarũ pen-
narum

DE CÆLES. HIER. LIB. 89
narum motum: ad spiritalem eorum, quæ
videbantur cognitionẽ traducebatur, ex-
plicata ei summotũ spiritũ vi, quæ multa
& peragrat & videt, sacraque eorũ reuerẽ-
tia, quã habent summam, in temeraria &
audaci, quæque exitũ habere non potest,
inuestigatione: sempiternoque motu, qui
& intermicti nõ potest & supra petit, apta
ratione actionum, quæ diuinas imitantur.
Quin etiam diuinũ illum præstantemque
laudum cantum disciebat, cũ angelus qui
visionem fingebat, pro virili parte sacro-
sanctæ scientiæ suæ Theologũ participem
faceret. Hoc igitur etiam eum docebat,
communione diuini splendoris, & mun-
diciæ pro cuiusque captu, esse iis qui quo-
quo modo mudi sunt, expiationi. Hęc au-
tẽ purgatio & expiatio, à diuinitate ipsa,
cum præcipuis causis in omnibus sacris
mentibus summa obscuritate perficiatũ,
tamen naturis quæ circa eam sunt, ut sum-
mis illustrior est quodammodo, magisque
se ipsam promit atq; diffundit. In secũdis
autem, aut vltimis, aut nostris virtutibus,
quæ animo intelliguntur, ut quæque ab ea
diuinitate ipsa distat, ita clara ei illustra-
tionem ad singularem obscuritatis suæ igno-
rationem colligit. Datur verò illustratio
primarum essentiarum opera singulis se-



70. **B. DION. AREOPAG.**
cūdis: ac, si summarim dicendum est, pri-
mūm ex obscuro & occulto in apertum
atque in lucem per primas virtutes pro-
fertur. Hoc igitur Theologus ab eo an-
gelo qui ipsum illustrabat, discēbat, purga-
tionē diuināsq; actiones omnes, quæ pri-
marum naturarum opera elucēt, ceteris
omnibus diuidi atq; diffundi pro cuiusq;
ad diuinās communionēs ratione. Itaque
propriētatē purgandi per ignem, Sera-
phim iure secūndū Deum attribuit. Non
ergo alienum absurdūmq; est, si Seraphim
Theologū expiare dicitur. Vt enim Deus
omnes hoc ipso purgat & expiat, quod
omnis expiationis causa sit: aut potius (si-
mili enim exemplo utar) quemadmodum
pontifex noster per ministros suos aut sa-
cerdotes purgās & illustrans, ipse purgare
illuminarēque dicitur, quod ordines quos
consecrat, sacrosanctas suas actiones mū-
neratque ad eum referant: sic angelus qui
Theologi expiationem perficiebat, suam
expianā & sciētiam, & vim, Deo quidem
tanquam auctori, Seraphim autem quasi
primo factorum pontifici attribuit, dum
eū quem purgabat, cum metu reuerentiā-
que angelica, vt aliquis dicat, hæc tradit,
Expiationis quæ in te a me perficitur, prin-
cipium quidem præcipuum & essentia,
atque

DE CÆL. HIER. LIB. 71
atque effector & auctor est is, qui etiam
primas naturas, & in lucē protulit, & col-
locatione, quæ eas circum se disposuit,
coninet atque tuetur, & stabiles & firmos
atque immurabiles, eisdēque ad primas
prouidentia suæ actiones permouet &
impellit. (hoc enim, is qui hæc mihi tra-
debat, Seraphim legationem declarare di-
xit.) Princeps autem factorum & secun-
dum Deum dux, qui est primarum natu-
rarum ornamentum, a quo ego diuine ex-
piare didiciis est, qui te opera mea expiat,
per quem prouidentia suæ actiones ex ab-
struso loco a nos deprompsit, is qui est
auctor & effector omnis expiationis. Atq;
hæc quidem ille mihi tradebat: tibi autem
ipse trado. Tuæ verò intelligendi discer-
nendiq; scientia erit, aut altera causa ea-
rum quæ expositæ sunt, te ex quæstione
dubitationēque explicare, atque eam alte-
ri, vt quæ probabilis sit, & consentanea,
ac fortassis etiam vera, antepone: aut
per te quid cum veritate coniunctius sit,
inuenire, aut ab alio discere, Deo scilicet
verbum suppeditante, angelisque conci-
liantibus: ac nobis qui angelorum studiosi
sumus, patefacere clariorem, fieri potest,
mihi que chariorem scientiam atque con-
templationem.



B. DION. AREOPAG.

QVAD SIGNIFICAT

Angelorum traditus numerus.

CAPVT XIII.

Dan. 7

Hoc etiam dignum est, mea quidem sententia, spiritali consideratione, scriptura diuina, cum Angelorum numerum tradunt, mille milia eorum esse dicere, & decies centena milia, quibus numeris maximos numeros, quos adhibemus, in se reflectunt & augent: atque his plane declarare caelestium naturarum, quia a vobis numerari non possunt, ordines. Multi enim sunt beati caelestium mentium exercitus, qui infirmum & contactum numerorum corporum, quibus utimur, modum superant & transeunt, atque sciēter definitur a sola earum summa caelestique intelligentia ac scientia, quae eis feliciter conditur a diuina sapientium effectrice, quae vniuersarum rerū singulari modo, & principium est, & causa efficiens essentiae, & vis continens & complectens determinatio.

QVAE SINT ANGELORVM

imagines quae formantur, quid ignis, quid humana species, qui oculi quae nares, quae aures, quae ora, & cetera capitis.

CAPVT XV.

Agc

DE CAEL. HIER. LIB. 7.

Age vero deinceps remittentes, si videtur metis nostrae aciem quam pro Angelorum dignitate in singulares altisque contemplationes intendimus; ad diuinarum multiplicemque maximae Angelicarum formarum & figurarum varietatis latitudinem veniamus, ac rursus ab eis quasi ab imaginibus ad caelestium mentium simplicitatem reuertendo reuertamur. Tibi autem hoc autē cognitum esse velim, imaginum quae praeclare figuratae sunt, obscuras explicationes, interdum easdem caelestium naturarum descriptiones praesse declarare, ac rursus sacro principatu regi, extremasque praesse, & primas sacro imperio gubernare: eisdemque, ut dictum est, & primas, & medias, & vltimas habere virtutes, nec absurdam ullam orationem induci hoc genere explicationum. Nam si patere quidem aliquas prioribus dicemus, deinde eisdem praesse: priorēque rursus, quae praesunt vltimis; ab illis ipsis quae pateant, sacro imperio regi: profecto hoc ipsum reuera absurdum alienumque esset, plenumque magnae confusionis ac perturbationis. Cum autem easdem & praesse & patere dicimus, non tamen eisdem, sed vnamquamque eandem in superiorum quidem imperio esse, imperare autē vltimis

Apo. 5
16. 17
Gen. 16
Dan. 8

Zac. 1. 2.
45

f 5



B. DION. AREOPAG.

certe non improbabiler quispiam dicit, formas & figuras sacrosanctas, quæ in scriptis diuinis fictæ sint, eadẽ interdum posse & primis, & mediis, & vltimis virtutibus propriè ac verè attribui & affigi.

Eze. 1. 10 Itaq; si eis tribuatur ad ea quæ antè sunt,
Dan. 7 conuersio & motus atque is qui circũ se,
10 & in orbẽ fertur, & custodes sint virtutũ
Matth. 28 suarũ, & communi ad secunda progressu
Hebr. 12 virtutis prouidendi communiõ: certè cæ-

lestibus naturis omnibus verè hæc omnia conuenient, etsi aliis, superiori modo, atq; generali, vt saepe dictum est, aliis autem, inferiori, & vt ita dicam, particulari. Sed ordiendum est, quærendũque in prima figurarũ explicatiõne, cur Theologia ferè præter omnes sacrosanctam ignis figuram probasse reperiatur. Eam enim inuenies non solum rotas igneas fingere, sed etiam ignea animalia, & viros quasi fulgentes, ac circum cælestes essentias acervos pinnarum ponere & adhibere, flumĩosque qui inuictum ignis cursum aestufluxionem ex se fundant. Quin etiam Thronos igneos esse dicit: ipsosq; fummos Seraphim incensos esse ex ipso nomine declarat, eisque ignis & proprietatem & actionem tribuit: atq; vt summatim dicam, semper atque vbiq; præcipuè igneã figurã probat. Ac igneam quidem

DE CÆL. HIER. LIB. 75

quidem formam significare arbitror cælestium naturarum maximã in Deo imitando similitudinem. Sancti enim Theologi summam & forma carentem essentiam ignis specie multis locis deserunt, quòd ignis multas diuina, si dictu fas est, proprietatis, vt in iis quæ videntur, imagines ac species præ se ferat. Ignis enim, qui sensu percipitur, in omnibus & per omnia sine admixtione funditur, sæcerniturque à rebus omnibus, lucetque totus simul, & abstrusus est, incognitũque manet ipse per se, nisi adhibeatur materia, in qua vim actionemque suam declaret: cohiberi vinciq; non potest, nec videri: omnia ipse per se obrinet, ea in quibus fuerit, ad vim suam actionemque commutat: sui ipsius particeps facit, quicquid ipsi proprius quoquo modo adhibeatur: renouat omnia vitali calore, illustrat aperto lumine: teneri non potest, nec miserè dissipãdi vim habet, commutari non potest, sursum fertur, celeritate magna est predictus, sublimis est, nec humilitatẽ vllam ferre potest: immobilis est, per se mouetur, aliis motũ affert: cõprehendendi vim habet, ipse cõprehendi nõ potest: nõ eget altero: clam se amplificat: in materiis quæ ipsius capaces sunt, magnitudinẽ suã declarat: vim efficiendi



76. B. DION. AREOPAG.

ciendi habet, potens est: omnibus preſto
est, nec videtur: si negligitur, nō esse vide
tur: attritu autē quasi irritatione quadam,
naturaliter ac proprie repente existit, ruf
ſuſque ſenſum fugiens euolat: in omnibus
ſui cōmuntonibus minui non pōreſt. Mul
tas etiam alias ignis proprietates inuenire
poſſumus, quę proprie ſint, vt in imaginib
us ſenſum mouentibus, diuinę actionis.
Quod cū Theologi intellexiſſent, cele
ſtes natura ex igne finxerunt, declarantes
earum diuinam & ſimilitudinem, & quan
tum licet, imitationē. Humana etiam for
ma ac figura eas deſcribunt, propterea q̄
homines vi intelligēdi mentēque p̄diti
ſint, vimque cernēdi antē habeant, & ſta
turam rectam: & natura p̄ſint, principa
rūmque obtineāt: ſenſumque habeant mi
nimum quidem, ſi cum ceteris animalium
quę expertia ſunt rationis, facultatibus
conferatur, ſed qui omnia dominatu te
neant, mente magnāque intelligēdi vi &
cōpia, ſcientięque rationis compoſitis po
teſtate, quōd natura, ſeruitute ac domi
nati opprimi ſubigique nō poſſint. Licet
etiam in ſingulis, vt arbitror, corporū no
ſtrorum partibus, quę complures ſunt,
celeſtium naturarum conſentaneas con
ſiſtentięque imagines ac ſimilitudines inue
nire,

DE CÆL. HIER. LIB. 77

aire, ſi dicam⁹ facultates vidēdi declarate
in eis clariffimā diuinorū luminum aſſen
ſionem: ruſuſque tenerū atq; humidum,
nec obſiſtens, ſed celeriter mobile, ac pu
rum & apertum diuinarū illuſtrationum
paſſionis expers receptaculū: vim autem
diſcernēdi ea quę odorē efflant, vim eſſe,
quę odoris, qui mentē ſuauitate ſua vin
cit, effuſionem recipit, atque ea, quę non
ſunt eiufmodi, perire: internoscit, omnino
que declinat: aurium verō vim, id quod in
eis eſt particeps diuinę intelligētię ac no
titię, eamque recipit, cum iudicio & arte:
guſtatum, ciborum ſpiritualiū ſatiētiem,
diuinorūque & alentium liquorum re
ceptaculum: tactū, id quod in eiſdē res na
tura accōmodates, aut alienas cū ſcientia
diſcernit: palpebras & ſupercilia, id quod
intelligentias notionēſq; diuini aſpēctus
conſeruat: pubeſcentem aratē ac iuuentu
tem, vim vitālē, quę ſemper vigeat: dentes,
id quod alimenti adhibiti perfectionē di
uidit. (vnaquęque enim eſſentię, quę mōte
p̄dita eſt, vnicam intelligētiām, quam à
diuiniore traditam accepit, vi quadā qua
aliis natura cōſulit, diuidit atque ampli
cat, pro capto & ductu inferioris,) hume
ros, vlnas, & manus, faciēdi & agēdi, eſſi
ciēdiq; vim: eor autē ſignificare dicamus
diuinam

Gen. 18

Gen. 8

Exod. 3
Gen. 19

Gen. 32

Pſal. 16

Marc. 4
Dan. 7

Dan. 4
Dan. 16
Eze. 16

Universidad de
D. 10
Apo. 15
Ezec. 9
Biblioteca

78 B. DION. AREOPAG.

diuinam vitā, quę vitālē vim suam benig-
nē in ea quibus cōsultat, dispergit: pectus
autem declarare id quod superari non po-
test, & quod vitālē distributionē, vt supra
cor situm, custodit: tergus, vim quę vita-
les omnes facultates continet: pedes, vim
mouēdi, celeritatem, & eursum sc̄apiter-
ni motus, quo ad diuina ciētur. Itaq; pen-
natos sanctorum angelorum pedes Theo-
logia finxit. Penna enim declarat & du-
ceendi celeritatem, & quod cæleste est, &
quod antē mouetur, & quod ab omni re-
rum terrenatum studio & cupiditate ab-
horret, propterea quod sursum feratur:
pennarum autem leuitas, id quod nulla ex
parte est terrenum, sed totum sine admix-
tione & grauitate, sursum efferrat. Nudi-
tas verō, & calecorum priuatio, id quod
solutum ac liberum est, atque desertum &
purum ab omni externa commoditate, &
quod ad diuinā simplicitatis similitudi-
nem, quantum potest, contendit. Sed quo-
niam rursus simplex & varia Theologia
nudos tegit ac vestit, estque vasa quædam
dat portanda: age etiam sancti cælestium
mentium amictus & instrumenta, quid
declarent, pro nostra virili explicemus:
Luc. 24. Nam splendidam quidem vestem, atque
igneam significare arbitror, & diuinā spe-
ciem

Ezec. 1

Apo. 10

D. 19

Gen. 18

Luc. 24

DE CÆL. HIER. LIB. 79

ciē ex ignis similitudine, & vim illustran-
di propter præmia, quę in cælo sunt, vbi
est lumen, & quod omnino spiritaliter il-
lustratur. Pontificiam autem, id quod ad
diuinā abstrusāque spectacula perducit, &
quod totā vitam consecrat: Zonas verō, id
quod fertiles ipsas virtutes custodit, & ha-
bitū carū contractum in se singulari mo-
do conuersum esse, atque circum se, & in
orbem cum dignitate immutabili, vt ita
dicam. identitate versari. Virgas, regiam
potestatem atque principatum, qui etiam
diuina omnia perficit: hastas & secures, id
quod dissimilia diuidit, virtutumq; ipsa-
rū, quę vim discernendi habent, & celeri-
tatē, & efficacitatem, & efficientiam. Geo-
metrica fabrilīque vasa, fundamenta ian-
ticiendi, edificandi, absoluedique ædificij
vim, & omnia alia, quę ad secundarum
munus, quod inducendo & conuertendo
positum est, pertinent. Declarant etiam
interdum sanctorum angelorū, quę figu-
rantur instrumenta, Dei in nos iudicia, eo-
rūmq; alia correctricem disciplinā signifi-
cant, aut vindicem iustitiam, alia periculi
liberationem, aut correctionis finem, aut
pristinæ secundæ fortunę, reditū, aut alio-
rum donorum exiguorū vel magnorum,
quę sub sensum cadunt, aut quę ratio-
ne

Apo. 1

Apo. 1

Et 15

Indic. 6

2. Mac.

ii

Ezech. 9.

Ezec. 40



Dan. 7

Ioan. 3
Apo. 10

10 B. DION. AREOPAG.
ne intelliguntur, cum ulu & accessionem.
Nec vno nomine dubitabit mens, que discernendo valet ea que clara sunt & apparent, obscuris nec apparentibus accommo-
dare. Ventorum autem nomen in eis ce-
lerem declarat, & in omnia ferè puncto
temporis penetrantem efficientiam, mo-
tumque ex superis ad infera loca, rufus-
que ex inferis ad supera traiciendi, qui
inferiora quidem ad superiora excitat, pri-
ma autem ad progressum inferioru com-
municando & prouidendo. Dicere etiam
aliquis potest, aeris spiritus venti decla-
rare diuinam quoque speciem nomen cele-
stium mentium. Habet enim etiam hic
diuine actionis similitudinem & speciem
(quemadmodum à nobis in Theologia
signorum interpretare, quatuor elementorum
explicatione, plurius demonstratum est)
propter vim mouende nature, atque
fecunditatem, celeremque ac inuictu
cursum, signorūque nobis & non vi-
sam principiorum, que motum asserunt,
effectorūque obscuritatē. Nescis enim,
inquit, vnde veniat, & quò vadat. Quin
etiam eis nobis speciem Theologia affu-
git, hoc ipso declaras sanctas illas mētes,
& plenos esse maximè abstrusi abditque
luminis, & primam illam primoque appa-
rentem

DE CÆLES. HIER. LIB. 81
rentem lucem sine fastu recipere, eamque
largè in secunda emissionem ac pro cuius-
que captu diffundere, atque in eis & fecun-
ditatem, & vim tum viuificandi, tum au-
gendi, tum absoluēdi inesse ex spiritali im-
bris fecunditate, que sinum excipientem
pinguibus fecundis que pluuiis ad vitales
partus dolores excitet. Quod si & aris, &
electri, & gemmarum que sint varij colo-
ris, speciem Theologia caelestibus naturis
adhibet: electrum quidem, vt quod auri-
simul & argenti speciem præ se ferat, de-
clarat splendore, qui & à cario est liber ac
solutus, vt in auro, & consumi non potest,
nec minui, & nihil admixtum habet: cla-
ramque, vt in argento, luminis speciem
gerentem, caelestemque lucem. Aeris au-
tem ex iis rationibus, que explicatae sunt,
aut ignea, aut aurea species tribueda est.
Gemmarum vero varietate colorum di-
stinctas species significare, aut quod can-
didae sint, lucis speciem, aut quod ru-
brae, ignis, aut quod fuluae, auri, aut
quod virides, iuuentutem & vigorem ex-
stimare debemus: atque in vnaquaque
forma & figura inuenies figuratarū ima-
ginum, que ad superiora ferat & excitet,
explicationem. Sed quoniam de his satis
à nobis pro virili parte dictum esse arbi-

Ezec. 40

Ezec. 1

Ibid.

Apo. 4



82 B. DIONYS. AREOPA.

ror, ad exponendam animalium figuram, quæ caelestibus illis naturis tribuitur, veniendum est. Leonis quidem figuram declarare putanda est principatum, robur, inuictumque animum, viresque quæ contendunt pro virili sua ad diuinitatis, quæ abstrusa est, nec explicari oratione vlla potest, similitudinè, insistentes, spiritualium vestigiorum obscuritati, hærentesq; angustis, quarum mysterium enunciari non potest, vires, quæ diuina luce illustrata, ad eam ferre potest. Bovis autem robur & vigor, qui etiam spirituales sulcos recipiendis caelestibus sanctisq; imbribus diffundunt atq; dilatant: cornua quoque seruatricem inuictamque vim. Aquila verò figura, regiam potestatem, supera petendi, celeritèque volandi vim, & ad cibum, qui vires reficiat capiendum, tum celeritatem, tum diligentiam, tum cursum, tum facilitatem: vim etiam robustis oculorum intentionibus liberè, directè, ac sine vlla inflexione contemplandi largissimè ac multa luce splendescentem radium, quem ex se diuinus sol fundit atque iaculatur. Equorum figuram, obedientiam: qui si albi sint, candorem, maximèque cum diuina luce coniunctionem declarant: si caerulei,

Ibidem.

Apoc. 5

et 8

et Zach. 1

Zac. 6

DE CÆLES. HIER. LIB. 8;
rulei, occulta & abstrusa: si rubri, igneam speciem, & efficacitatem: si ex candore nigroreque mixti sint, id significant, quod vi quæ traicit: extrema connectit: primaque cum secundis, & secunda cum primis, aut conuertendo copulat, aut prouidendo. Verum nisi sermonis modum quæreremus, singulas etiam animalium, quæ commemorata sunt, proprietates, omnesque corporeas eorum effigies rectè caelestibus naturis dissimilibus similitudinibus accommodare. *Apoc. 10*
simus, ita vt iracundiam eorum, ad spiritalem fortitudinem, cuius ira extremum est *Zac. 8*
vestigium: cupiditatem, ad diuinum amorem, atq; vt summam dicam, omnes animantium rationis expertium & sensus, & multa membra ad incorporeas caelestium naturarum intelligentias singularèsq; facultates referremus. Sed prudentibus non hæc modo satis multa sunt, sed vnius etiam obscura imaginis similitudinisque explicatio, ad similitum eiusdemque generis significationem. Videndum est etiam, quid sibi velint, flumina, rota, & currus, quæ caelestibus mentibus adiuncta dicuntur, *Dan. 7*
Nam ignea quidem flumina diuinos riuos declarant, qui largam eis perennem, *4. Reg. 6*
que fluxionem præbent, aluntque vitalem sanctitatem: currus autem, societatem *Dan 7*



84. B. DIONYS. AREOPA:

tem & consuetudinem, qua cōiunguntur
similes, quiq; eiusdem sunt ordinis: rote
verò, si pennatæ sunt, & antè sine reuer-
sione & inflectione incedūt, vim actionis
earum recta via incedentis, quòd omnis
spiritalis earum cursus in viam eandē in-
flexibilem, atque aduā cælesti ordine di-
rigatur. Licet etiā alto sensu anagogico
spiritalium rotarum descriptionem in-
terpretari. Nomen enim eis, vt ait pro-
pheta, Gelgel impositum est, quod He-
braico sermone, vt ita dicam, reuolutio-
nes, reuelationesq; declarat. Ignæ enim
diuinæque rotæ conuersiones quidē suas
hæbent, motu eo, quo circum bonum
ipsum semper voluuntur: enunciations
autem, obscurarum abstrusarumque re-
rum interpretatione, humilium ad supera
ductu & excitatione, cælestiumque illu-
strationum in inferiores diffusionem. Reli-
qua est nobis de gaudio cælestium ordi-
num disputatio. In eos enim nullò modo
voluptas nostra, quæ cum affectione con-
iuncta est, cadit. Gaudere autem cū Deo,
eisque gratulati dicuntur ob eorū, qui pe-
rierant, inuentionem, diuina voluptate,
benignaque ac copiosa latitia, quam ex
cura, & salute eorum, qui ad Deū redeūt,
capiunt: tranquillitateque illa, quæ nulla
oratione

Lac. 15
Matth. 8

DE CÆLES. HIER. LIB. 85

oratione exprimi potest, cuius sæpe facti
sunt participes etiā sancti viri in diuino
aduentu diuinarum illustrationum. Hæc
habui, quæ de sanctis fictionibus dicerem:
quæ à diligenti quidem accuratæque ca-
rum interpretatione absunt, sed eò perti-
nent mea, quidem sententia, vt ne abiectè
nos in figuratis rerum similitudinibus
hæreamus. Quòd si hæc obicias, nos non
omnium reliquo sermone angelicarum
virtutum, quæ in scriptis diuinis commem-
morantur, aut actionum, aut imaginum,
mentionem fecisse: respondemus id quod
res est, nos quorundam cælestem ignoras-
se scientiam, ac potius doctore alio eis di-
scendis egeret alia, vt quæ idem, quod ea
quæ dicta sunt valeant & efficiant, præter-
misisse, quòd & modi, qui in sermone ser-
uandus fuit, rationem habuerimus,
& obscuras res, quæ ingenij
nostri facultatem supe-
rant, silentio præ-
tereunda du-
xerimus.



B. DIONYSII

AREOPAGITÆ DE

ECCLESIASTICA HIE-

rarchia liber, Ioachimo

Peronio Benedictino

Cormæriaceno,

Regio inter-

prete.

ECCLESIASTICA HIERARCHIA.

TIMOTHEO PRESBYTE-

ro Dionysius presbyter S.

CAPVT I.



Ierarchiam quidē nostram, sanctorum filiorum sanctissimē diuinitus traditę ac diuine, diuinęque efficientis, & sciētię, & actionis, & perfectionis esse, diuinis sanctissimisque scriptis, iis qui sacrosanctę disciplinę mysteriis ex pontificiis mysticis traditionibusque initiati sunt, demonstrare debemus: vide autem, ne sancta sanctorum enuncies, sed reuerberis ea potius, & quę occulti Dei sunt, cognitione mentis & animi in honore habebis ac precio: ita tamē, vt ea & minus perfectis nō tradas, & cum

iis

DE ECCLES. HIER. LIB. 87

iis solis, qui sancti erūt, cū sancta illustratione pro sacrarū rerum dignitate cōmunices. Sic enim, vt nobis qui diuinitus illustrati sumus, Theologia tradidit, Iesus etiam ipse, qui mēs est, & diuina maximē, & essentia superior, omnisq; Hierarchię, tum sanctitatis, tum diuine actionis principium, vīsq; diuinitatis particeps maximē, naturas illas beatas nobisque præstantiores, euidentius pariter & intelligentius illustrat, facitq; quoad eius fieri potest, vt ad luminis sui similitudinē accedant. Nostras etiam, quę multę sunt dissimilitudines ac varietates, honestarū rerum amore, qui & in ipsum excitatur, & nos excitat, coniungit ac cōstringit in vitā vnius modi atq; diuinā. Dat præterea nobis sanctis dignum habitum & actionem, id est, vim diuini sacerdotij, ex qua ad sanctum sacerdotij munus & officij venientes, ipsi ad naturas illas cęlestes, quę nobis præstant, propius accedamus: constantis immutabilisque earum, quę sancta est similitatis quam præstare possumus imitatione: atq; ex hac cū in beatum diuinumq; Iesu radium aciem mentis intenderimus, & omnia quę cerni possunt sanctę viderimus, mysticęq; contemplationum scientia illustrati fuerimus: tum consecrari &

Apoc. 7

g 4



consecrare, illustrari & illustrare, perfici & perficere, possimus. Angelorum quidem & Archangelorum, quæ sit hierarchia, celestiumque Principatum, & Potestatum, atque Virtutum, Dominationumque; ac diuinorum Thronorum, aut naturarum, quæ eiusdem sunt, cutus Throni potestatis, quas scripta diuina assidue ac semper circum Deum esse, & cum Deo tradunt, easque Cherubim & Seraphim Hebræorum sermone appellant: sanctos descriptionum ipsarum & Hierarchiarum ordines atque distinctiones legens, in eis nos inuenies earum hierarchiam laudibus ornasse, si minus pro dignitate nostra, ac certe ut potuimus, & sacrosanctarum scripturarum Theologia explicauit. Sed tamen tantum dici necesse est, & illam hierarchiam, & omnem, & eam quæ nunc à nobis laudatur, unam eandemque in omni hierarchico munere hanc vim habere, ut & ipse pontifex, pro sua natura, modo, & ordine, in diuinis mysteriis ac rebus perficiatur, atque diuinitatem consequatur, eisque qui ipsi parent, diuinam similitudinem, quæ in eo diuinitus inest, pro sua cuique dignitate impertiat: & inferiores tum superiores imitentur, tum inferiores se ad maiora excitent, tum ipsi progressum faciatur, tum pro virili parte aliis

se duces præbeant: atque hac ipsa diuinitus tradita, hierarchicisque ordinis consensione, & quasi conspiratione pro sua quisque parte, id quod verè est, & honestum, & sapiens, & bonum consequatur. Sed celestis quidem natura & ordines, quorum iam sanctam mentionem fecimus, incorporei sunt, eorumque hierarchia & mæte cernitur, & celestis est. Nostram autem eadem ratione, qua nos ipsos, signorum quæ sub sensum cadunt varietate crescere videmus, quibus pontificis munere ad diuinitatis societatem, quæ unius modi est, pro captu nostro traducimur. Dum etiã, diuinamque vim illam quidem ut mætes, sicut eis fas est, intelligunt: nos autem exemplis imaginibusque sensum mouentibus ad diuinas contemplationes, ut possumus transferimur. Ac verè ut dicam, unum quidem est, quod omnes qui unius modi sunt, experunt: non tamen uno modo eius, quod unum idemque est, sunt participes, sed ut cuique diuina iustitia munus tribuit pro dignitate. Sed hæc à nobis in libro de iis quæ animo intelliguntur, & quæ sub sensum cadunt, suscipienda sunt. Nunc autem hierarchiam nostram, eiusque & principium, & naturam ita pro mea parte exponere conabor, si Iesum qui hierarchiarum omnium auctor atque perfe-



96 B. DIONIS. AREOPA.
ctio est, appellauero. Est quidem hierarchia omnis, vt angusta sacrarū; nostra tradit religio, omnis ratio sacrōrū quæ subiecta sunt, vniuersāque sacrōrū huius vel illius hierarchiæ summa. Itaq; hierarchia nostra dicitur, estque ratio cōplectens sacra omnia quæ ad eam pertinent, qua diuinus hierarcha perfectus, omniū sacrōrum, quæ eum attingunt, vt ab hierarchia nominatus, fiet particeps. Vt enim qui hierarchiā dixit, omniū simul sacrōrum dixit descriptionē: sic qui hierarchiam dicit, is virum diuino numine afflatū diuinūq; declarat, qui omni sacra sciētia sit præditus, in quo omnis quæ eum attingit hierarchia purē absoluitur ac cognoscitur. Huius hierarchiæ principiū est Trinitas, quæ est fons vitæ, bonitatis essentia, vna causa rerū omniū, à cuius bonitate, & status, & bonus status iis quæ sunt conceditur. Huius autem diuinissimæ beatæq; nature, quæ rebus omnibus præstat, & trina est vnitas, verēque est eo modo, quem nos quidem incognitum, ipse autē cognitum habet, volūtas est à ratione profecta salus naturarū, & quæ nostri generis sunt, & quæ nobis antecellunt. Salus verò non aliter existere potest, nisi ij qui salutē consequuntur, dij fiant. Dei porro effectio, est
Dei

DE ECCLES. HIER. LIB. 97
Dei, quoad eius fieri potest, imitatio, & cum eodem cōiunctio, atque vt ita dicam vnio. Sed omni hierarchiæ communis hic propositus est finis, assidua Dei diuinarūque rerum charitas, quæ diuinē & cōiunctē sacra perficit, & ante hoc ipsum perfectus nec iterum cōmeans discessus à contrariis, cognitioque rerum quatenus sunt, sanctæque veritatis & aspectus, & sciētia, ac diuina vniūsmodi perfectionis communitio, & aspectus ipsius vniū quantum conceditur, cōiunctiuum, quod mente alat, Deūque efficiat omnem eum, qui aciem mentis in ipsum intendat. Hoc ergo dicimus, diuinam beatitudinem, naturalemque diuinitatem, ad diuinitatis comunicandæ principium, à quo eā quæ diuina sunt, vt eiusmodi efficiantur habent, hierarchia diuina benignitate, salutis diuinitatisque adipiscendæ causa naturis, & quæ rātionis sunt participes, & quæ animo intelliguntur. dedisse. Ac cælestibus quidē beatissimisque illis naturis, maiore cum puritate & intelligentia. neque enim extrinsecus eas Deus ad res diuinas excitat, sed mente & interiore motu, dum splendore liquido materiæque experti diuinæ eis voluntas enunciatur: nobis autem id quod eis & simpliciter, & cōiunctē datum est



92. B. DIONYS. AREOPA.

est, ex verbis & oraculis, quæ diuinitus tra-
dita sunt, quantum nobis licet, cōcessum
est, in diuiduorum distinctorumque si-
gnorum & varietate & multitudine. No-
stra enim hierarchiæ vis omnis in verbis,
quæ à Deo tradita sunt, cernitur. Sanctis-
sima autem venerationeque dignissima
verba ea esse dicimus, quæ nobis à sacro-
sanctis nostris præceptoribus in sanctis
atque Theologicis scripturæ libris sunt
prodita: quæque ab iisdem sanctis viris in-
stitutione, quæ magis à materia abhorre-
ret, proximæque iam quodammodo esset
ac similis cælesti hierarchiæ, ex mente in
mentem verbo corporeo illo, quidem, sed
quod minus est, materiæ particeps, sine
scripto studiorum nostrorum duces prin-
cipesque didicerunt: ne ea quidem hierar-
chiæ diuino numine permoti in cōmune
sacro sanctum munus apertis intelligen-
tiis, sed sanctis signis tradiderunt. Neque
enim quiuis sanctus est: nec omnium est,
vt ait Paulus, scientia. Quocirca primi illi
hierarchiæ nostræ duces ac principes, cum
& ipsi à diuina bonitate plenè cumulareq;
sanctum hoc munus accepissent, & à diui-
na benignitate eius apud posteros propa-
gandi prorogandisque causa missi essent,
videmq; valde vt diuini posteros ad cæle-
stia,

1. Cor. 8

DE ECCLES. HIER. LIB. 93
stia, & diuinitatis similitudine traducere
cuperent: signis quæ sub sensum cadunt
cælestia; varietateque ac multitudine, id
quod coniunctum connexumque erat, &
humanis diuinas res, quæque materia ca-
rent, iis quæ ex materia constant, ac no-
stris eas quæ essentia superiores sunt, par-
tim scriptis, partim non scriptis suis insti-
tutionibus ex sacrosanctis legibus nobis
tradiderunt: idque fecerunt non profano-
rum modo causa, quibus ne signa quidem
fas est cōtingere & tractare, sed etiã quòd
hierarchiæ nostra, id quod dixi, pro modo
nostro signis continetur, cum egeat rebus
quæ sensus mouent; ad diuinorem nostri
ex ipsis ad eas quæ mente cōprehendun-
tur, reuocationem. Sunt tamen aperta &
exposita signorum rationes, iis qui sacra
procurant ac perficiunt, quas illis nefas
est; iis qui etiam sacris nostris initiantur
enunciare, quòd lateres sanctarum legum,
quæ à Deo traditæ sunt, hierarchiam fir-
mis simplicibusque ornamentorum ordi-
nibus consentaneisq; variis eiusq; facul-
tati ac sanctis distinctionibus descripsisse
intelligant. Itaque sanctis tuis promissioni-
bus ductus (eas enim sanctum est com-
memorare) sacrosancti muneris potestati,
vt quod præstet omnibus, rationem cum
alio

Matth. 77



94 B. DIONYS. AREOPA.
 alio non communicabis, nisi cum diuinis
 sacrorum perfectioribus collegis tuis, quibus
 suadebis, vt profiteantur ex instituto
 pontificio, se mūdos ac sanctos ad ea quæ
 sancta sunt, tractanda vēturos, communi-
 caturōsque & diuina cum diuinis solis, &
 ea quæ vim perficiendi habēt, cum iis qui
 perficiunt, & cum sanctis ea quæ sunt san-
 ctissima. Nam cū alia munera quæ hierar-
 chiæ propria sunt, tum hoc tibi mandauī.

DE IIS QUÆ IN
 illustratione sunt.

CAP. II.

10. 14 **D**ictum quidem est à nobis, hunc hierar-
 chix, nostræ sinem esse proposi-
 tum, Dei nostri, quoad eius fieri potest, si-
 militudinem, ac cum eo coniunctionem.
 Hanc autem, vt diuina scripta tradūt, au-
 gustissimorum præceptorum amore atque
 affectione solum consequemur. Si quis
 enim, inquit, diligit me, mandata mea ser-
 uabit, & pater meus diliget eū, & ad eum
 veniemus, & mansionem apud eum facie-
 mus. Quodnam est igitur sanctæ augu-
 stissimorum præceptorum perfectionis
 principium? Quæ ad aliorum sanctorum
 verbo

DE ECCLES. HIER. LIB. 95
 verborum & actionum susceptionem at-
 que approbationem animi nostri habitus
 aptissimè format: viamque nobis ad cæ-
 lestis patriæ domicilium præparat sanctæ
 diuinissimæque, vt ita dicam, regeneratio-
 nis donatio. Vt enim clarissimus præce-
 ptor noster dixit, prima quidem mentis *2. Tim. I*
 ad diuina motio & contentio, Dei est cha-
 ritas: sanctæ autem charitatis progressus,
 qui principatum obtinet ad diuina perfici-
 enda præcepta, est diuini in nobis status,
 quæ verbis exprimi non potest, effectio.
 Si enim diuinus status diuino ortu, & vt
 ita dicam, generatione efficitur, profectò
 qui statum diuinum non accepit, is nihil
 vnquam eorum, quæ à Deo tradita sunt,
 sciet, nec operabitur. An non etiam nos
 (hominum more & ordine loquor) esse
 primùm, deinde verò operari ea quæ nos
 attingunt, debemus? cum id quod nullo
 modo est, nec motum, nec statum habeat:
 quod autem aliquo modo est, ea modo &
 faciat, & patiat, quæ natura ipsius ferat.
 Sed hoc quidem vt mihi videretur, perspi-
 cuum est. Sequitur deinceps, vt diuina di-
 uinæ originis generationisq; signa videamus.
 Nec quisquam minus perfectus spe-
 statum veniat. Vt enim iis quibus valentes
 oculi nō sunt, aduersos radios solis intueri
 pericu

Universidad de D.
2. Para. 16
Num. 16
Leuit. 10

96 B. DIONYS. AREOPA.
periculosum est: sic perniciosum est ea
que supra nos sunt, aggredi. Siquidem ve-
ra est legis hierarchia, quæ & Oziam,
quod sacra contingit derestatur: & Core,
quod sacra quæ ad eius ordinem non at-
tinebant: & Nadab atque Abiu, quod sac-
ris suis indigne abusi sint.

SACRAMENTVM
illustrationis.
CAP. IIII.

2. Timo. 2
Tit. 1

Ioan. 1

Sacrorum quidem præfectus, qui sem-
per Dei similitudine omnes homines
salutem adipisci, & ad veritatis notitiam
venire cupiat, prædicat omnibus ex veris
Euangelis, Deū, qui pro sua naturalique
bonitate iis qui terram incolebant, propi-
tius esset, ad nos pro sua humanitate ve-
nisse, & ignis instar ea quæ vnum facta
sunt connectentem, & ut ita dicam, secum
vniētem, perduxisse ad sui similitudinem,
quantum quidque eorum aprum erat ad
percipiendā diuinitatem. Quotquot enim
repererunt eum, dedit eis potestatem fi-
lios Dei fieri, iis qui credunt in nomine
eius: qui non ex sanguinibus, nec ex vo-
luntate carnis, sed ex Deo nati sunt. Qui
autem horum, quæ verè caelestia sunt,
participes fieri cupit, cum ad aliquem eo-
rum,

DE ECCLES. HIER. LIB. 97
rū, qui initiati sunt, adiit, suadet ille qui-
dem, ut se recta ad sacerdotem ducat, ipse
autem se omnino ea quæ tradentur, se-
quiturum esse pollicetur: petitque, ut &
ad eum adducatur, & vitæ omnis quam
deinceps ager, curam suscipiat. Illum au-
tem, qui eius quidem salutis sancta cupi-
ditate ducitur, sed ex rei magnitudine ho-
minis ingenium metitur, horror quidem
repente, rei que difficultas deterrere, ad ex-
tremum tamen id quod petiuit, benignè
se facturum esse promittit, acceptumque
eum ducit ad sacerdotem. Hic verò letus,
quasi oue in humeros virorum imposita,
primum quidem principium, quod vnum
boni causa est, & a quo vocantur ea quæ
vocantur, & quæ adipiscuntur salutem,
salutem consequuntur, mentis gratiarum
actione, corporeaque adoratione venera-
tur. Deinde omni sacro catu & adiuvan-
de celebranda que eius salutis, & diuinæ
bonitati gratiarum agendarum causa in-
sacrum, chorum convocato, ipse princi-
pio hymnum quandam, qui in diuinis
scriptis continetur, cum omni Ecclesia-
stico ordine recitat: deinde sacramen-
tam osculatus, ad virum qui adest, venit,
eumque interrogat, cur venerit. Ille post-
ea quam pro sui in Deum amore, ex iis
ib

Luc. 15



8 B. DIONYS. AREOPAG.

quæ ab eo, qui illum accepit, tradita sunt, Dei priuationem, ignoracionemque veri boni, atque actionis diuinæ vitæ vacuitatem accusauit, petiitque, vt eo quasi sequestre, Deo, & iis quæ ad Deum pertinent, potiarur: tum ei exponit rationem perfectam, qua ad Deum, qui perfectus integèrque sit, accedendum est: explanatâque eidem diuina vita, & vt ita dicâ, conuersatione, ex eo præterea quaerit, num ita instituat viuere: cum promisit, manum eius capiti admouet: signoque edito sacerdotibus imperat, vt viri atque sponsoris nomina perscribant. Iis scriptis, sacras preces perficit: quas vbi vniuersa Ecclesia cum eo compleuit, exiit eum expoliâtque per ministros. Deinde cum illum occidentem versus attendentem, manusque porrigentem ad eandem regionem pertinentes, collocauit: tum eum iubet tertio Saranam, vt ita dicam, insufflare, & præterea que defectionis & abrenunciacionis solennibus verbis propositis, cum toties illud conceptis verbis pronũciauit, ipsum orientem transfert, intuétumque in cælum, & manus tendentem iubet Christo assentire, omnibusque sacris verbis, quæ à Deo tradita sunt. Quod cum fecit, tum ei rursus

pro

DE ECCLE. HIER. LIB. 99

professionem ter explicat: idemque postea quam ter rursus professus est, rursus ille cum precatus est, benedicit, manusque imponit. Cum ei planè vestes ministri detulerunt, tum sacerdotes sacrum vnctionis oleum afferunt: ipse cum inungendi ac perfundendi ter exprimendo signo crucis principium fecit, virumque deinceps perfundendum toto corpore sacerdotibus tradidit, ad matrem adoptionis venit: eiusque sacra appellatione inuocationeque sanctificatis aquis, cum eas trina vnguenti perfusione crucis specie perfecit, parique numero sacrosanctarum vnguenti aspersorium, sanctum afflatum prophetarum, qui diuino numine permoti fuerunt, carmen recitauit, virum ad se portari iubet, eumque sacerdos aliquis ex tabula professionis, & eum, & sponsorem citat, hic quidem ad aquam à sacerdotibus ducitur, ad hierarchæ manum ab eius manu ductus. Hierarcha autem in loco superiore stans, cum rursus sacerdotes ad aquas sub hierarchæ manu, eius qui initiatur nomen citauerunt, ter quidem illum demergit, atque in tribus eius qui initiatur demersionibus emersionibusque triti diuinæ beatitudinis personarum nomina appellat & inuocat. Acceptumque eum sacerdotes &

h 2



100 B. DIONYS. AREOPA.
sponsoti, & duci via permittit: eundem
que cum veste eo digna induerunt, rursus
ducunt ad hierarcham. Is cum virum vn-
guentis, quod maxime diuinos efficit, in-
signiuit, Eucharistia quae vim maximam
habet perficienda sanctitatis, participem
esse pronunciat. Haec cum ritè perfecit, à
suo ad secunda progressu, iterum ad pri-
morum contèplationem excitatur, quip-
pe qui nullo tempore aut modo ad aliena
aliqua, praeter sua, se conferat, sed à diui-
nis ad diuina assidue ac semper diuino
spiritu transferatur.

CONTEMPLATIO.

HAec quidem sancte diuineq; genera-
tionis perfectio, vt in signis posita,
nihil in se deforme aut sordidū cōtinet, vel
earum imaginū, quae sensu percipiuntur, sed
diuinæ contèplationis naturalibus di-
gnisque hominibus speculis adumbratas
obscuritates. Qua enim in re peccare vi-
deatur, praetermissis tacitoque etiā diuino
sermone eorum qui iniatur: cum & per-
suasione, & diuinis verbis eius qui acce-
dit, beatā vitā sanctè perficiat, omnisque
simul vitij expiatione per vitā virtuti cō-
iunctam atque diuinam, naturali cor-
poris

DE ECCLES. HIER. LIB. 101
poris per aquam expiatione ei denunciet?
Hac igitur ex parte, vt nihil in se diui-
nius mysteriorum, quae signis perficitur,
traditio cōtineret, tamen ne tum quidem
profana & sorda esset, vt mihi videret, quae
& probate acceptaeque vitae disciplinam
inducat, & perfectam vitiosa vitae expia-
tionem totius corporis naturaliter per
aquam expiatione obscure significet. Ve-
rū sit haec quidem rudibus animi insti-
tutio, quae & hierarchiae subiectas res,
quaeque vim coniungendi habent, multi-
tudini vt fas est, interdicit, & singulis or-
dinibus consentaneū ad caelestia ductum
accommodet. Nos autem cum ex sanctis
gradibus mysteriorū initia aspexerimus,
iisque sanctè instituti fuerimus: tū deni-
que & quarum figurarum exemplaria, &
quarum rerum obscurarū imagines sint,
intelligemus. Sunt enim, quemadmodum
in libro de iis quae ratione intelliguntur,
& quae sub sensum cadunt, plane dictum
est, ea quidem sacra quae sensu percipiun-
tur, eorum quae animo cernuntur, imagi-
nes; & ad ea via & introductio: ea autem
quae ratione intelliguntur, eorum hierar-
chiae, quae sub sensum cadunt, principium
atque scientia. Sic ergo statuimus, diuinæ
beatitudinis bonitate esse, quae cum sem-



102 B. DIONYS. AREOPA.

per eodem modo se habeat, beneficos lucis suę radios largè in omnes mentis oculos diffundit. Siue igitur à luce, quę ratione intelligitur, discedat liberū arbitrium eorum, quę mente sunt prædita, obscuratis & extinctis vitij amore iis virtutum quasi igniculis, quæ ei vt illis illustretur à natura instræ sunt, dissociatum disunctumque est à lumine quod ei adest, non abest, sed ei & cæcipienti illucet, & auersanti benignè occurrit: siue dati sibi modicè exiguęque luminis fines transeat, & aduersos radios, id quod eius aspectum superat, temerè intueri conetur, lumen quidem nihil præter id quod est accommodatum efficiet, ipsum autem liberum arbitrium, quòd perfectis rebus minus perfectè studet, datque operam, nec ad ea quæ ipsius non sunt, perueniet: nec mediocritatem illam, quòd immoderatè se efferat atque iactet, per se assequetur. Veruntamen & diuinum lumen id quod dicebam, benignè semper mentis oculis patet, & eis illud capere licet, cum præsens sit, paratissimumque semper ad sua communicanda omnia. Ad hanc imitationem diuinus pontifex formatur, dum & diuinæ suę disciplinæ lucentes radios largè in omnes explicat, & paratissimus est

DE ECCL. HIER. LIB. 103
est Dei imitatione illustrare eum, qui ad se venit: nec inuidiam, aut infaustum superioris defectionis aut licetia odium affert, sed diuinè semper accedentibus doctrinę suę radiis, vt pontificem decet, colucet: rectè & ordine, ac pro cuiusq; adfutura ratione. Sed quoniã Deus sacrosancti status est principium, quo sanctæ mentes se noscunt: is qui se ad aptam suę naturę considerationem conferet, imprimis quoniam ipse sit, videbit, idque primū sanctura munus ex luminis consideratione accipiet. Qui autem sua rectè oculis ab omni perturbatione liberis considerauerit, obscuras quidem ignorationis tenebras fugiet, Dei tamen perfectissimæ coniunctionis ac communionis rudis ipse, non per se desiderabit, sed sensim ac pederetim à primis suis ad ea quæ etiã priora sunt progredietur, & per illa ad prima omnium, tumque numeris omnibus absolutus ad summã diuinitatis ordine sanctęque perueniet. Huius est præclari sanctiq; ordinis simulachrum, & imago eius qui accedit pudor, & eorum quæ ad se attinent, explorata certaq; cognitio, quæ viæ ad pontificem ferentis sponsozem habet ducem. Eum qui ita deducitur, beata diuinitas in communionem sui recipit, etque lumen suum,



104 B. DION. AREOPAG.
quasi signum tradit, dum diuino eum numine afflat, sortisq; ac ordinis eorum, qui diuino numine permoti sunt, participem facit: quæ quidē omnia significat signum pontificis, quod dat venienti, sacerdotumque salutaris illa descriptio, quæ & eum annuerat iis; qui salutem cōsequuntur, & sacrosanctis monumentis cū illo etiam sponsoem consecrat, quasi vitalis ad veritatem viæ illum quidem amatorem verum, diuinumque ducis comitem, hūc autem, certum inerrantemque ductu diuinus tradit, eius qui sequitur ducem. Verū fieri non potest, vt eorum quæ maximè cōtraria sunt, aliquis simul sit particeps: neque vt is, qui cum vno aliquid commercij habuit, diuisas distinctasque vitas habeat, si modo firmam vnius cōmunionem societateque obtineat, sed spoliatus sit necesse est omnibus vnus diuisionibus. Id quod signorum traditio præclare atque obscure significans, eum eum qui accedit, quasi superiore vita exiit, & ad extremos vsque illius habitus expoliatur: tum nudum eum, nudis que pedibus collocat; occasum aspicientem, manuumque depulsionē obscuri vitæ commercium consuetudinemque respicientem, & sibi instrum dissimilitudinis statum, quasi exultantem, prostantemque
se nun

DE ECCL. HIER. LIB. 105
se nuncium remittere ei, qui Deo est contrarius. Sic exutū, priuatūque omni cōmunionē ac societate, ad orientem solem cōuertit, ita vt & ei in diuino lumine statum ac mansionem, repudiationemque omnino ac declinationem vitiorum omnium indicat, & sacra eius, qui vnus factus sit, de tota cum vno cōiunctionē promissa veritatis studio approbet. Sed illud perspicuum est, iis qui pontificia instituta notunt, perpetua ad vnum animi contentione, omniumque contrariorum interitu, ab iis que spiritalia sunt, diuini status firmitatem obtineri. Non enim solum ab omni vitio abhorre, verum etiam virili animo semper duri & incertici ad perniciosam exitiosamque omnem in illud procliuitatem, esse debemus, & nunquam a sacro veritatis amore deseri, sed dare operantur quam maximā possimus, vt ad eam continenter ac semper nitamur, quærentes semper quod nos ad maiora diuinitatis munera perducatur. Vides autem horum certas imagines in iis quæ pontificis institutis geruntur. Nam diuinus quidem pontifex sacrosanctam vntionem orditur: sacerdotes autem sub eo sacrum perfundendi munus exequentur, eum qui initiatur ad sacra certamina in figura euo



106 B. DION. AREOPAG. T
cantes, quibus sub Christo Athlœthæ
collocatur: quandoquidem vt Deus, eff-
ctor est propositionis præmiorum, vt au-
tem sapiens, eius leges tulit: fecit verò vt
pulcher digna præmia iis qui vicerint:
quodque est diuinius, quoniam vt bonus
in ipsis athletis fuit, cum eis præclarè pro
illorū libertate & victoria aduersus mor-
tis atque interitus imperium certat & di-
micat: in certamen vt diuinum lætus is
qui initiatur descendet, stabitq; in sapien-
tis decretis ac legibus, atque ex eis nulla
violata cœrabit, spe præclarorū præmio-
rum fretus atque corroboratus, bonoq;ue
munerum Domino ac duce. Insistens au-
tem vestigijs eius qui pro benignitate sua
primus athletarum fuit, cum certationi-
bus quæ ad Dei imitationem accedant, &
actiones, & res quæ ipsi ne ad diuinitatis
societatem perueniat, aduersantur, luctan-
do superauerit, tum denique vnâ cum
Christo, vt mysticè dicam, in baptismo
peccata morietur. Tu verò prudenter con-
sidera, quanta cum proprietate à sacra-
mentis, signa ipsa continentur. Quoniam
enim mors est in nobis, non essentia iu-
reritus, quemadmodum alijs placuit, sed
coniunctarum partium separatio, quæ
ad id quod nobis obscurum est, animum
quidem

DE ECCL. HIER. LIB. 107
quidem ducit, quasi corporis priuatione
minimè appareat, corpus autem, quasi
in terra occultatum sit, alia quadam mu-
tatione corporea ex hominum aspectu
sublatum aptè ac propriè tora occulta-
tio, quæ sit in aqua, pro mortis ac sepul-
tura quæ non videtur, imagine similitu-
dineq; sumpta est. Itaque cum qui vitali
aqua expiatur disciplina, quæ res ipsas si-
gnis declarat, docet tribus in aquam im-
mersionibus & emersionibus ex ea, diui-
nam trinum dierum ac noctium sepultura *1. Cor. 15*
Iesu vitæ auctoris mortem imitari, qua *Ioan. 14*
tenus hominibus Dei cœceditur imitatio:
in quo quæadmodum verba mysterij ple-
na atque abstrusa tradunt, princeps mûdi
nihil inuenit. Deinceps eum qui initiatur,
illustribus vestibus amictiunt. Virili enim
diuinâq; affectionû, quas aduersarij pro-
cutant, vacuitate, animiq; cœrentione ad-
hibita cū vno coniunctione, tum id quod
ornatu carebat, ornatur, tū id quod defor-
me erat, pulchrum efficitur, dum illustri
omnino vita splendescit. Vnguenti autem
illa quæ perficiendi vim habet, perfusio,
eum qui initiatus est, suauitate odoris
fragrâtem facit. Sacra enim diuini ortus
perfectio ea quæ perfecta sunt coniungit
diuino spiritui. Aduentum verò illum, qui
spiri



108 B. DIONYS. AREOPAG.
 spiritali vi bono odore afficit, & perficit
 homines, quoniam nulla oratione cum cō-
 sequi possum, iis intelligendum animo &
 ratione relinquo, qui sacra diuināq; diui-
 ni spiritus cōmunionē in mente ac spiritu
 sunt digni iudicati, perfectis autē ritē ora-
 nibus, pontifex cum qui sacris nostris ini-
 tiatus est, ad sanctissimam Eucharistiam
 vocat, eūmq; mysteriorum, quæ perfici-
 endi vim habent, participem facit.

DE IIS QUAE IN
 Synaxi perficiuntur.

CVFVT V.

Sed bene factum, quod eius mentionem
 fecimus, qua praetermissa, mihi nefas
 est aliquid aliud eorum, quæ pontificis
 propria sunt, ante illam laudibus ornare.
 Est enim clarissimi præceptoris nostri sen-
 tentia, * sacramentum omnium præstān-
 tissimum. Debētque is, qui eam ante cæ-
 tera sacra descriptionē exposuerit, ex diui-
 na, quæ admodum sancta scriptura tradit,
 pontificiāq; scientia, ad sacram eius con-
 templationem cognitionēq; diuino spi-
 ritu duci & ascēdere. Atque hoc quidem
 primum sanctē videamus, cur nomen,
 quod etiam aliis hierarchiæ sacramentis

commu

DE ECCL. HIER. LIB. 109
 commune est, ei præcipue præ cæteris at-
 tributum sit, ac prærogatiua quadam, &
 communio, & synaxis, id est, collectio no-
 minata, cum vnumquodque sacramentum
 etiam diuisas secretaque vitas nostras in
 vnum illum statum quo Deo coniungi-
 mur, colligat, diuināque diuisorum con-
 nexione nobis eius, quod vnum est, socie-
 tatem, & vti ita dicam, vnionē impertiat.
 Nos quidem sic statuimus, aliorum signo-
 rum quæ pontificio muneri attributa sunt,
 communionibus perfectionem atque effi-
 cacitatem ex diuinis huius perficiendisque
 vim habentibus donis accedere. Neque
 enim ferè licet vllum sacramentum perfici
 hierarchici muneris, nisi diuina Eucharis-
 tia, & initio eorum quæ singillatim per-
 ciuntur, eius qui initiatus est, cum vno
 coniunctionem collectionemque sanctē
 efficiat, & diuinitus tradito sacramentorū
 perficiendi vim habentium munere, eius-
 dem cum Deo operetur societatem ac
 communionem. Quod si vnumquodque
 sacramentum eorum, quæ pontificis mu-
 nus attingunt, inchoatum manens, nostri
 cum vno coniunctionem communionē-
 que non perficiet, nomenque sacramenti
 quod minus perfectum sit, amittit, finis
 autem vnicuique propositus, atque sum-

ma



NO B. DIONYS. AREOP.
ma est, diuinorum mysteriorum sacramen-
torum cum eo qui initiatur, communio:
iure ac merito pontificia prudentia pro-
prium ei nomen inuenit ex rerum veri-
tate. Sic etiam sacrosanctum diuinæ gene-
rationis sacramentum, quoniam homines
primi luminis participes facit, principium
que est omnium diuinarum illustrationum:
ex eo quod efficitur, vero illustrationis
nomine celebramus. Si enim commune est
omnium etiam ceterorum, quæ pontifi-
cem attingunt, eos qui initiantur sacri lu-
minis facere participes: attamen hoc mihi
primum videndi munus concessit, cuiusque
lumine quod principatum tenet, ad alia
sacramenta videnda illustror. His ita cõ-
stitutis consideremus, videamusque sin-
gillatim diligenter & accuratum sanctissi-
mi sacramenti ritum, quidque intelligen-
dum significet.

*SACRAMENTVM COLLE-
ctionis sue communionis.*

CAPVT III.

Pontifex quidem perfecto precum sa-
cro, ad Dei altare, cum ab eo incen-
dendi, odore initium fecit, sacrum obit
locum. Reuersus autè ad diuinam aram,
sacros

DE ECCL. HIER. LIB. III
sacros psalmos canere incipit, canuntque
cum eo omnes Ecclesiastici ordines. De-
inceps à ministris sanctorum librorum
lectio ordine recitatur. Ea recitata, extra
templi ambitum collocantur catechume-
meni, & vnà cum eis energumeni, atque
ij quos superioris vitæ penitet: manent
autem ij qui diuinarum rerum & aspectu
digni sunt, & communionem. Ministrorum
verò alij stant pro templi foribus, quæ
occluse sunt: alij autem, aliquid aliud
eorum, quæ illorum ordinem attingunt,
perficiunt. Præcipui porro, atque selecti
ordinis eius, qui ministrat, cum sacerdo-
tibus in diuino altari proponunt panem,
benedictionisque calicem, cum antea Ec-
clesiastici omnes laudem hymnumque ge-
neralem Deo tribuerint: cum quibus pon-
tifex sacras preces ritè perficit, sanctamque
pacem omnibus nunciat. Cum omnes se
inter se saluauerunt, mystica sanctorum re-
citatio fit. Cùmque manus aqua abluerunt
& pontifex & sacerdotes, pontifex quidem
in medio altari collocatur: circumstant au-
tem cum soli cum sacerdotibus ministri se-
lecti. Pontifex laudatis sacris Dei operibus
eaque diuinissima sunt, ritè perficit, ocu-
lisque subiicit ea quæ propositis ritè signis
laudata sunt. Donis diuinorum operum
mon



112 B. DION. AREOPAG.
monstratis, ad sacram eorum communio-
nem & venit ipse, & inuitat ceteros. Acce-
pta datâq; diuina communione, in sacram
gratiarum actionem desinit: cum interea
multi quidē sola diuina signa considerēt,
ipse autem diuino spiritu semper, ad sacra
principia eorum quæ perficiuntur, beatis,
mentisq; contemplationibus, vt pōtifficem
decer, in diuini status puritate ducitur.

CONTEMPLATIO.

A Ge ergo, veni probe fili, post imagi-
nes recte & ordine ad diuinam primi
geniorum exemplarium veritatem. Illud
iis qui etiam initiatur, commodæ aptaq;
animatorum ipsorum institutionis causa
dicam, ne signorum quidem variam sa-
cræque compositionem, quæ tantum in
iis quæ extra sunt apparet, eis esse inuti-
lem. Nam sanctissimi quidem diuino-
rum scriptorum cantus atq; lectiones eis
vitæ virtuti consentaneæ disciplinam ex-
ponunt, & ante hoc, omnium vitiorum,
quæ interitum expulsiuque afferunt, ex-
piationem. Sanctissima autem vnus eius-
demque & panis & calicis communis pa-
cisque ac tranquillitatis plena communio
diuinam eis morum similitudinem con-
cordiamque, vt qui vnâ educati fuerint,
lege

*Mat. 16
Ioan. 13*

DE ECCL. HIER. LIB. 113
lege sancit: facitque vt diuinam illam cœ-
nam, & quæ primum signum fuit eorum
quæ perficiuntur, sacra memoria reco-
lant: in qua etiam ipse signorum effector
& auctor, iure optimo priuat sorte eum,
qui non sanctè neque concordî animo sa-
cramenta secum sumpterat, docens san-
ctè simul & diuinè aduentum & accessum
ad ea quæ diuina sunt; qui animi habitu
& cōstitutione verus sit, iis qui accedunt
dare, cum simili ipsorum communionem
atque societatem. Atque his quidem, quæ
vt dixi, in adytorum vestibulis pulchrè
depicta, satis sunt iis qui etiâ minus ido-
nei sunt ac perfecti, ad contemplandum,
relictis, ingrediamur ab effectis ad causas
sacræ nostræ synaxeos instituto, egregiâq;
eorum quæ sunt, Iesæ illustrante, intelli-
gentiam, quæ beata primatum signarum
pulchritudine planè splendescit, videa-
mus. Sed ô ru diuinum sanctissimùm-
que sacramentum, obducta tibi per signa
obscuritatum, quasi vela & integumenta,
patefacta perspicuè nobis ostende,
mentisq; nostræ oculos singulari, & quæ
obtegi non potest, luce comple. Nos igitur,
vt arbitror, intra sancta esse debe-
mus, nudatâque & aperta primi signi in-
telligentia spiritali, diuinam eius pulchri-



174 B. DIONYS. AREOPA.
tudinem intueri, pontificemque ipsum
aspicere à diuino altari vsque ad extremū
templum cum dignitate profectum, at-
que ad illud ipsum perficēdi sacri studio
reuerſum. Diuinitas enim que omnia bea-
titudine vincit, etſi diuina benignitate san-
ctorum, qui ipsius participes ſunt, com-
munionis cauſa progreditur, nō tamen à
naturæ ſuæ ſtabili firmōq; ſtatu diſcedit,
ſed omnibus qui diuinam ſimilitudinem
præ ſe ferant, pro ſuo cuique captu collu-
cet, cum interea per ſeipſa verè cohareat,
neque à ſtatu ſuo, qui idem manet, om-
nino dimoueatur. Eodem modo diuinum
ſynaxeos ſacramentum, quàm vnum ac
ſimplex, connexumque principium ha-
bens, ſacra ſignorum varietate hominum
ſtudio augetur: & ad omnē diuinæ ſimili-
tudinis ac figuræ deſcriptionem deline-
ationemque peruenit: attramen vnus ſpe-
cie ex his rursus ſe ad monadem ſuā col-
ligit & contrahit, atque in vnum redigit
eos, qui ad ſe ſanctè ducuntur. Eodem igitur,
qui diuinus eſt modo, diuinus pontifex,
etſi vnā diuinitatis ſcientiam ſuam
benignè in eos, qui ei ſubiecti ſunt & pa-
rent, deducit, dum ſacrorum ſignorum
multitudinem adhibet: tamè rursus, qua-
ſi ſolutus ac liber, & à rebus inferioribus
inuiet

DE ECCLE. HIER. LIB. 175
inuietus, ad principium ſuum non man-
cus nec mutilus, ſed integer reuertitur,
ſpiritūq; ſuo in vnum introitu perfectō,
eorum quæ perficiuntur rationes ſingula-
res pura mente cernit, dū benigni huma-
nique ſui ad ſecunda, & inferiora progres-
ſus ſinem, diuiniore ad prima facit reuer-
ſionem. Porro autem ſacra pſalmorū mo-
dulatio, que omnibus ferè pontificiſtis my-
ſteriis eſſentię inſtar, & neceſſario adhibe-
tur, ab eo quod ſanctitate omnibus præ-
ſtat, abeſſe non debuit. Nam omnis qui-
dem ſacroſanctæ ſcripturæ liber aut eo-
rum quæ ſunt, à Deo procuratum ortum
& ornatum, aut legibus ſancitū ſacerdo-
tum principatum ac rem publicā, aut he-
reditatū populi Dei diuiſiones & poſſe-
ſiones, aut ſacrorum iudicium, vel ſapient-
um regū, Deiq; ſacerdotum prudentiam,
aut veterum hominum inter multos va-
riōſq; caſus, & calamitates inuietū in pa-
tientiā ſapientiæ ſtadium, aut prudentiæ
Deus, que agēda ſunt monita, aut diuino-
rum amorū cantica, diuināſq; imagines,
aut Prophetarū eorum, quæ futura ſunt,
prædictiones, aut fortia & diuina Ieſu ope-
ra, aut eius diſcipulorum diuinitus tradi-
ta, & ad Dei imitationē pertinentia inſti-
tura atque vitas, ſanctamque diſciplinam



116 B. DIONYS. AREOPA.
& doctrinā, aut abstrusam mysteriorūq;
plenam discipulorum charissimi varisq;
visionem, summāque ac celestem Iesu
Theologiam, iis qui ad diuinitatem ad-
piscendam apti sunt, eaque digni, tum ex-
posuit, tum sanctis diuinisq; sacramen-
torum institutionibus introductionibus-
que confirmauit. Diuinorum autem can-
tum sacrosanctus liber, cui hoc vnum
propositum est, Dei & verba & opera om-
nia laudare, sanctaque diuinorum vito-
rum verba atq; facta ornare laudibus: ge-
neralem adhibet rerum diuinarū & can-
tum, & expositionem, atq; ad omnia pon-
tificia sacramenta & adipiscenda, & man-
danda, siue cōmunicanda, aprum animum
affert iis, qui ipsum diuinē ac sanctē reci-
tant. Cū ergo hymnorum laudūque
modulatio naturales nostros habitus aprē
ad ea sacra, quæ paulō post facienda sunt,
afficit, diuinorumque cantuum cōcentu,
quasi vna consentaneaque sacrorum cho-
rea cōsensionem, & cum diuinis rebus, &
secum, & mutuam instituit, & lege sancit:
tū ea quæ concisa sunt paulōque ob-
scuriora in spiritali psalmorum modu-
latione, pluribus clarioribusque exēplis ac
repetitionibus, dilatantur sanctissimis di-
uinorum librorū lectionibus. Hos libros
qui

DE ECCLE. HIER. LIB. 117
qui sanctē legerit, in eis vnā atque vnus-
modi consensionem, & quasi conspira-
tionem animaduertet, vt quæ profecta sit
ab vno diuinōque spiritu. Hinc rectē in
mundo post antiquorem illam, vt ita di-
cam, traditionem, nouum testamentum
prædicatur, hoc, vt opinor, diuino pōtifi-
cioque ordine declarante, vetus quidem
testamentum diuina Iesu opera dixisse
nouum autē effecisse: atque illud quidem
in figuris descripsisse & adumbrasse, hoc
autem præsentem monstrasse veritatem:
præsertim cum & illius prædictionum ve-
ritatem huius effectio confirmauerit, &
diuinorum verborū diuina facta sint sum-
ma. Horum ij quidem, qui sanctorum
sacramentorū omnino ignari sunt, ne fi-
guras quidem & imagines ceinunt, quōd
& imprudēter salutarem diuini ortus di-
sciplinam repudient, & diuinis scriptis
hec exitiose dixerint, Vias tuas scire nolo. *Iob 21*
Catechumenos autem, & energumenos,
quique in penitentia sunt, sanctæ hierar-
chicæ mos patitur quidem audire sacram-
psalmorum modulationem, diuināque
sacrarum scripturarum recitationem: ad
sacra autem opera quæ deinceps sequun-
tur, atque mysteria spectanda, non eos
conuocat, sed perfectos oculos eorum,



118 B. DIONYS. AREOPA.

qui digni sunt. Est enim diuina hierarchia sacra iustitia plena, ac vnique pro dignitate salubriter consentanea tribuit rerum diuinarum comunione, sancteque pro modo & captu in tempore concedit. Ac postremus quidem ordo Catechumenis, id est, iis qui erudiuntur, tributus est. Aditus enim eis ad omne id quod in hierarchia perficit, preclusus est, neque vllis sacris initiati sunt, neque diuinum statum, qui in digno partu ortuque consistit, habent, sed etiam patris verbis fouentur, vitalibusque;figurationibus & lineamentis finguntur ad beatum illum progressum vite laeisque principem, qui a diuino ortu profisciscitur. Vt igitur si inchoati ac nondum figurati pueri, qui ex carne constant, cadant ante quam foueantur, casum illum in terra sine ortu, sine vite usura, sine lucis aspectu vt abortus, habebunt: nec quicquam, qui sit mentis suae, id quod apparet intuens, in lucem eos prolatos esse dixerit, quod sint ab aui tenebris liberati, (dicit enim medicina, perita corporum praeses; lucem vim suam emittere in ea, quae lucem natura recipere possunt) sic sacrorum sapiens disciplina & scientia, primum quidem eos diuinorum scriptorum, quae formandi vitaeque; dandae vim habent, cibo, qui

DE ECCLE. HIER. LIB. III

qui instituendo & introducendo valet, fouet: cum autem eorum naturam ad diuinum ortum absoluit, tum denique vtiliter eis ordine concedit aditum ad ea quae illustrant & perficiunt. Nunc vero ab inchoatis, ea quae perfecta sunt, separat, quae & dignitatis sacrorum rationem habeat, & catechumenorum diuino pontificum loco, educationis atque vitae. Energumenum autem multitudo a sacris quidem etiam arcetur, sed secundum locum in superiore parte extremitatis catechumenorum obtinet. Neque enim par est, mea quidem sententia, id quod particeps aliquando sanctissimorum sacramentorum fuit, sed etiam contrariis aut voluptatibus, aut perturbationibus constrictum tenetur, ei quod penitus sacris initiatum non est, nec vlla ex parte est particeps diuinorum mysteriorum. Quinetiam ad eos sacrorum aspectus, & comunio contrahitur, idque; iure ac merito. Si enim verum est, virum qui omnino diuinus sit, qui dignus sit, cui ad res diuinas aditus pateat, qui ad summum diuinae similitudinis speciei que, quam quidem consequi possit, gradum, absolutis ac perficiendi vim habentibus modis, quibus ad diuinitatem contendit elatus sit: non ea quidem quae carnis sunt, nisi iis quae natura necessitatem

maximā afferunt, impulsū, quōd si v-
 ueniat, quasi aliud agentem perfecturum
 esse, & templum præterea, affectarēq;
 fore diuini spiritus in summa illa sua di-
 uinitatis imitatione in simili similē locā-
 rem: profectō qui eius: odi est, nunquam
 à cōtrariis visis aut terroribus vexabitur,
 sed eos ridebit, & si incidant, expugnabit
 ac persequetur, faciēq; potius, quā vim
 externā accipiet, & quasi patietur eo ani-
 mi sui habitu, in quem nulla cadit pertur-
 batio, & qui nulli ipse succumbit, aliisque
 eiusmodi oblationum medicus videbitur.
 Ego verō præterea existimo, atque adeo
 certō scio, eorum qui hierarchici ordinis
 sunt, ab omni admixtione liberā & secre-
 tam prudentiam, ante hos scire sceleratissi-
 ma & maximē nefaria impulsione agitari
 eos omnes, qui deserta diuina vita, & sen-
 tentia ac moribus, cū perniciosis demoni-
 bus consentiunt, quōd ea quidem quæ
 verē sunt, & immortaliter possidenda, &
 semper iucunda, voluptatisque plena per
 summā ipsiq; exitiosā amentia auer-
 sentur: cum materia autem coniunctum
 plurin, isq; perturbationibus implicatum,
 quod alienum est naturæ nostræ, peccatū,
 percontēsq; ac interitū afferentes volu-
 ptates, & instabiles in rebus alienis, quæ
 non

non sunt, sed videntur, prosperitates &
 optēt & sequātur. Primi ergo hi, & aptius
 quā illi, ministri sacramenti huius pru-
 denti voce secernuntur. Neque enim fas
 est, eis patere aditum ad vllum aliud sa-
 crum, nisi ad doctrinam scriptorum diui-
 norum, qua ad meliora perueniāt. Si enim
 cæleste diuinorum sacrificium eos, qui in
 pœnitentia sunt, etiamsi ei aliquando in-
 terfuerint, arcet, quōd id non admittat,
 quod nō est omni ex parte sacrosanctum:
 idēq; hoc pudicē pronūciat, Ego nec ab
 iis etiam, qui aliqua ex parte ad diuinę si-
 militudinis cacumen euadere nō possunt,
 videor, nec cum iis me communico: (arcet
 enim hæc vox omnis admixtionis expers
 maximē, eos etiā qui vnā cū eis, quibus
 ad diuinas res, vt dignis, patet aditus, pre-
 cari nō possunt,) multo magis profana erit
 multitudo eorū, qui perturbationibus agi-
 tantur: carebūtque sacrorum & aspectu &
 communionē. Cū enim autem ex templo Dei
 expulsi fuerint, & à sacrificio, quod eorum
 vires superat, ij qui sacris initiati nō sunt,
 ac minus perfecti: & cum eis qui à sancta
 vita defecerūt: conuenientēq; his, ij qui
 ad aduersariorum & terrores & visa pro-
 pter ignauiam procliues sunt, vt qui ma-
 gna contentaque cum diuinis rebus con-



112 B. DIONYS. AREOPA.
iunctione ad diuini habitus constantiā ef-
ficacitatēq; non peruenerint: deinde cū
his ij qui contrariā illi quidem vitā nun-
tium miserunt, nondum tamē à visis, ha-
bitu amorēque diuino ac liquido soluti
sunt ac liberi: & secundum hos ij qui non
planē vnus modi sunt, atq; vt verbis legis
vtar, nō sunt immaculati & incontamina-
ti penitus: tum denique sancti sacrorum
sacrificuli studiosiq; spectatores sanctis-
simū sacramentū sanctē spectantes be-
nificum principium, quod bona largitur,
generalī laudatione concelebrant, à quo
salutaria nobis sacramēta mōstrata sunt,
quæ sacram diuinitatis similitudinē in iis
qui inicianur, perficiūt. Hunc autē hym-
num alij hymni modulationem appellāt:
alij religionis signum: nonnulli, vt mihi
videtur, diuini; pontificis gratiarum
actionem, quod sacra munera, quæ à Deo
ad nos perueniunt, cōtineat. Videtur enim
mihi omnium diuinorum operū ac mū-
nerū ratio in nos ex eo extitisse, quod nos
quidē pro benignitate sua in lucem pro-
tulit, atq; in vita manere voluit, primige-
nitiūque figurarum pulchritudinibus, id
quod in nobis diuinā similitudinem præ-
fert, formauit, diuiniorisq; status & ad su-
pera introductionis participes fecit: prouidit

1. Pet. 1

DE ECCL. HIER. LIB. 129
dit autem hoc, vt nos qui negligētia stultitiasq; nostra diuinis bonis ac muneribus spoliari priuatiq; simus, restauratis renouatisque bonis in antiquum statum restituat, & perfecta nostrorū assumptione; nobiscum bona sua perfectissime cōmunicet, tandemq; nobis Dei diuinorumque bonorum concedat communionem. Lau- data hoc modo diuina humanitate, obre- ctus quidem diuinus panis proponitur, calixque benedictus: diuina autem salu- ratio siue osculum adhibetur, sanctorum- que animorum qui scripti sunt, mystica celestisq; prædicatio. Nō enim possunt ad vnū colligi, neque vnus pacis effectri- cis coniunctionis fieri participes ij, qui inter se diuisi sunt, secūmq; discordant. Si enim vnus cōtemplatione atq; scientia illustrati, cū diuina atque vnusmodi coniunctione vnū efficiamur, nunquā nos in diuisas cupiditates delabi patiamur, ex quibus terrenæ existūt, affectionūq; plenæ cum eo, quod natura eiusdem spe- ciei est, inimicitia & offensiones. Hanc quidem coniunctionē, mea sententia, pa- cis sacrificium sancit, quæ simile in simili collocet, atq; ab iis quæ diuisa sunt, diu- na atque vnus modi spectacula secernat. Sanctorum autem animorum, quæ post pacem



124 B. DIONYS. AREOPA.
pacem adhibetur, prædicario, eos qui piè
sanctèque vixerunt, atque ad vitæ virtuti
consentaneæ perfectionè constanter per-
uenierunt, laudibus afficit, dum & nos ad
beatissimum statum diuinamque sortem
eorum similitudine ac imitatione horra-
tur, & quasi manu ducit, & illos vt viuos
prædicat, non mortuos, vt Theologia ait,
sed vt eos, qui à morte ad vitam diuinam
maximè migrauerunt. Sed animaduerte
eos in sacris etiam memoriis inesse, non
quòd more hominum diuina memoria
in ea parte memoriæ, quæ visa recipit, in-
esse declaretur, sed vt alijs dicat pro Dei
dignitate, preciosam immutabilèmq; in
Deo eorum, qui diuinâ speciem perfectè
prætulcrunt, scientiam significat. Nouit
enim, inquit scriptura diuina, qui sunt
eius: & Pretiosa in còspectu Domini mors
sanctorum eius. Morte sanctorum dicta, pro
perfectione in sanctitate. Hoc etiam con-
sidera, positis in diuino altari ueneratione
dignis signis, per quæ Christus & signifi-
catur & percipitur, sine mora præsto est
sanctorum catalogus, qui eorum coniu-
ctionem caelestis atque sacræ cū eo vnio-
nis indiuiduè declarat. His autem co ritu
quem diximus, perfectis, stans pontifex
coram sanctissimis signis, quæ propòsita
sunt,

Ioan. 5

2. Time. 2

Psal. 115

DE ECCLES. HIER. LIB. 115
sunt, manus cum honesto sacerdotum or-
dine abluit. Quoniam igitur vt scripta di-
uina loquuntur, Qui lotus est, non indi-
get, nisi vt pedes lauet, id est, alicuius alte
rius lauationis, nisi summorum suorum
siue extremorum: ea summa, siue summa-
rum manuum expiatione in pudico diui-
næ speciei similitudinisque statu cū ad se-
cunda etiam inferioraque progressus fue-
rit, pro diuina benignitate solutus erit at-
que inuictus, vt omnino vnus modi effe-
ctus: rursusque ad vnū ipsum vno modo
reuerfus, reditū illum suū ab omni sorde
& macula solutum ac liberum reddet, vt
qui diuinæ similitudinis perfectionem in-
tegritatè que saluam obtineat. Lauatio
quidem sacrosancta erat, vt diximus, in le-
gis hierarchia: nunc autem & à pontifice
& à sacerdotibus adhibita manuum ex-
piatio, eam significat. Ij enim qui ad san-
ctissimum sacrificium veniunt, expiari es-
se debent etiam ab extremis animi visio-
nibus atque illius similitudine, quoad eius
fieri potest, accedere. Sic enim clariore
Dei luce illustrabuntur, dū celestes splēdo-
res in eorum speculorum, quæ similis spe-
ciei sunt, lucem maiore copia eaq; splen-
didiore lumen suum effundit. Illa autem
pontificis sacerdotumque lauatio, quæ sum-
mis

Ioan. 13

Exod. 30



1:6 B. DIONYS. AREOPA.
mis siue extremis digitis adhibetur, corā
sanctissimis signis obseruatur: quasi co-
ram Christo spectante omnes occultissi-
mas nostras cogitationes, & summarū par-
tium expiatione, eius omnia confidēti-
bus inuestigationibus, equissimūq; ac inte-
gerimis, & minimē corruptis iudiciis de-
finita & constituta. Ita diuinis rebus pon-
tifex coniungitur, sanctisq; dei operibus
laudatis, ea quæ sunt diuina maximē, per-
ficit, & quæ laudauit, oculis subiicit, &
ostendit. Nobis quidem, quæ diuina in
nos opera ac beneficia esse putemus, deinceps
pro virili parte exponendum est. Ne-
que enim omnia laudare possum, nedum
planē intelligere, aliisque tradere. Quæ
autem à pontificibus qui diuino numine
permoti sunt, conuenienter scripsit diui-
nis laudantur & perficiuntur, ea pro capto
nostro, implorata primum ea quæ ponti-
ficibus datur, animi permotione, dicemus.
Genus hominum principio diuinis bene-
ficiis stultè spoliatum ac desertum, vita
plurimis casibus miserisq; opportuna
excipit, mortisq; interitū afferentis exitus.
Rectē enim exitiosa à vera bonitate
defectio, sacręq; legis, quæ in paradiso lata
est, violatio, eum qui vitale iugum blādīs
infectisq; aduersarij fraudibus illectus de-
trecta

DE ECCLES. HIER. LIB. 127
trectauisset, procliuatibus suis, quæ diui-
nis bonis contrariæ sunt, tradidit. Hinc
miserabiliter pro æterna quidē vita mor-
talem commutauit: principiu autem suum
cum ab ortu, qui interitui opportunus
est, habuisset, ad finem principio consen-
taneum agebatur: quin etiā cum sponte
sua diuinam, summaque spectantē vitam
amississet, ad contrarium extremum pul-
sum est, id est, commutationem, quam plu-
rimæ calamitates miseriaque excipiunt.
Cum verò etiam de recta via deflueret,
ea quæ ad eum fert, qui verè est Deus, exitio-
sisq; ac nefariis multitudinibus se abie-
cisset, nō intelligebat se non Deos, neque
amicos, sed hostes obseruare & colere: qui
bus eo crudeliter pro sua immanitate abu-
tentibus, in status internecionisq; diseri-
men venerat. Diuinę autem bonitatis im-
mensa humanitas, providentiā curamque
nostri, quæ per se curat omnia, pro sua in
nos benignitate nō abiicit, sed nostrorum
omnium verè facta particeps sine pecca-
to, ac cum humilitate nostra vna facta &
coniuncta, cum suorum nec confuso nec
imminuto vlla ex parte statu, & specij con-
iunctionem ac societatem nobis, vt eius-
dem generis, deinceps concessit, & partici-
pes sociosque declarauit honorū suorum,
cum

Heb. 1
Ioan. 11



118 B. DIONYS. AREOPA.

cum & multitudinis quæ defecit, vt scriptura tradit, impetium quod in nos haberet, dissoluisset: non pro potestate, quòd lōgè multumque superaret: sed, vt mysticè tradit scriptura, in iudicio atq; iustitia: & nostra in contrarium benignè mutauisset. Nam mentis quidem nostræ cæcitate, beato diuinòque lumine compleuit: quòdque forma & specie carebar, diuina ornauit pulchritudine. Animi autem domicilium cum perfecta salute essentię naturæq; nostræ, quæ ferme collapsa erat & cõciderat, maximè detestabilibus perturbacionibus, sordibusque interitū afferentibus liberauit, monstrata nobis via qua ad supera nitamur. diuinæque vita, &, vt ita dicam, conuersatione, in sancta nostra cum illa, quoad eius fieri poterit, similitudine. Diuina autem imitatio quonam modo aliter in nobis imprimeretur, nisi sanctissimorum Dei operum memoria reuocetur semper pontificis & laudibus & sacrificiis? Hoc enim facimus, vt scripta diuina loquuntur, in eius commemoracionem. Hinc Dei pontifex in Dei altari laudat sancta diuinæque Iesu, quæ diximus, opera diuinæ nostri prouidentię, quæ salutis generis nostri causa voluntate sanctissimi in spiritus sancto, vt loquuntur diuina

1. Cor. 11

DE ECCLES. HIER. LIB. 119
uina scripta, perfecit. Postea verò quàm & venerationem eorum ornauit laudibus, & spiritalem contemplationem mentis oculis aspexit: ad eorundem sacrificium, quod *Iaco. 6*
signis continetur, venit, atque id quod à *Matt. 26*
Deo proditum sit, facit. Itaque religiosè simul, & vt pontificem decet, post sacras diuinorum operum laudes de sacrificio, quod ipsius dignitatē superat, se purgat, dum primò ad eum clamat, Tu dixisti, Hoc facite in meam commemoracionem. *1. Cor. 11*
Deinde cum rogauit, vt hoc diuino sacrificio dignus sit, & ipsius Christi imitacione diuina perficiat, & castè distribuatur, & ij qui sacramētis participaturi sunt, dignè sumant: perficit ea quæ maximè diuina sunt, laudatque oculis subiicit per signa quæ sanctè propofita sunt. Pane enim qui opertus erat & integer, aperto atque in multas partes fracto, & vnico calice diuiso inter omnes: quod vnum est, signis multiplicat & distribuit, atque in his sanctissimum sacrificium perficit. Quod enim in Iesu diuino verbo vnum est & simplex atque occultum, humanitatis nostrę assumptione, ad id quod concretum est, & videtur sine immutatione, pro sua in nos & benignitate & humanitate, profectum est, & nostri, secū communionem, quæ vnum



B. DIONYS. AREOPAG.
 efficit ac coniungit, benignè procurauit;
 iis quæ in nobis humilia sunt coniunctis
 perfectè cum iis suis, quæ sunt diuina ma-
 xime: si modo etiam nos ut membra cum
 corpore, sic cum eo cohareamus & con-
 nectamur, integræ diuinæque vitæ simili-
 tudine, non perturbationibus interitum
 afferentibus mortui, ad diuina maximèque
 valentia membra apertissimus, & cum eis
 non conglutinemur, atque uiuamus. Nobis
 enim si ei⁹ societatis cupiditate ducimur,
 diuinam vitam quam ut homo egit, pro-
 ponere debemus, & eius in non peccando
 imitatione ad diuinum integrumque sta-
 tum currere. Hoc enim nobis pro capto
 nostro societatem cum simili concedet.
 Hęc pontifex iis quæ sanctè perficiuntur,
 significat, dum obiecta quidem munera,
 ostendit, quòd autem in eis vnum est, in
 multa diuidit, & summa eorū quæ distri-
 buta sunt, cum iis in quibus sunt, con-
 iunctione, illorum socios efficit eos, qui il-
 la sumunt. His enim Iesum Christum,
 dum eum subicit oculis, qui est vita no-
 stra, quasi in signis describit & designat
 sensuum iudicio, ex eo quod in diuinitate
 abstrusum est, absoluta ac nõ confusa hu-
 manitatis nostræ assumptione pro sua hu-
 manitate nostri generis ac speciei factū,
 &

& ad id quod diuiduum conereturque
 habemus sine commutatione ab eo, quòd
 natura vnum est, profectum, ac pro hac
 sua benigna humanitate genus hominum
 vocantem ad sui bonorumque suorum cõ-
 munionem, si modo diuinæ eius vitæ con-
 iungamur, illius quam præstare possimus
 imitatione: atque hoc modo verè in Dei di-
 uinorumque bonorum societatem com-
 munionemque veniemus: supra autem
 datæque aliis diuina cõmunionem in sacra
 gratiarum actione vnà cum sacro Ecclesie
 ordine finem facit. Sumptio enim tradi-
 tionem communicacionemque antecede-
 dit, mysticamque distributionem myste-
 riorum perceptio. Hęc est enim generalis
 & catholica rerum diuinarum descriptio
 & ordo, ut primùm pōtifex participet, sa-
 tieturque iis quæ diuinitus aliis daturus est:
 deinde ita demum etiam cum aliis cõ-
 municet. Itaque ij qui audacia prouecti
 diuinis disciplinis ac magisteriis abutun-
 tur, ante vitam & habitum quæ postu-
 lant, profani sunt, atque à sacro instituto
 omni ex parte alieni & abhorrentes. Ut
 enim in solis radiis tenuiores perlucidio-
 resque res, primè illabentis splendoris ple-
 næ, lucem, quæ per omnes ipsarum par-
 tes præter modum fusa est, solis instar ia-



112 B. DIONYS. AREOPA.

sequentes effundunt: sic non debet temere ducem se aliis diuini luminis præstare, is qui non omni statu suo & habitu similitimus Deo euaserit, diuinòque instinctu ac iudicio declaratus sit rector atque moderator. In his omnis sacerdotum descriptio pontificio instituto collecti, cum diuinorum mysteriorum facta fuerit particeps, cum sancta gratiarum actione defuit, diuinorum operum pro captu suo agnitis laudatisque beneficiis. Quocirca ij qui diuinorum expertes sunt, eaque ignorant, nunquam ad agendas gratias se conferent, etiam si gratiarum actione natura sua diuina beneficia digna sint: sed cum id quod dixi, ne aspicere quidem vnquam diuina beneficia, propter suam ad deteriora procliuatatem uoluerint, ingrati in immensis innumerabilibusque diuinorū operum beneficiis semper fuerunt. Gustate, inquit scriptura sancta, & videre. Diuinorum enim sacrorum initio, magnarum beneficiorum qui initiantur, agnoscent: diuinamque eorum maiestatem ac magnitudinem in communionem sanctè considerantes, grata uoluntate plusquam cælestia diuinitatis beneficia laudabunt.

Psal. 33

DE

DE ECCL. HIER. LIB. 135.
DE IIS QUAE IN VN-
guento sunt, atque perficiuntur.

CAPVT VI.

TOt sunt, tamque præclara sanctissimæ synaxeos spiritalia spectacula, quæ nostram cum eo quod vnum est, ut saepe diximus, pontificio instituto efficiunt & communionem & coniunctionem. Est autem et finitimum alterum sacramentum, quod præceptores nostri vnguenti mysterium nominant. Nos quidem ita ad id quod in eo vnum est, singillatim pontificiis contemplationibus euehemur, si primum eius partes ordine ex sacrosanctis imaginibus signisque contemplabimur.

MYSTERIVM RITVS
vnguenti.

Eodem modo, quo in synaxi, ordines eorum qui minus perfecti sunt, excluduntur. Cum scilicet & pontificis circum totum templum odoribus incensis referta profectio, & psalmorum recitatio, & diuinorum scriptorū lectio antecesserit: tum pontifex sumptum vnguentum in diuino altari, duodecim pennis obiectum locat canentibus omnibus sanctissima voce, pro-

k 3



phetarum qui à Deo permoti sunt, verba quæ diuino spiritu dictante exceperunt: perfectaque in eo solenni in sanctissimis eorum, qui consecrantur ceremoniis precatione, illud adhibet in omni, serè pontificio munere.

CONTEMPLATIO.

Via quidem & ratio ad superiora nitendi sacra huius vim perficiendi habentis quæ inducitur, iis quæ diuino vnguento sanctè sũt, illud, opinor, declarat, obiectum & quasi velis obductum esse, id quod in sanctorum virorũ mente sacrum est, refertumque odoris suavitate. Siquidẽ diuinẽ iubetur sancti viri, præclarè atque fragrantis abstrusi Dei in virtute similitudinis & imitationis falsè glorię causa speciem non habere. Carent enim omni macula & sorde abstrusi Dei, odoratioreisque quàm mēs cogitare possit, pulchritudines: solisq; spiritualibus spirituali modo declarantur, quod cõsimiles atque incorruptas in animis virtutis imagines velint habere, Diuinæ enim virtutis incorruptum præclarè expressum signum & simulachrum, ita seipsum figurat, & fingit ad pulcherrimam imaginem, si spiritalem illam fragrantemque pulchritudinem intueantur.

Atque

Atque vt in imaginibus quæ sub sensum cadunt, si primam speciem pictor constanter intueatur, neque ad aliud quod oculis subicitur, vicissim trahatur, aut aliqua ex parte vim oculorum diuidat, illum ipsum quisquis sit qui pingitur, si fas est dictu, duplicabit exprimẽtque & veritatem in similitudine, & exẽplar in imagine, vtrumque in vtroq; præter essentiæ dissimilitudinem; sic egregiis in mente pictoribus intenta in fragrantem abstrusamque pulchritudinem, atque non inflexa contemplatio expertè erroris diuinamque imaginem reddet. Iure igitur ac meritò diuini pictores cum mentem suam ad caelestem, fragrantem, spiritalemque pulchritudinem præter modum exprimunt, virtutem nullam earũ quę ipsis insunt, eo animo gerũt, vt ab hominibus, quẽadmodum scriptum est, videãtur, sed sanctè in sacro vnguento, quasi in imagine ea quæ in Ecclesia obiecta & obducta sunt intueantur. Itaq; ipsi qui sanctã diuinamque maximè virtutem, in mente diuina & imitatione & imagine insigni recondant primam speciem, & intelligentiam solam sanctè intueantur. Neque enim solũ dissimilia non vident, sed ne ad illorum quidem spectaculum & aspectum trahuntur. Quocirca conue-

Math. 6



136 B. DION. AREOPAG.

nienter sibi, neque ea quæ temerè bona & iusta videntur, sed quæ verè sunt amant. neq; gloriæ quæ à multitudine incòsideratè beata dicitur, rationem vllam habet: sed bonum aut malum ex seipso Dei imitatione iudicantes, diuinæ sunt suauissimi diuinissimisque odoris imagines: qui quidè odor cum in se id quod verè fragat, contineat, non ad id quod multis dissimiliter videtur, se còuertit, id quod non est fictū, neq; simulatum in veris suis imaginibus imprimens. Age nanc deinceps, quoniam exteriorè ritus qui planè pulcher est, venustatem aspeximus, diuiniorem eius pulchritudinè videamus, eumq; per se sublati velis contèplemur beatum splendorem perspicuè ex se fundentem, nòsque odore bono, qui spiritualibus obductus non est, perfundentem atque complentem. Neque enim ab vnguenti confectiois quæ videtur, communionè aut aspectu arcèntur ij qui præsto sunt pòtifici, sed contrà ad eos vsque peruadès & sistens, quæ multorum vires superat, contèmplatorem, ab ipsis sanctè obducitur, & à multitudine pòtificio instituto sècernitur. Diuinis enim viris sacrarum rerū radius, quod spiritali cognatione teneantur, syncerè ac per se nulla interiecta collucet, mentisq; eorum captum

DE ECCL. HIER. LIB. 137
captū planè bono odore perfundit: ad infiores autem non item peruenit, sed eis quasi obsecutis rei spiritalis spectatoribus, vt mysterium non enunciatur à dissimilibus non inquinetur, peanatis signis obducitur: quibus sacris signis præclari inferiorum ordines ad sanctum captum modūque suum deducuntur. Est igitur, id quod dixi, mysterium quod nunc à nobis laudatur, eius ordinis atq; potestatis, quæ vim habet perficiendi ea quæ pontificem attingunt. Itaque ipsam diuini præceptorum nostri, vt eiusdem & ordinis, & efficacitatis, cuius est synaxeos sacramentum, iisdem sèpè figuris atque imaginibus mysticisque descriptionibus, ac sanctis verbis descripserunt. Pontificemque ipsum eodem modo videbis præclarum odorem à diuino loco ad sacra quæ sequuntur circumferentem, suòque ad eundè locum reditu docentem, res diuinas cum omnibus quidem sacerdotibus pro dignitate communicari, sed nec minui vlla ex parte: nec moueri earum communionem, atque intra diuini fundamenti sui proprietate sine vlla mutatione consistere. Eodem autem rursus modo scriptorū diuinorum & cantus, & electiones, eos quidem qui minus perfecti sunt, obstericum instar fouent &



133 B. DION. AREOPAG.

educant ad vitalem adoptionem: eos autem qui à dæmonibus agitantur, sanctè in viam reducunt, contrariumque metum & voluptates demunt iis, qui per ignauiam à dæmonibus agitantur, dum summum diuini status gradum eis pro captu suo monstrant, quo terrebunt magis ipsi potestates contrarias, curationisque aliorum præficiuntur, atque Dei imitatione ex bonis quidem suis detrudi non possunt: aduersus autem contrarios metus non solum vim & efficacitatem habent, verum etiam largiuntur. Iis autem qui ex deteriore conditione ad mentem sanctam redierunt, sanctum habitum inserunt, ne iterum inuadantur à malis. Quibus verò aliquid deest ad perfectam numerisq; omnibus, absolutam pudicitiam & sanctitatem, eos omnino expiant. Sanctos incitant, & ducunt ad diuinas imagines, earumque & aspectum & societatem. Pascunt, portò eos, qui planè sancti sunt, reficiuntque beatis spiritualibusque contemplationibus, explentque id quod in eis est vnus modi, atque vnum efficiunt. Quid? nonne ordines qui non planè mundi sunt, quorum iam mentionem fecimus, non adhibitos & admixtos excludit atque arceat, eodem modo, quo synaxis, hoc quod nunc tra-

ctamus

DE ECCL. HIER. LIB. 139

ctamus sacrosanctum mysterium, quod & in solis imaginibus, quæ sacræ videntur, cernitur, & à solis qui primi nullius interiecti sanctissimi sunt, hierarchicis intelligentius spectatur ac perficitur? Hæc quidem quæ iam à nobis sæpè dicta sunt, superuacaneum est, vt arbitror, eisdem verbis repetere, ac non venire ad ea quæ sequuntur, eos qui videant pontificem cum diuinè sanctum vnguentum duodecim pennis obductum & obiectum habet, sanctissimeque illud conficit.

CONTEMPLATIO.

Sic ergo statuimus, vnguenti confectio- nem concretionem esse quandam rerum bene olentium, quæ in se magnam vim & copiam fragrantium qualitatum contineat, cuius qui facti sunt participes, odorem bonum ex se efflant, pro portione fragrantis cõmunionis, quæ in eis inest. Sed diuinissimum Iesum supra modum & maximè odorũ suauitate refertũ esse certò scimus, spiritualibusque distributionibus mentem nostram diuina voluptate cõplete. Si enim eorum, quæ sub sensum cadunt ac bene olent, susceptio bene afficit, & alit cum magna voluptate id quod in nobis odores diiudicat, si modo integrum sit, & ei



140 B. DION. AREOPAG.

& ei quod odorum suauitate præstat, apta compositione respondeat: eadem etiam ratione dicit aliquis mentis nostræ facultates, si sint incorrupte affectæ ad malum, naturali partis quæ iudicat vi constante, pro portione diuinæ actionis, accommodataque mentis ad Deum conuersione, diuini odoris iucunditatem suauitatẽque recipere, sancta que voluntate compleri, ac diuino alimento. Vnguenti ergo mystica cõfectio, quasi in figuratiõne eorum quæ formari non possunt, nobis Iesum ipsum depingit, fontem esse copiosum, qui suauitates diuinorum odorum recipiat, diuinis que proportionibus in mētes, quæ diuinitatis speciem maxime præ se ferant, diuinos liquores infundat, ex quibus mentes suauitate quadam motæ, sacrisque auxiliis referæ spiritali cibo vtuntur, in benevolentium diuinæ cõmunionis diuisionum ad id quod in eis, vim intelligendi habet, aduentu. Perspicuum est autem, vt arbitrator, suauitatis odorũ quæ à fonte manat, diuisionem viciniorẽ esse naturis nobis superioribus, seq; magis expromere ac distribuere, & magna in perlucidam earum benẽque affectam mentis recipiendĩ vim effusione, & multiplici introitu. Ad inferiores autẽ spiritus, & qui non ita capaces sunt,

DE ECCL. HIER. LIB. 141

sunt, summa illa contemplatione communiõneque integra obducta, accommodatis iis qui participat vaporibus pro modo quem Deus constituerit, diuiditur. Sanctorum quidem Seraphim ordo, qui tantũ sanctis naturis nobis superioribus præstat, duodecim penis significatur, quæ & circum Iesum stet, ac locatus sit, & beatissimis eius contemplationibus, atque spectaculis quatenus licet accommodatus, & spiritalis distributionis in sanctissimis receptaculis sanctè plenus, & diuina verba, quæ multis laudibus ornada sunt, ore quod, vt more hominum loquar, tacere non potest, personet. Sacrosancta enim celestium spirituum scientia, & defatigationis expertus est, & perpetuũ Dei amorẽ tenet, virtutumque omne superat, & obliuionẽ. Itaque mihi videtur perpetuus ille clamor declarare eternam earum immutabilemque in omni contentione actionẽque gratiarum, diuinarum rerum & scientiam, & intelligentiam. Incorporas quidem Seraphim proprietates, quæ in scriptis diuinis imaginibus, quæ sub sensum cadunt, & interpretes sunt earũ, quæ ratione intelliguntur, expressæ sunt, in celestium hierarchiarũ distinctionibus præclarè, vt puto, spectauimus, tuarumque mentis oculis commonstrauimus. Sed quoniam etiam



142 B. DION. AREOPAG.
etiam nunc ij qui præsto sunt pontifici, illam ipsam summam distinctionem nobis sanctè exprimunt, paulisper nunc quoque mentis oculis diuinum maximè eorum splendorem videbimus.

CONTEMPLATIO SIVE INTELLIGENTIA SPIRITUALIS SANCTORUM SERAPHIM.

Esa. 6. **I**Gitur infinitæ eorum facies, multique pedes significat, vt opinor, vim proprietatemque eorum, qua multas diuinas cernunt illustrationes, bonorumque diuinorū intelligentiam, quæ sempiterno motu cietur, multæque peragrat. Pennas autem, vt scripta diuina loquuntur, senas, nō sacrum numerum declarare arbitror, vt aliis placuit, sed summæ naturæ atque ordinis, qui circum Deum est, primas, medias & postremas virtutes, quæ spirituales sint & diuinæ, supera petere, libera esse penitus, atque caelestes. Itaque sanctissima diuinorum scriptorum sapientia, pennarum figuratōnem describens, ad eorum facies, mediæque corpora, & pedes pennas adhibet, perpetuis eorum pennis etiam declarans, vim quæ omnibus modis ad id quod verè est feratur. Quod si facies pedesque obtineant, mediisque tantum pennas porrigunt, intellige tam præstantem summarum natura-

turarum

DE ECCL. HIER. LIB. 143
turarum ordinem, reuereri ea, quæ altiora profundioraque sunt, quam quæ intelligere possit: mediisque alis moderatè ad Dei contemplationem euehi, dum & diuinis lancibus vitam suam subicit; & ab eis sanctè ad notitiam sui componitur. Quod autem scripta diuina dixerunt, Clamauit alter ad alteram, hoc declarare putato, eos vtro citroque alios cum aliis ea quæ sciunt & intelligant, citra inuidiam communicare.

Esa. 6

INTERPRETATIO
Seraphim.

HOC etiā sacra memoria dignū censebimus, Hebraicum diuinorū scriptorum sermonem, sanctissimas Seraphim naturas plene significante cognomine ex eo appellare, quod diuina vita, quæque perpetuo pulsu agretur, ignescant, & præter modū ferueat. Quod si vt ij qui Hebraica nomina interpretari sunt, tradunt, diuini Seraphim, incendium feruentiumque à scriptura appellati sunt nomine, quod quidem essentiam naturamque eorum declarat: profectò diuini vnguenti ex imaginum descriptione quæ signorum est, vim habent ad supera ferentem, quæ ad eius expressionem, & vaporum qui maxi-

maxim



144 B. DION. AREOPAG.
mam habent efficacitatem, diffusionem
euocat. Essentia enim cuius odoris suauitas
mentem superat, ab igneis mundissimis
que mentibus, sursum ferri cognitionis
causa vult, diuinis que afflatus suos in
beatissimis illis diuisionibus & effusionibus
iis largitur, qui ipsam ita excellenti
modo excitant. Non igitur diuinus celestium
spirituum ordo diuinum Iesum, vt sanctus
efficeretur, descendisse ignorauit, sed
scit eum ad nostra assumenda seipsum abie-
cisse, illumque pro diuina, & quæ exprimi
non potest, benignitate, & à patre, & à
seipso, & à spiritu sanctificatum, cum cer-
neret, cognouit principium suum in iis, quæ
diuinitus facit, id quod essentia est pro-
prium, ab omni immutatione liberum
obtinere. Itaque sacrorum signorum tra-
ditio diuino Seraphim vnguento, cum
consecratur. Christum exhibet, cum im-
mutabilem sciens atque describens in vere
tota & integra nostra humanitatis assump-
tione. Quodque etiam diuinitus est, &
diuinum vnguentum in cuius rei sacræ con-
secratione adhibet, aperte monstrans eum,
qui illum, qui sanctificatur, sanctificat,
quemadmodum scriptura sancta tradit, vt
qui idem sit semper suisque similis in omni
diuinæ bonitatis munere. Quocirca diuini

ORTUS

DE ECCLE. HIER. LIB. 145
ortus donum & munus, quod perficit di-
uina vnguenti absolutione perficitur. Hinc
etiam, vt opinor, in locum vitalis expia-
tionis vnguentum asperisionibus crucis fi-
gura expressis infundens pontifex, plane
monstrat mentis oculis, Iesum etiã usque
ad mortem ipsam quã in cruce pertulit,
pro diuino ortu nostro demersum diuino
ipso inuictoque descensu, eosque, qui morte
sua, vt abstrusa scriptura sancta tradit, ba-
ptizentur, ex antiqua mortis interitum
asserentis, vt ita dicam, absorptione beni-
gnæ extrahentem renouantemque ad di-
uinum æternumque statum. Quin etiam ei
qui sanctissimo diuini ortus sacro initia-
tus est, diuini spiritus aduentum vnguen-
ti dat perfusio, quod significet, vt mihi vi-
detur, sacræ signorum descriptio diuinum
spiritum immutabili diuine essentia statu
dati ab eo, qui vt homo causa nostra à spi-
ritu sancto sanctificatus est. Hoc etiã ani-
maduerte, diuini quoque altaris consecra-
tionem sanctissimorum mysteriorum mo-
re & instituto sanctissimis sacri vnguenti
infusionibus perfici. Est autem celestis Dei
actio omnis diuinæ nostræ sanctificatio-
nis principium, essentia perficiensque vis.
Si enim Iesus, qui est diuinum altare no-
strum, diuina est diuinarum mentium con-

1



Ioan. 17

146 B. DIONYS. AREOPA.
secratio, in quo vt scripta diuina loquuntur, consecrati ac mysticè omnino hostig, instar incensi accessum habemus: caelestibus oculis diuinū ipsum altare cernamus. in quo quæ perficiuntur, ab ipso diuino vnguento & perficiuntur, & sanctificantur omnia. Sanctificat enim seipsum pro nobis sanctissimus Iesus, nosq; omni sanctitate complet, dum ea quæ in eo dispensatione prouidentiaq; perficiuntur, ad nos vt à Deo generatos, scilicet benignè perueniunt. Itaq; mihi videntur sancta quadam intelligentia, quæ à Deo tradita sit, diuini hierarchiæ nostræ principes, sanctum hoc vnguenti mysterium *verbum*, ex re quæ perficiatur, nominatè, vt aliquis dicat, Dei *verbum*, id est, perfectionem, laudantes veraque intelligentia diuinā eius perfectionem. Est enim eius *verbum*, id est, perfectio, illum & causa nostra vt hominem sanctificari, & vt Deum eum perficere, eum sanctificare quæ perficiuntur omnia. Sacram autem prophetarum, qui diuino numine afflati fuerūt modulatione, censent qui Hebraicè sciunt, Dei laudem declarare, vel laudare Dominum. Quapropter quoniā facta omnis Dei &, vt ita dicam, apparitio, & actio in variis pontificiorum signorū compositione descripta

DE ECCLE. HIER. LIB. 147
scripta est, non alienum est mentionem facere laudationis prophetarum, quam Deo docente didicerunt. Docet enim præclare simul & sanctè, diuina opera digna esse sacris laudibus.

DE SACRIS ORDINIBVS,
eorūque & virtutibus & actionibus.

CAP. VII.

Atque hæc quidē est diuina vnguenti confectio. Tempus est autem, vt post diuina opera, ipsos sacerdotum ordines exponamus, & distributiones vniūque eorum, & actiones atq; perfectiones, tresque ordines inferiores, qui eis subiecti sunt, vt hierarchiæ nostræ descriptio id quidem quod inordinatum est, indigestum, & confusum, sine vlla communione atque admixtione improbare excluderq; doceatur: quod autem digestum est, quod ordinatum, quod bene dispositum, cum rationem ordinum suorum habet ostendere. Triplicem quidē vniuersæ hierarchiæ diuisionē in hierarchiis quæ à nobis laudatæ sunt, præclare, vt opinor, exposuimus, cum diximus sanctam traditionem nostram sequuti, omnem hierarchicā rationem in diuina mysteria, & sacra diuidi, &



148 B. DIONYS. AREOPA.
in eos qui ea tenent enunciantq; aliis, at-
que in eos, qui ab illis iniciantur. Itaque
sanctissima quidem caelestium naturarum
hierarchia, mysteriū habet, suam Dei di-
uinarumque rerum, quam possunt à ma-
teria maximè solutam ac liberam intelli-
gentiam & scientiam, diuinæque naturæ
integrum habitū & statum, qui diuinita-
tem quatenus licet, imitatur: illustratores
autem & sacræ huius perfectionis duces
ac principes, primas essentias, quæ præsto
sunt Deo. Hæ in subiectos sacros ordines,
benignè atque pro captu cuiusq; data si-
bi, à perfecta sapientiæque effectrice diui-
nitate diuinarum rerum scientiam cog-
nitionemque diffundunt. Quæ verò distin-
ctiones primis illis naturis subiectæ sunt,
quia ab illis ipsis sanctè deducuntur ad di-
uinitatis illustrationem; ordines qui per-
ficiuntur, & sunt, & verè nominantur. Sec-
undum illam autem caelestem mundò-
que superiore hierarchiam, diuinitas in
nostra pro sua in nos benignitate sanctis-
sima dona muneratque sua depromens, iis
quidem, qui pueri erant, vt ait scriptu-
ra sancta, hierarchiam legis dedit: quod
cum fecit, tenuibus verorum imagini-
bus, simalactrisque ab exemplaribus re-
uerentissimis, & signis quæ non facile co-

gnosci

DE ECCLE. HIER. LIB. 149
gnosci poterant, ac figuris quæ non faci-
lem ad diiudicandum contemplationem
spiritualémque intelligentiam, quæ in eis
abstrusa est, cõtinebant, similem lucem ei
quæ in eis inerat, quasi imbecillibus ocu-
lis sine incõmodo impertiuir. Huius verò
hierarchiæ legis mysterium quidem, du-
ctus ad cultum spiritalem fuit: duces au-
tem ad eum, ij fuerunt, qui sacri illius ta-
bernaculi ritū à Mose, primo pontificum
legis doctore ac duce didicerāt. Qui qui-
dem ad sacrum illud tabernaculum insti-
tutionis causa hierarchiā legis describēs,
ad exemplaris, quod ipsi in monte Sina
monstratum fuerat, imaginem & imita-
tionem omnia quæ in lege sanctè siebant,
reuocabat. Perficiebantur porrò ij qui à
signis legis eadē ratione ad perfectiorem
absolutioremque mysteriorum discipli-
nam traducebantur. Perfectiorem autem
mysteriorum disciplinā diuina scriptura
hierarchiam nostram nuncupat, cum eam
illius expletionem, sacrumque finem vo-
cat. Est autem eadem nostra & caelestis, &
vt ita dicam, legalis, quòd medio societa-
te quadam cum extremis comprehendat-
tur, cum illa quidem communes habens
spiritalis contemplationes, cum hac au-
tem signa quæ sensum mouent, quorum

1 3



139 B. DIONYS. AREOPA.
etiam varietate distinguitur, & per ea ad
Deum deducitur. Triplicem autē nume-
rum eodē modo habet hierarchicæ diui-
sionis, quod & in sanctissima ceremoni-
arū sacrificia tribuitur, & in diuinos sacro-
rum ministros, & in eos qui ab illis pro-
captū suo ad sacra euehuntur. Porrō au-
tem vnaquæque trium hierarchiæ nostræ
partitionum, accommodatē ad legalem
hierarchiam, & eam quæ nostris est diui-
nior, prima, media, postremaque, vi & sa-
cro sanctæ similitudinis ac proportionis, &
omnium pulcherrimæ atque ordine con-
sentaneo præditæ connectentisque socie-
tatis gubernata ponitur. Ac sanctissimum
quidem sacerorum mysteriorum munus
ac ministrorū, prima quidem habet vim
diuinæ similem, sanctam eorum qui non
sunt initiati, suntque, vt ita dicam, im-
perfectissimi, expiationem: mediam au-
tem illuminatricem eorum, qui iam ex-
piati sunt, institutionem: postremam verō
quæ eadem superiores cōcludit, earūque
summa est, eorum qui instituti doctique
sunt, scientiæ institutionum suarum per-
fectionem. Eorum autem qui sacra perfici-
unt ordo in prima quidem vi, sacris my-
steriis minus perfectos expiat: in media,
expiatos illustrat: in postrema, atque sum-
ma

DE ECCLES. HIER. LIB. 132
ma vi sacrificiorum, eos qui diuini lumi-
nis participes facti sunt, perfecta visarum
illustrationum scientia absoluit. Eorū ve-
rō qui initiantur & perficiuntur, vis prima
est, quæ expiatur: media, quæ secundum
expiationem illustratur, & quæ nonnulla
sacra spectat: postrema, quæ eadem ceteris
est diuiniore, ea quæ sacerorum luminum,
quæ spectauit, perficiēte illustratur scien-
tia. Ac sancti quidem mysteriorum ope-
ris, & muneris triplex vis à nobis laudata
est, ita vt sacrū quidem ortū à Deo scri-
ptorum diuinorum testimoniis expiatio-
nem, illustratoremque splendorem esse de-
mōstrauerimus: synaxim autem vnguen-
ti quæ sacrum, cognitionem ac scientiam
quæ Dei opera perficiat, qua sancte dedu-
ctio ad diuinitatem quæ vnum facit, bea-
tissimamque communio absoluit. Nunc
autem deinceps sacerdotum, quæ in ordi-
nem expiantem, illustrantem, perficientem-
que diuiditur, exponenda est distinctio.

DE SACERDOTVM
perfectionibus.

CAP. VIII.

MOS quidē hic est diuinitatis sanctis-
simus, per prima secūda & inferiora
ad diuinissimam lucem suā deducere,



B. DIONYS. AREOPA.

An non videamus elementorum naturas, quæ sensibus percipiuntur, primū ad ea quæ eis magis cognata sunt, venire, deinde perinde per illa in alia suā traducere vim & actionem? Iure igitur ac meritò omnis descriptionis, & quæ videtur, & quæ non videtur, principiū ac sedes primū ad eos, qui maxime diuinitatem imitantur, vult diuinos radios peruenire: deinde per illos, quòd sunt clariotes spiritus, aptiq; ad accipiendū lumen, aliisq; tradendum, in inferiores pro eorū captu diffundit. Eorum igitur est, qui primi Deū cernunt, sequentibus [†] large pro illorū modo & captu diuina spectacula, quæ sanctè aspexerunt, monstrare. Docere etiam ea quæ hierarchiæ propria sunt eorū est, qui cum perficiente scientia diuina omnia, quæ suæ hierarchiæ sunt, præclare didicerunt, perfectamque docendi vim acceperunt: tradere quoque sacra pro cuiusque dignitate eorum est, qui scienter & integrè præditi sunt sacerdotū perfectione atque virtute. Diuinus igitur pontificum ordo primus quidem est eorum, ordinum, qui Deum vident: summus autem & postremus rursus, idem est. In eo enim & absoluitur, & expletur omnis hierarchiæ nostre distinctio. Ut enim hierarchiam om-

*à q̄litas.
al. sine
inuidia.*

nem

DE ECCL. HIER. LIB. 355

nem videmus in Iesum desinere: sic vnam quanque in suum pontificem. Vis autem hierarchici ordinis in sacris omnibus distinctionibus capitur, agitque per omnes sacros ordines hierarchiæ suæ mysteria. Ei verò præcipue præter ceteros ordines sacra & diuiniora opera ad munus suum tribuit. Hæ autem sunt perficientes diuinæ potentiæ imagines, quæ diuina signa omnia, omnesq; sanctas descriptiones perficiunt. Etsi enim etiā à sacerdotibus signa quadam veneratione digna perficiuntur: nondum tamen sanctum à Deo ortū sacerdos sine diuino vnguento peraget, nec diuinæ communionis mysteria perficiet, nisi cōmunionis sacramenta in diuinum altare imposuerit: quin ne sacerdos quidem ipse erit, nisi pōtificis officiis ac perfectionibus ad id delectus fuerit. Itaque diuinus mos sanctam hierarchicorum ordinum institutionem diuinisq; vnguenti consecrationem, atque sanctam altaris consecrationem diuinorum pontificū efficacibus facultatibus singulari munere attribuit. Est igitur pōtificatus, ordo qui perficiente vi præditus munera hierarchiæ, quæ perficiunt secretus à cæteris ac cum delectu exequitur, sacrorūq; disciplinam interpretando tradit, sanctūque & confen-

1 5



354 B. DIONIS. AREOPA.
tancum eorum statum atque vim docet.
Sacerdotum autem ordo, qui ad lucem
deducit, spectatum diuina mysteria intro-
ducit eos qui initiantur, subiectus pōtifi-
cum ordini, & cum eo propria suaq; mu-
nera exequitur: atque in iis quidem quæ
facit, diuina opera sanctissimis signis &
sacramentis ostendit, spectatoresque eos
qui accedunt, efficit, & in sanctorum my-
steriorum societatem communionemque
admittit: sed ad pontificem remittit eos,
qui disciplinæ misteriorum quæ aspexe-
runt cupiditate ducuntur; ministrorū ve-
rò ordo est qui expiat, & dissimilia discer-
nit, ante quam ad sacerdotum sacra ve-
niant: expiat eos qui adeunt, puros à con-
trariis efficit, dignosque sacerorum myste-
riorum spectaculo & communionem.

CONTEMPLATIO.

Itaque in sancto à Deo ortu, ministri ei
qui accedit veterem vestem detrahunt,
atque tibialia & calceos, occidentemque
versus remittendi nunciij causa locat, rursusque traducunt ad orientem. Sunt enim
eius ordinis atque loci, qui expiandi vim
habent, hortanturque eos qui adeunt, vt
omnino superioris vitæ & amictum abii-
ciant & tenebras: docentque eos desertis
tenebris

DE ECCLÆ. HIER. LIB. 155
tenebris, se ad ea quæ sunt lucis traduce-
re. Est igitur etiã vi expiandi præditus or-
do ministrorum, cū eos qui expiati sunt,
ad præclara sacerdotum sacra deducat, &
eos qui nondum initiati sunt, expiet, ex-
piantribusque scriptorū diuinorum splen-
doribus ac doctrinis instituat, & quasi ob-
stetricum more educet, ac præterea pro-
phanos à sacerdotibus seceruat. Itaque
sanctis ianuis eum præficit pontificij iuris
institurus, quod significat aditum sacro-
rum in perfectis expiationibus, commit-
titque introductionem ad sanctum eo-
rum aspectum & communionem iis qui
vi purgandi expiandique sunt præditi, at-
que per illos ab omni macula solutos ac
liberos admittit. Demonstratum est igitur,
pōtificum quidem ordinem vim per-
ficiendi habere, ac re perficere: sacerdotum
autem illustrandi vim habere, atque lucem
afferre: ministrorum verò, expiandi & se-
cernendi vim habere: quòd scilicet ponti-
ficum ordo non solum re perficere possit,
verū etiam illustrare simul & expiare: sa-
cerdotumque ordo in se habeat coniūctam
cum illuminandi vi, mundandi etiam ex-
piandique scientiã. Nam inferiores quidem
ordines ad maiora superioraque munera
ascendere non possunt, ac præterea nefas
cis



16 B. DIONYS. AREOPA.
eis est, hoc sibi arrogare & sumere. Diu-
niores autem ordines vnà cum suis inf-
riores quoque suâ perfectione ac virtute,
sanctas scientias tenent. Quoniam ta-
men sacerdotum descriptiones diuinarum
actionum simulachra quedam sunt, quod
ornati distinctisque diuinarum actionum
ordinis certas ratasque illustrationes in se
declarant: in primas, medias, postremasque;
sanctas actiones & ordines distinctioni-
bus hierarchiæ propriis distributæ sunt,
exprimentes, vt dixi, in se ratum distin-
ctumque diuinarum actionum ordinem.
Quoniam enim Deus ipse mentes in qui-
bus fuerit, expiat primû, deinde illustrat,
illustratasque perficit, ad diuinam simili-
tudinem & imitationem: rectè sacer ordo
qui diuinis imaginibus similitudinibusque
præest, se in distinctos ordines atque fa-
cultates diuidit: quo planè declarat diui-
nas actiones in sanctissimis ac non per-
turbatis confusisque ordinibus constanter
distincteque consistere. Sed quoniam sa-
cerdotum ordines, ac muna, vimque eo-
rum & actiones pro virili parte ex-
posuimus: sanctissimas etiam
eorum consecrationes, vt
possumus, conside-
remus.

MTST

DE ECCLES. HIER. LIB. 157
MYSTERIVM CONSE-
crationum que sacros ordines
atingunt.

CAP. IX.

Pontifex quidem qui ad perfectionem
virtutemque pontifice dignam euehi-
tur, utroque genu flexo ante altare, supra
caput habet libros à Deo traditos, ma-
numque pontificis: atque hoc modo ab
eo pontifice qui eum consecrat, sanctissi-
mis precationibus appellationibusque cõ-
secratur. Sacerdos autem flexis ante aram
genibus, capiti suo admoram pontificis
manum dextram habet: atque ita à ponti-
fice qui eum consecrat, sanctis precatio-
nibus consecratur. Minister verò genu al-
tero flexo ante altare, dextram manum
pontificis qui eum consecrat, super caput
habet, ab eoque consecratur iis precatio-
nibus & inuocationibus, quibus ministri
consecrari solent. Vnicuique autem eo-
rum signum crucis à consecrante ponti-
fice imprimitur, & singulis sancta prædi-
catio, perficiensque saluatio adhibetur
omnibus Ecclesiastici ordinis consalutan-
tibus, ac pontifice consecratore eum, qui
in aliquem ordinem Ecclesiasticum eo-
rum quos enumerauimus, coopratu est.

CON



158 B. DIONYS. AREOPA.

CONTEMPLATIO.

Communia quidem sunt & pontificibus & sacerdotibus & ministris cum coprantur, & consecrantur, accessus ad diuinum altare, inflexio genuum, pontificis manus ad motio, signum crucis, prædicatio siue laudatio: perficiens salutatio. Præcipua autem & propria pontificibus quidem, diuinorum librorum ad caput admotio, quod inferiores ordines non habent: Sacerdotibus autem vtriusque pedis demissio, quo caret ministrorum consecratio: ministri enim, vt dictum est, alterum modo genu inflectunt.

CONTEMPLATIO.

Aditus quidem ad diuinum altare, genuumque flexus significat omnibus, qui instituto pontificio consecrantur, subiiciendam Deo factorum auctori, & ad eius nutum agendam omnino esse vitam, & mentis suæ integritatem, castissimamque, ac dedicatum aditum, qui similis sit dignusque, diuino, sanctissimo ac sacro altari, quod mentes quæ diuinam speciem præ se ferant, consecrat. Manus autem pontificis impositio simul quidem diuinum præsidium declarat, quo ræquam sancti pueri patris charitate fouentur, ita vt eis quidem

DE ECCLES. HIER. LIB. 159

dem statum vnique Ecclesiastici ordinis largiatur: contrarias autè potestates procul ab eis fuget. Docet etiam omnia officia & munera sacri ordinis, exequi eos qui consecrati sunt, vt sub Deo agentes, cumque omnium suarum actionum habentes ducem in omnibus. Signum figura crucis impressum significat omnium simul corporis cupiditatum cessationem, diuinæque vitæ imitationem, quæ constanter humanam Iesu diuinamque vitæ intueatur, qui ad crucem vsque & mortem cum diuina non peccandi priuatione venerit, eosque qui ita viuunt, vt similes, imagine similitudinèque suæ à peccato libertatis, quæ crucis speciem præ se fert, insigniat. Sanctam consecrationum & eorum, qui consecrantur prædicationem pôtifex recitat: quod quidem mysterium declarat, pontificem cui Deus charus sit, interpretem esse diuinæ creationis siue electionis, qui non suo munere eos, qui consecrantur, ad Ecclesiastici ordinis honorem virtutemque offerat, sed diuini numinis instinctu agitur in omnibus consecrationibus quæ pontificem attingunt. Sic Moses factorum legis mysteriorum interpret ac præfectus, ne Aaronem quidem qui frater erat, antè ad pontificiam dignitatem

Exod. 29



166 B. DIONYS. AREOPA.
tatem extulit, quem alioqui deo charum esse, ac dignum sacerdotio existimaret, quam ad id agiturus, Deo consecrationis principe, consecrationis ritum & munus, ut pontifex exequutus est. Quinetiam diuinus ac primus pontifex noster (hoc enim etiam causa nostra humanissimus Iesus factus est) non seipsum clarificauit, ut diuina scripta tradunt, sed qui loquutus est ad eum, Tu es sacerdos in æternum loco Aaron secundum ordinem Melchisedec. Itaque ipse cum discipulos ad sacerdotij honorem efferret, quamquam erat, ut Deus, auctor sacrorum, tam sanctissimo patri suo, diuinoque spiritui munus consecrationis attribuit, præcipiens discipulis, ut scripta diuina loquuntur, ne Hierosolymis discederent, sed expectaret promissionem patris, quam à me audistis, quia vos baptizabimini spiritu sancto. Atque etiam ipse discipulorum facile princeps cum decem condiscipulis paribus & pontificibus, cum ad supplendum perficiendumque condiscipulorum duodecim numerum in pontificio honore venisset, Deo electionem timidè religioseque permisit, cum dixit, Ostende nobis quem elegeris, atque eum qui diuina sorte diuinitus declaratus est, in sanctum duodecim numerum

*Ioan. 8.
Hebr. 5.
Psal. 110.*

Act. 1.

DE ECCLES. HIER. LIB. 161
numerum, qui pontificum erat, admisit. De diuina autem sorte, que diuinitus Mattheæ obtigit, alij alia dixerunt, non rectè, mea quidè sententia. Ego verò meam etiam sententiam exponam. Videntur enim mihi scripta diuina sortem appellare diuinum quoddam munus, quod illi pontificum choro, eum qui diuino iudicio delectique esset renunciatus, indicaret. Diuinus enim pontifex non suo impulsu consecrationes quæ pontifici attingunt, conficere debet, sed Deo permouente, eas ut pontifice dignum est, diuinitusque celebrare. Salutatio que in extrema sacrorum ordinum consecratione adhibetur, sacram significationem continet. Nam & omnes qui adsunt, sacrorum ordinum homines, & pontifex ipse qui consecrauit, eum qui consecratus est, salutant. Cum enim sancta mens scientia vique pontificis, & diuina vocatione atque sanctimonia ad Ecclesiastici ordinis consecrationem honoremque peruenit, tunc charus est paribus sanctissimisque ordinibus: & ad pulchritudinem diuinam similem perductus, mentes similes amat, atque ab eis sanctè redamatur. Hinc con salutatio illa inter Ecclesiastici ordinis homines seruat & perficitur, quæ sanctam parium similitudinemque mentium societatem



162. B. DIONYS. AREOPA.

indicat, lætitiãq; mutuam quæ amore digna est, quippe quæ diuinam pulchritudinem saluam & incolumẽ Ecclesiastici ordinis formæ conferuet. Atque hæc quidẽ, vt dixi, comunia sunt totius consecrationis sacerdotum Pontifex autẽ præcipuam habet sanctissimam diuorum librorum super caput admotionem. Quoniam enim perficiens omnis sacerdotij vis & scientia à diuina mysteriorum auctore bonitate diuinis pontificibus datur: iure ac meritò in capitibus pontificum scripta diuinitus tradita ponuntur, quæ coniunctè scienterque interpretatur omnia Dei verba & opera, omnes Dei, vt ita dicam, apparitiones, sacra verba & facta: atq; vt vno verbo omnia complectar, omnes diuinas ac sacras & orationes & actiones, quas hierarchia nostra habet Dei benefici concessu ac munere: quòd diuinus pontifex omni quidem facultate quæ pontifice digna est, præditus esse debeat, & omniũ sacrarum interpretationum atque factorum, quæ hierarchiam attingunt, vera atque à Deo tradita scientia non illustrari modo, verùm etiam aliis vt pontifici consentaneũ est, tradere, perficereque diuinis scientiis ac sommis, vt ita dicam, promotionibus ex pontificis dignitate omnia, quæ in tota hierar

DE ECCLES. HIER. LIB. 163
hierarchia maximam vim perficiendi habent. Sacerdotibus autem duorum pedum flexus præcipuus est præter ministrorum ordinem, vt qui vnum tantum flectat, & figura hac à pontifice consecratur. Flexus quidem significat subiectum accessum eius qui accedit, & subiicit Deo id quod sanctè offertur. Quoniam autem tres, vt sæpè diximus, eorum qui sacra mysteria perficiunt descriptiones, per tres sanctissimas ceremonias atque facultates, tribus eorum, qui initiantur præfunt, salutarẽque eorum sub Dei iugum accessum perficiunt: recte ministrorum ordo, vt qui tantum expiandi vim habeat, solum eorum qui expiantur accessum procurat, eumque diuino altari proponit, quòd in eo mentes quæ expiantur, diuino more consecrentur. Sacerdotes verò vtrumque genu flectunt, quòd ij qui ab illis sanctè producuntur, non solum expiuntur, sed etiam præclarissimis eorum officiis expiata sursum ferendo vita, ad scientiam & facultatem quæ in contemplatione posita est, sacerdotis munere consecrentur. Pontifex autem vtrumque genu flectens, diuinis libris caput eius qui initiatur, supponit, eosque qui à ministrorum ordine expiari sunt, & à sacerdote illustrati, ad sa-



164 B. DIONYS. AREOPA.
 erorum quæ ab eis aspecta sunt, scientiam
 pro captu eorum pontificio munere effe-
 rentur, eaque perficit eos qui producun-
 tur ad integram consecrationem.

DE ORDINIBVS

qui initiantur.

CAP. X.

ATque hi quidē sunt sacerdotum ordi-
 nes, diuisiones, facultates, officia,
 & perfectiones. Triplex autē genus ordi-
 num initiatorum, quod eis subiicitur, de-
 inceps exponendum est. Dicimus quidem
 ordines esse qui expiantur, multitudines
 eas quæ a sacris muneribus, perfectioni-
 bûsque arcantur, quarum iam mentionem
 fecimus. Horum trium vnus quidem ar-
 cetur, propterea quod tum etiã a ministris
 scriptis diuinis, quæ vim fouendi habent,
 ad vitale, vt ita dicam, abrenunciacionem
 & formetur & effingatur: alter autē quod
 adhuc ad sanctam vitam a qua deseiuit, re-
 nocetur atque tetrahatur, scriptorū diui-
 norum quæ hortando valent, institutione:
 tertius verò, quod a contrariis formidini-
 bus adhuc per ignauiam terreatur, & con-
 firmetur a scriptis diuinis quæ corrob-
 randi vim habet: alius, quod etiam ex de-
 terioribus actionibus ad meliores prestā-
 tiorēsq; traducatur: alius, quod iã tradu-
 ctus

DE ECCLES. HIER. LIB. 165
 ctus quidem sit, sed nondum constantiam
 in diuinis immutabilibûsq; sciētis sit cō-
 sequutus. Hi enim sunt ordines, qui a mi-
 nistrorum educatione expiandique vi ex-
 piātur. Eos ministri sanctis suis facultati-
 bus perficiunt, vt cum omni ex parte ex-
 piari fuerint, ad illustrantem splendidissi-
 morum mysteriorum spectaculum com-
 munionēque transferantur. Medius au-
 tem ordo, & qui spectat, factorūmq; non-
 nullorum pro captu suo in omni mundi-
 cia est particeps: is est qui sacerdotibus il-
 lustrationis causa est traditus. Perpicuū
 est enim, vt arbitror, hunc omni labe ne-
 faria expiarum, castamq; ac immobilem
 mentis suæ sedem adeptum, ad contem-
 plandi scientiam vimque sacerdotū opera
 traduci, participemque esse diuinorum sa-
 cramentorum, quibus ei aditus pater, co-
 rum aspectu & cōmunionē, dum & omni
 sancto gaudio completur, & ad diuinam
 eorum scientiam sacrosanctis ordinibus,
 qui vim sursum ferendi habent, adiutori-
 bus euolat. Hunc ego sancti populi ordi-
 nem appello, quippe qui per omnem ex-
 piacionē progressus sit, sanctoque clarif-
 simorum mysteriorum aspectu & com-
 munionē, vt fas est, dignus sit iudicatus.
 Summus verò eorum omnium, qui ini-



166 B. DION. AREOPAG.
fiuntur & perficiuntur, ordo est sanctorum monachorum, cum & omni piaculo tota vi, omniq; actionum suarum sanctorum testimonia expiatus sit, & omnis mysterij, quod quidem ei fas sit aspicere, spectator particepsq; sit factus, tradit usq; perficienti pontificum ordini, ac diuinis eorum illustrationibus, pontificisq; institutis discat sanctorum mysteriorum, quæ eum attingunt, sacra quæ aspexerit, atque sancta eorum scientia pro modo suo ad summam perfectionem virtutemq; efferatur. Hinc diuini præceptores nostri sanctis eos non inuicibus appellari uoluerunt, alij cultorum, alij monachorum, à putō Dei famulatu & cultu, indiuiduaque ac singulari uita: quippe quæ eos unum faciat sanctis rerum diuinarum conjunctionibus ad diuinam unionem Deoque gratam perfectionem adipiscendam. Itaque perficiendi eis munus sancta lex concessit, dignataq; est eos inuocatione, quæ vim consecrandi habet, non pontificia quidem (ea enim est tantum penes sacerdotum ordines) sed sacerdotali quæ à sanctis sacerdotibus secundo à pontificio munere loco adhibetur.

MYST E

DE ECCL. HIER. LIB. 167
MYSTERIVM MONASTICE
consecrationis.

Sacerdos quidem stat ante diuinum altare, precatione quæ monachos attingit, recitans ac pronuncians: is autem qui consecratur & iniciatur, stat post sacerdotem, nec utrunque genu flectit, nec alterum, nec caput habet suppositum diuinis libris, sed tantum præsto est sacerdoti, qui mysticam precationem in ipso recitat. Sacerdos uero ea perfecta, cum ad eum qui iniciatur, uenit, illum rogat primum num remittat nuncium non solum diuiduis distinctisque uicis, uerum etiam uisionibus: deinde perfectissimam ei uitam exponit hoc pro testimonio dicens, eum medianam uitam superare ac transire oportere. Quæ ubi omnia is qui iniciatur, continenter professus est, se esse facturum, sacerdos signo crucis eum consignatum tondet, appellans tres personas diuinæ beatitudinis: omnique ueste detracta, eum alia induit, & cum aliis sanctis uiris qui adsunt, eum cum salutauit, participem facit diuinorum mysteriorum.

m 4



CONTEMPLATIO.

Quod neutrum genu flectit, neque habet caput diuinis libris subiectum, preteritque est sacerdoti precationem recitanti, declarat monachorum ordinis non esse alios deducere, sed in se ac per se persistere in singulari sanctoque statu, sacerdotum ordines affectarem, & ab eis ad diuinam sacrorum que illum attingunt, scientiam facile traduci. Diuisarum autem diuersarumque non solum vitarum, sed etiam visionum, ut ita dicam, abrenunciatio, perfectissimam monachorum philosophiam significat, que in preceptorum que vnus faciunt scientia vim & efficacitatem habet. Est enim, ut dixi, non medij eorum, qui initiantur ordinis, sed summi omnium. Itaque multa eorum que impune ac sine improbarione a medio ordine geruntur, omni ratione singularibus monachis interdicta sunt, quippe qui cum vno coniungi debeant, & cum sacra monade colligi, atque ad sacerdotum vitam, quantum licet, formare, quod ei ordini in multis ordo ille similis sit, & vnus ex omnibus ordinibus eorum qui initiatur, ad eum proxime accedat. Signum vero figuræ crucis, ut iam a nobis dictum est, declarat vniuersarum ad corpus pertinentium cupiditatum priuatio

priuationem. Capillus autem tonsus puram nullaque figura fucata vitam indicat, que non fictarum figurarum aut colorum inductione deformitatem mentis ornet, sed per se ipsam non humana pulchritudine, verum singulari & vnica ad diuinam excitet. Prioris vero vestis detractio, & alterius inductione significat a media sancta vita perfectiore translationem: que admodum in ortu a Deo, siue baptismo vestis vicissitudinem ac mutationem a vita que exprabatur, ad contemplationis sapientieque statum & habitum migrationem significare dicebamus. Quod si nunc etiam, & sacerdos, & omnes sancti qui intersunt, eum qui initiatus est, consolantur: intellige sanctam eorum qui diuinitatem imitantur, societatem, amate cum diuina letitia inter se gratulantium. Postremo sacerdos ad diuinam communionem inuitat eum qui initiatus est, sancte indicans illum qui consecratus est, si vere ad monachorum institutum quod singulare est, peruenerit, non solum spectatorem sacrorum que ei permissa sunt, fore, nec ritu medij ordinis in sanctissimorum sacramentorum societatem communionemque venturum, sed cum diuina eorum sacrorum que percepit, communionem, venturum esse ad diuinam



170 B. DION. AREOPAG.
societatis adeptionem & perceptionem.
Itaque cum sacerdotum ordinibus in sanctis eorum consecratis onibus ad extremum sanctissima Eucharistia communicatur à pontifice qui eos consecravit, non solum quod diuinorum mysteriorum perceptio vniuscuiusque ad hierarchiam pertinentis perceptionis est summa, verum etiã quod ipsius diuini muneris quod communicatur, sancti omnes ordines pro captu suo participes fiunt, ad suam ipsorum diuinæ similitudinis traductionem & perfectionem. Ergo hoc à nobis conclusum est, sancta quidem mysteria esse expiationem, illustrationem ac perfectionem: ministros autem, ordinem eum, qui expiandi sacerdotes, qui illustrandi diuinos pontifices, qui perficendi vim habent: ordinem verò qui expiatur, eum qui sancti aspectus & communionis est expertus, quod etiam expiatur: ordinem qui spectat, sanctum populum: ordinem qui perficitur, eum qui est singularium monachorum: Ita enim hierarchia nostra ordinibus qui à Deo traditi sunt sanctè digesta, cælestibus hierarchiis est similis, si suas Deum imitantes quantum hominibus fas est, diuinæque figuras & notas obtinet. Sed obiciet non esse omnino in cælestibus hierarchiis ordines,

DE ECCL. HIER. LIB. 171
dines, qui purgentur. Neque enim fas esse dictu, nec verum esse, cælestem aliquem esse ordinem qui piaculo sit ac scelere contractus. Ego vero integros quidem incorruptosque eos penitus esse, ac sanctitate eximio modo habere, planè confirmauerim, nisi omnino à sanctissima sententia intelligentiãq; aberrem. Si quis enim eorum à vitio superatus est, is & à cælesti puraque diuinarum mentium harmonia prolapsus est, & in obscura multitudinis quæ defecit loca delatus. Licet tamen sanctè fateri in cælesti hierarchia expiationem esse inferioribus naturis eorum quæ interim ignorantur à Deo perfectã illustrationem, quæ eas & ad perfectiorem diuinarum rerum scientiã deducat, & ab ignoratione earum, quarum nondum scientiam habebat, purget ac liberet, dum à primis diuiniõibusque essentiis ad summos clarissimosque diuinarum contemplationum splendores efferuntur. Sic etiam ordines sunt, qui illustrantur, & qui perficiuntur: sunt qui purgantur, qui illustrant, & qui perficiunt in cælesti hierarchia: quippe summæ diuiniõisque naturæ inferiores sanctos cælestesque ordines omni quidem ignoratione purget ac liberent ordine & pro portione hierarchiarum cælestium: compleant autem eisdem



172 B. DION. AREOPAG.
eisdem diuinis illustrationibus, absolutaque ac perfecta diuinarum intelligentiarum scientia imbuant. Nam & à nobis iam dictum est, & à scriptis diuinis diuinè expositum, non esse eosdem omnes caelestes ordines, nec tantundem posse in omnibus sanctis diuinarum illustrationum scientiis sed à Deo quidem primum ac sine medio primos, per illos autem rursus à Deo inferiotes pro captu suo clarissima diuini radij luce illustrari.

DE IIS QUAE FIUNT
in iis qui dormierunt.

CVPVT XI.

His ita constitutis, necessario etiam ea dicenda sunt, ut arbitror, quae à nobis perficiuntur in iis qui à vita migrarunt. Neque enim hoc commune est iis qui initiati sunt, cum iis qui non sunt initiati: sed quemadmodum aliud est vitae virorumque genus, sic etiam cum moriuntur, ij quidem qui sanctè vixerunt, vera Dei promissa spectantes, quasi eorum veritatem in resurrectione consentanea viderint, cum firma veraque spe, diuinæ lætitiæ pleni, ad mortis extremum, tanquam ad finem certaminum proficiscuntur, quod certò sciant sua omnia propter futuram suam ipsorum integram

DE ECCL. HIER. LIB. 173
grā resurrectionem fore in perfecta æternaque vita & salute. Nam sancti quidem animi, cum possint in hac vita in peius verti & mutari, in secundo ortu, id est, resurrectione, Dei imitatione ac similitudine mutari non poterunt. Pura autem mundaque sanctorum animorum corpora quae paria sunt, eursumque vitæ cōfecerunt, & vnà censa sunt, atque vnà certarum diuinis suis sudoribus, in animorum immutabili à diuina vita firmitate, vnà etiam resurrectionem propriam ac suam habebunt. Quoniam enim in hac vita cum sanctis animis iuncta vnūque facta, quasi membra Christi fuerunt, diuinū, immortalem, ab omni interitu liberum, beatumque vitæ statum adipiscetur. Ac in his quidem sanctorum est somnus. & ut ita dicam, dormitio, cum in gaudio speque certissima freta ad diuinorum certaminū ac laborū finem peruenit. Eorum autem qui à sacris religionis Christianæ abhorrent, partim stultè & inconsideratè in nihilum recidere existimant, partim corporum cum animis conjunctionem, ut eis in diuina vita beatōque statu minus accommodatam, abrumpi, quod non intellexerint, nec satis in diuina scientia didicerint, nostram in Christo diuinam vitam, quae iam coepta est. Alij verò animis



animis aliorum corporum coniunctiones tribuunt, in quo quantum in ipsis est, iniuriam, mea quidem sententia, faciunt corporibus, quæ cum diuinis animis labores pertulerunt: nec rectè eadem spoliant priuantque sanctis præmiis, cum ad finem diuini cursus perueniant. Alij nescio quo modo in cogitationes & sententias, quæ terram & corpus redolent, delapsi, si nilem huic vitæ sanctissimum beatissimumque statum, qui sanctis promissus est, esse consuerunt: cibosque vitæ mutabili accommodatos iis qui pares Angelis futuri sunt, nefariè adhibuerunt. Verùm Deus prohibeat, ne quis sanctus vir in eiusmodi errores incidat: sed quod planè sciant se totos iucundam gratiamque requiem esse adepturos, cum ad extremum vitæ huius venerint, viam ad immortalitatem suam ferentem, vt vicinior iam factam & imminentem, clarius intuentur, diuinitatisque laudant munera, & diuina voluptate complentur, propterea quòd mutationem in peius non iam timeant, sed certò sciant bonorum quæ adepti erunt, firmam æternamque sibi fore possessionem. Ij autem, qui sceleribus nefariisque sordibus cooperiti sunt, si sanctam aliquam doctrinam & institu-

Marc. 11

DE ECCL. HIER. LIB. 175
tionem hauserunt, sed eam ex animo suo perniciosè eiecerunt, cum mors appropinquabit, non iam eis diuina lex sanctæ scripturæ a què contemnenda videbitur, sed alijs oculis aspectis perniciosis vitiorum suorum voluptatibus, sanctaque vitæ, à qua inconsideratè descuerunt, beata iudicata, miserè & inuiti ex hac vitæ excidunt, nulla sancta spe freti propter vitam quam flagitiosissimam egerunt. Quorum quoniam nihil in quiete ac somno mortis sanctorum virotum contingit, is quidem qui ad extremum, quasi actum suorum certaminum venit, sancto gaudio completur, & cum magna voluptate vitam sancti secundi orsus, id est, resurrectionis, ingreditur. Propinqui autem eius qui mortuus est, pro iure diuinæ propinquitatis, ac morum similitudine, & cum qualis est, beatum esse ducunt, quòd ad victoriæ finem peroptatò peruenierit, & victoriæ auctori gratias cum cantu agunt, & præterea sibi similem requiem optant. Sumptum eum ad antistitem portant, quasi ad sanctarum coronarum donationem. Ille autem cum libenter accipit, eaq; perficit omnia quæ ex sancto instituto sunt in iis qui sanctè dormierunt.

Myste



176 B. DION. AREOPAG.
MYSTERIVM IN IIS QVI
sanctè dormierunt.

CAPVT XII.

Tob 16
Psal. 145
Thren. 4
Exec. 37
Marc. 12
Luc. 14
Ioan. 5
6. 11
1. Cor. 15

Convocato sacro choro diuinus antistes, si is qui excessit à vita, erat ordinis sacerdotum, cum ante sanctum altare eum posuit, Deum precari incipit, eique agere gratias. Sin autem saceris monachis, sanctòque populo annumeratus erat, cum ad veneratione dignum sacrarium ante sacerdotū introitum collocat, deinde perficit sacrum solenne precationis, qua agit Deo gratias pontifex: deinceps ministri promissis veris qua feruntur in scriptis diuinis, de sancta nostra resurrectione, recitatis, sanctè canunt cantus psalmodum, qui eiusdem rationis sunt atque idem valent. Tum ministrorum primus catechumenes dimittit, sanctosq; qui iam dormierunt, predicat, cum quibus pari laudatione dignum iudicat eum, qui paulò ante excessit à vita, hortaturq; omnes vt beatum in Christo finem petant. Tum accedens diuinus antistes ei sanctissimas preces adhibet, quibus ritè perfectis & ipse eum, qui à vita migravit, salutat, & secundum eum omnes vnà qui adsunt. Cum eum omnes consalutarunt, tum antistes oleo

DE ECCLE. HIER. LIB. 177
oleo mortuum perfundit, sanctaque precatione pro omnibus adhibita in loco honorato corpus cum aliis eiusdem ordinis sanctis corporibus reponit & condit.

CONTEMPLATIO.

Hæc quidem si aspexerint aut auditione acceperint, à saceris nostris abhorretes homines à nobis perfici, magno risu, vt opinor, ea excipiet, eosque erroris nostri miserebit. sed hoc nobis mirum videri non debet: Si enim nō crediderint, vt scripta diuina loquuntur, non intelligent. Nos autem sententia eorum qua perficiuntur perspecta & considerata, Iesu duce dicamus, non sine causa antistitem, ad eiusdem ordinis similemque chorum eum qui mortuus est, producere ac proponere. Declarat enim sanctè hoc facto suo, omnes in illis ordinibus fore in secundo ortu, siue resurrectione, in quibus hic vixerint: velut si quis hæc diuinam sanctissimamque vitam egit, quatenus homini Deū imitari licet, eū in seculo futuro diuinas sedes esse adepturum. Sin inferiorem ea que diuinam maxime imitatur, sed sanctam tamen: similia etiā hic sancta præmia consequetur. Pro hac diuina iustitia agēs gratias antistes, sanctam precationem adhi-

Isaie 7



178 B. DIONYS. AREOPA.
ber, venerationeque dignam diuinitatem
laudat, quòd & iniustum tyrannicumque
in nos omnes imperium deleuerit, & nos
ad sua iustissima iudicia trãstulerit. Diui-
narum autem promissionum cantus & re-
citations, tum beatissimas sedes indi-
cant, ad quas ij qui diuina perfectaq; vir-
tute præditi fuerint, in perpetuum dedu-
centur: tum eum qui à vita hac migravit,
sanctè excipiūt tum eos qui etiam in vita
manent, ad similem absolutamque virtu-
tem hortantur. Considera porrò hoc lo-
co, non omnes pro more ordines qui ex-
pianant, dimiserit, sed solos catechumenos
ex sanctis choris eiciit: propterea quòd hic
quidem ordo nullum penitus sacrum my-
sterium didicit, neque ei fas est quicquam
sue paruum, siue magnam eorum qui
sanctè perficiuntur, aspiciere: quippe qui
ne vim quidem aspiciendi sacra habeat ab
actu à Deo, siue baptismo, qui lucis &
principiū est, & prætor: reliqui autè or-
dines, qui explãtur, id quiddè quod sanctè
traditum est, iam didicerunt, sed inconsi-
deratè ac stultè ad deteriora se reuulerūt,
cum ad mellora vitæ instituta rationem
conferro debuissent: ob eamque causam
iure à diuinarum quidem rerum, quæ in
sanctis mysterijs latent, aspectu & cõmu-
nionè

DE ECCLĒ. HIER. LIB. 179
nionè rationeque arcentur (incommoda
enim acciperent, quòd eorum indignè
participes fierent, & ad maiorem diuina-
rum rerum, siueque contemptum perueni-
rent.) sed non immerito inter sunt iis que
hoc loco perficiuntur, cum perspicuè di-
scant & videant, mortis nostræ incertum
aduentum, sanctorumque præmia à diui-
nis veris que literis laudari, æternaq; sup-
plicia, que in eis scelestis constituta sint.
Proderit enim eis fortasse, cum cernent
eum qui sanctè mortuus sit, à ministris,
quòd verè esset sanctorū qui à seculo fue-
rint, socius & particeps, sanctè prædicari:
ipsiq; forsitan simile desiderio flagrabūt,
ac ministrorū disciplina docebantur, bea-
tam reuerà esse mortem quæ in Christo
opperatur. Deinde accedès diuinus anti-
stes, ipsi mortuo sanctè precatur, atq; post
precaionem & ipse eū salutat, & ordine
omnes qui adsunt. Precibus quidem à di-
uina benignitate contendit, vt & omnia
peccata quæ humana fragilitate imbecil-
litateq; admisa sunt, ei qui excessit è vita
remittat, & eum in lucem ac regionè vi-
norū, in sinus Abrahæ, Isaac & Jacob de-
ducatur, in locum à quo fugit dolor, tristi-
tia & gemitus. Hæc quidem, vt opinor,
beatissima sanctorum præmia & declarant.

Universidad de Deusto
Anno le-
go, ex le-
gendum
arbitror.
Biblioteca

180 B. DIONYS. AREOPA.

Quid enim immortalitati, in qua locus nullus omnino dolori est, & lumē est, par esse possit: quanquam promissa ipsa omni mente superiora, quæ maximè nobis accommodatis verbis significantur, nomina habent quæ multū ablunt à rerum veritate. Verum enim esse verbū illud diuinum putandum est, Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēderunt, quæ præparauit Deus diligētibus se. Sinus autē sunt, mea quidem sententia, beatorum patriarcharum, cæterorumque sanctorum omnium diuinæ beatissimæque, requietis sedēs, quæ omnes qui Dei spem præ se ferunt, in perfectionē quæ in ipsis senectutis incommodis caret, & beatissima est, recipiunt. Verū dices fortassis, hæc quidem rectè à nobis dicta esse, sed te dubitare & quæretē, cur diuinā benignitatem roget antistes, vt ea quibus à mortuo peccatum est remittat, eiq; det parem iis qui Deū imitati sunt, præclarissimamque hereditatem. Si enim præmia à diuina iustitia constituta consequetur corū bonorum aut malorum, quæ in hac vita gessit: perfecit autem is qui migravit à vita, huic vitæ consentaneas actiones: quibus antistitis precibus in alia quietis sedē migrabit, præter eam quæ eo digna est, & quæ

Isaie 64.
1. Cor. 2.

DE ECCLES. HIER. LIB. 18.
vitæ hic acta respondet: Equidem probè scio scriptis diuinis assentiēs vnūquęque præmium accepturum pro dignitate. Includit enim, inquit, Dominus apud se: & Referet vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Sed tamen iustorum bonotumque etiam preces in hac vita, nedum post mortem, iis tantū prodesse qui digni sunt sanctis precibus, ea quæ prodita sunt diuinarum literarum monumentis nos docent. Num aliquid à Samuele Saul adiutus est: aut aliquid propheta preces populo Hebræorum profuerunt: Vt enim si quis cum sol lumen suum dat integris oculis, perat vt particeps fiat solis luminis oculis suis effosis, nihil proficiet: sic ex inani spe, & quæ fieri non potest, pendet is, qui sanctorum preces exigit, sanctasque corū actiones quas natura fert, repudiat & abigit diuinorum munerum negligētia, clarissimorumque ac boni largitorum præceptorum despicientia. Hoc autē statuo cum scriptis diuinis peritū esse in hac vita sanctorū preces, hoc modo: Si quis factorum munerum cupiditate ducitur, & ad ea percipienda bene animo constitutus est, tãquam paruitatis suæ conscius adeat ad aliquem sanctum hominem, peritū, vt se adiuet, ac pro se

Galat. 6
Iacob. 5
Gen. 20
2. Mac.
12
1. Reg. 15

1. Ioan. 5
Iacobi 5



182 B. DIONYS. AREOP.

roget: ei ille adiumentum omnium maximum afferet. Quæ enim petit, assequetur, diuina munera, probante eû & diuina benignitate, & sua religiosa conscientia, & sanctorum reuerentia, laudabili eorû quæ petita sunt desiderio, & cõsentanea diuinæque animi constitutione. Est enim hoc quoq; diuinis iudiciis sancitum, vt diuina munera iis qui digni sint, qui accipiât, ordine honestissimo dentur ab iis, qui digni sunt tradere. Hæc ergo si quis sanctam disciplinam improauerit, elatûque opinionone dignum se diuino colloquio existimauerit, ac sanctos contempserit: & tamen ea quæ indigna Deo sunt ac nefaria, petierit, nec desiderium diuinarum rerum intentum habeat, sibi que consentaneum: nunquam stultum operatum consequetur. Quod autem nos à diuinis præceptoribus nostris deprecatione, quæ antistes, vt dixi, in eo qui mortuus est, vtitur, traditum accepimus, necessario exponendum est.

- Malac. 2* Diuinus antistes, vt scripta diuina restantur, interpretes est diuinorum iudiciorum.
Matt. 16 Angelus enim est Domini Dei rerum omnium præpotentis. Didicit ergo à scriptis quæ diuinitus prodita sunt, clarissimam diuinamque vitam pro dignitate ac meritis iustissimis lancibus tribui, negligente

DÉ ECCLÉ. HIER. LIB. 183

gente diuina humanitate pro benignitate sua, maculas quas in eis contraxit humana fragilitas: Quandoquidẽ nemo, vt scripta diuina loquuntur, mûdus est à sorte. Hæc igitur antistes scit promissa esse à scriptis diuinis quæ vera sunt: petit autem vt ea eueniât, & dentur iis qui sanctè vixerunt sancta præmia, ita tamẽ vt & ad Dei imitationẽ bonitatis similitudine formetur, aliorûmq; dona vt sua beneficia repõscat: & vera p̄t omissa sciat futura, iisq; qui ad sunt quah̄ interpretes exponat, ea quæ ipse ex sancto more & instituto repetat, planè euentura esse ijs qui in diuinã vitã hinc migrauerint. Neq; enim vñquam diuinus antistes qui est diuinæ iustitiæ interpretes, ea quæ non Deo gratissima esse sciret, quæq; ipse diuinè se daturû pollicitus esset, peteret. Itaq; mortui qui non sunt initiati & sunt peccatores, hæc non precatur & optat, non solùm quòd in hoc ab interpretis diuinorû munere ac loco discederet, atq; aliquid eorum quæ iuris pontificij sunt, temerè & arrogatè nõ ab auctore mysteriorum permotus tẽterat: verum etiam quòd non consequeretur id quòd non honestè peteret, à iusto illo scriptorû diuinorum loco, quem ipse nõ immeritò auditurus esset, Peritis & non accipitis, eo

Iob 15

Iacob. 4



184 B. DIONYS. AREOPA.

quòd malè petatis. Quocirca petìt diuinus pòtìfex ea quæ à Deo promissa sunt, eiq; grata sunt, & planè concedenda: in quo & animi sui còstitutionem, quæ bonitatis diuinæ specis præ se ferat, Deo cui boni chari sunt, declarat: & iis qui adsunt, vt interpres munaera & bona quæ sanctis euentura sunt, exponit. Sic etiã secernendi vim habent pòtìfices, vt interpretres diuinæ iustitiæ, non quòd eorum à ratione auertis cupiditatibus sapiētissima diuinitas, vt honesto verbo vtar, quasi ministra obsequatur, sed quòd ipsi Spiritui mysteriorum principi ad interpretandum permouenti, eos qui à Deo iudicati sunt, pro meritis cuiusq; secernant. Accipite enim, inquit, Spiritum sanctum. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Ei quoque, cui sanctissimi Patris patefacta erant illustratione mysteria, Christus ait, Quodcūque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcūq; solueris super terram, erit solutū & in cælis: quasi ille omnisque ei similis pontifex, ex iis quæ illi de Patris iustitia enunciata sunt, vt interpres atque portitor, & à Deo charos admittat, & impios excludat. Etenim illud de Deo verbum non suo impulsu ac nutu, vt est in

Euan

DE ECCLE. HIER. LIB. 185

Euangelio scriptū, nec carnis & sanguinis patefactione, sed à Deo qui eius mèti sua mysteria tradiderat, pronuntiauit. Ac diuini quidem pòtìfices, secretionibus, omnibusque pòtìficiis facultatibus, & muneribus ita vti debent, vt eos mysteriorum princeps diuinitus permouerit. Ceteri autem ita pontificibus in iis quæ vt pòtìfices gerent, vt à Deo permotis parère ac morem gerere debent: Qui enim, inquit, vos spernit, me spernit. Sed reuertamur ad ea quæ deinceps in solēnibus precibus sequuntur. Ea enim perfecta, antistes & ipse mortuum salutat, & ordine qui adsunt omnes. Gratus enim honoratusq; est omnibus qui diuinam speciem præferunt, is qui in diuina vita hinc migravit. Secundū salutationem, perfundit oleo pòtìfex eum qui est mortuus. Fac memineris, in sancto ortu à Deo, ante diuinam immersionem, primam sancti mysterij cōmunionem ei qui initiatur, inunctionis oleum dari post integram prioris vestis detractionem. Postremò autem, hoc loco eum qui migravit à vita, oleo perfundi. Ac tum quidem olei perfusio ad sacra certamina eum qui initiabatur, vocabat: nunc autem oleum quod infunditur, eū, qui excessit è vita in ipsis certaminibus certasse ac decessisse de-

LUCIO

n 5



186 B. DIÓNYS. AREOPA.
 clarat. His ritè perfectis, pontifex reponit
 In loco honesto corpus cū aliis eiusdem
 ordinis sanctis corporibus. Si enim animo
 & corpore Deo gratā acceptamq; vitam
 egit is qui deceffit, in honore etiā & præ-
 cio erit cum sancto animo corpus, quod
 sacris sudoribus cū eo certavit & dimica-
 uit. Hinc diuina iustitia ei cum suo corpore
 re donat æqua præmia, vt comiti ac par-
 ticipi sanctæ vitæ aut contrariæ. Itaq; di-
 uinum sacrotum institutum diuinas com-
 munionis vtriq; concedit, animo qui-
 dem in purz eorū quæ perficiuntur con-
 templatione ac scientia: corpori autem,
 dum & diuino vnguento, vt quod simili-
 tudinis significandæ causâ infundatur, &
 sanctissimis diuinæ societatis ac commu-
 nionis signis totum hominem sanctificat,
 & totam eius salutem procurat, & perfe-
 ctissimam eiusdem resurrectionem gene-
 ralibus explanationibus fore significat. Pre-
 cationes autē quæ in mysteriis adhiben-
 tur, nefas est scripto interpretari, & my-
 sticam eorum intelligētiam, aut vim, quæ
 in eis Deo auctore efficacitatem habet, ex
 adyto in publicum efferre: sed quemad-
 modum à maioribus nostris traditū acce-
 pitimus, cum eas doctrina quæ foras exire
 non debet, hauseris, & ad præulò diuinito-
 rem

DE ECCLES. HIER. LIB. 187
 tem animi constitutionem viuendique ra-
 tionem diuino amore ductus, sanctisque
 actionibus peruenieris: tum denique di-
 uino lumine ad summam earū scientiam
 deducere. Pueros verò etiam, qui nondum
 diuina mysteria intelligere possunt, diui-
 ni ortus participes fieri, sanctissimorumū-
 que diuinæ societatis signorum: viderur
 quidem, vt ais, non sanctis hominibus, &
 à religione nostra abhorrentibus, meritò
 risu dignissimū, si eos qui audire non pos-
 sunt, diuina pontifices docent, & non in-
 telligēribus frustra ea quæ sanctè tradita
 acceperunt, tradunt: quòdque magis ridi-
 culum est, quasi pro se aliis abrenuncia-
 tiones dicunt, sanctasq; professiones. Pon-
 tificia autem sapientia tua iis qui in erro-
 re versantur, succensere nō debet, sed reli-
 giose pariter ac eorum illustrationis do-
 ctrinæq; causa, amanter respondere ad ea
 quæ obiciunt: hoc etiam ex sancto insti-
 tuto addens, non nostra scientia diuina
 omnia circumscribi, multaq; eorum quæ
 à nobis ignorantur, causas habere Deo di-
 gnissimas, quas nos quidem ignoremus,
 cognitæ autem habeant nobis superiores
 ordines: multa etiam summæ illæ naturæ
 ignorant, & soli sapientissimæ, sapientiæ-
 que auctori diuinitati planè sunt cognitæ:
 tamen si



188 B. DIONYS. AREOPA.
tametsi hoc quoque de hac re dicimus,
quod diuini nostri pontifices à veteribus
acceptum nobis tradiderunt. Aiunt enim
id quod etiam verum est, pueros si in san-
cto instituto ac lege instituantur, ad san-
ctam animi constitutionem peruenturos
esse, ab omni errore solutos ac liberos, &
sine vllò impuræ vitæ periculo. Hoc cum
in mentem venisset diuinis nostris præ-
ceptoribus, placuit admitti pueros hoc san-
cto modo, vt naturales pueri qui introfer-
tur parentes, tradant filium alicui eorum
qui initiati sunt, bono puerorum in diu-
nis rebus informatori: ac deinceps ei puer
det operam, vt diuino patri, sponsorique
sanctæ salutis. Ab hoc igitur qui puerum
in sancta vita instituturum se esse pollice-
tur, exigit pontifex, vt ita dicam, abrenun-
tiationem professionem sanctâsque pro-
fessiones, non quod, vt illi ridetes dicunt,
alium pro alio diuinis sacris initiet. Non
enim hoc ait, Ego pro puero abrenuncio,
aut promitto: sed, Puer abrenunciat, &
proficitur, id est, Profiteor me huic puero
suasurum, cum intelligere sacra per ar-
tem poterit, diuinis meis institutionibus,
vt & nuncium remittat aduersariis atque
ab eis deficiat, & profiteatur exoluâtque
diuina promissa. Non ergo, vt opinor,
absur

DE ECCLES. HIER. LIB. 189
absurdum est, si puer diuinæ vitæ institua-
tur, cum ducem sponsorémque habeat, qui
eum & diuinarum rerum sciëntia imbuat,
& ab aduersariis tutum custodiat. Partici-
pem verò facit puerum sacrorum myste-
riorum pontifex, vt in eis educetur, nec
agat vitam aliam, nisi eam quæ diuina spe-
ctat semper eorumque sociæ est in sanctis
progressionibus, & sanctum in eis habi-
tum habet, eoque à diuino sponsore de-
ducitur.

Hæc à me, fili, tam multa, tamque præ-
clara, hierarchiæ nostræ spectacula quæ
vnum faciunt, aspecta & animaduersa sunt.
Ab aliis autem fortasse mentibus, quæ
acrius cernunt, non hæc modo prospecta
sunt, sed clariora multo & diuiniora. Tibi
etiam, vt opinor, planè collucebunt cla-
riores diuinioresque pulchritudines, si iis
quos dixi gradibus ad superiore radiū
contendas. Communica igitur tu quoque
mecum maiorem perfectioremque lucem,
meisque oculis monstra præstantiores, &
vnius speciem magis exprimentes formas
quascunque potueris ceinere. Confido
enim me iis quæ commemorata sunt, in-
ficias tibi diuini ignis scintillas excitatu-
rum.



390

B. DIONYSII
AREOPAGITÆ ATHE-
NIENSIVM PONTIFICIS DE DI-
UINIS NOMINIBUS, ad Timotheum ponti-
ficem Ephesinum liber, Ioachimo
Peronio Benedictino Cor-
moticenno, Regio
interprete.

QVIS LIBRI FINIS ET
quæ de diuinis nominibus
prodicta sunt.

CAP. I.

Nunc autem, beate vir, post
Theologicas institutiones,
ad diuinorum nominum pro
virili parte interpretationem
veniam. Sit autem nunc quo-
que nobis illa diuinorum scriptorum an-
tè præscripta lex, vt veritatem doceamus
eorum quæ de Deo dicuntur, non
in persuasibilibus humane sapientiæ ver-
bis, sed in ostensione virtutis Theologo-
rum, quæ agitata est à Spiritu, qua cum
rebus & quæ verbis exprimi non possunt,
& incognitis modo quodam quem nulla
consequi potest oratio, eoque incognito
coniun-

E. Cor. 2

DE DIVI. NOMI. LIB. 191
coniungimur, coniunctione, & vt ita di-
cam, vnione, quæ sensum nostrum, men-
tè que & actionem multū superat. Om-
nino igitur non audendum est quicquam
de summa abstrusaque diuinitate aut di-
cere, aut cogitare, præter ea quæ nobis di-
ninitus scripta diuina enunciauerūt. Ignor-
rationis enim summe eius essentia ac na-
tura, quæ omnem orationem, sensum, ef-
sentiamque vincit, scientiæ ei tribuere de-
bemus, eatenusque ad supera contendere,
quatenus diuinorum scriptorū radius se
ipse effert, ita duntaxat, vt ad superiorem
splendorem moderatione & reuerentia
quam rebus diuinis debemus, coercea-
mur. Et enim si qua in re sapientissime ve-
rissimaque Theologiæ fides habenda est,
profectò diuina pro cuiusque mentis ca-
pitu & enunciantur & videntur, dum di-
uina bonitas ab iis quorum mensura de-
finita est, iusticia seruatrice immensitate,
vt quæ capi non possit, quemadmodum
Deo digni est, secernit. Vt enim neque ea
quæ rationis intelliguntur, ab iis quæ sub
sensum cadunt, comprehendendi cerni que pos-
sunt, nec ab iis quæ ficta figurataque sunt,
simplicia & nō figurata: nec ab iis quæ cor-
poris figuris efficta sunt, eorum quæ cor-
poris vacante, formæ vacuitas quæ nec tra-
ctari,

Ephes. 4
1. Cor. 12



Cari, nec figurari potest: sic & essentias vincit ac superat, quæ termino caret immensitas, & mentes, quæ mente superior est vnitas, & vñi quod cogitationem superat, in cogitationem nullam cadere, & bonum quod oratione vincit, nulla oratione exprimi potest. Vnitas vnitatis omnis effectrix, essentia essentiâ superior, & Verbum quod exprimi nequit, verbi, intelligentiæ, nominisque vacuitas & priuatio, quæ nullo modo est, quo ea quæ sunt: causa quidem est, cur sint omnia, sed ipsa nõ est, ac essentia omni sit superior, atque vt ipsa de se propriè ac scienter enunciauerit. De hac igitur, vt dictum est, essentia superiore, & occulta diuinitate nefas est quicquam, aut dici, aut cogitari, præter ea quæ diuinitus nobis à scriptis diuinis patefacta sunt. Vt enim ipse de se in scriptura sancta benignè tradidit, eius quidem quicquid tandem sit scientia, & cognitio in ea omnia quæ sunt, cadere non potest, aut ab eis comprehendi, quippe quæ ab omnibus eximio ac singulari quodã modo secreta sit. Multosq; Theologos inuenies, qui eam non solum quod videri comprehendique nequeat, laudibus ornarunt, sed etiã quod indagari & inuestigari, quasi nullum extet vestigium eorũ, qui ad eius immen-

Matth. 17

Matth. 17

Coloss. 1

Roma. 11

immensitatem peruenierint. Non tamen summum bonum omnino cū re nulla eorum quæ sunt, communicari non potest, sed cū seipso cōstanter diuinum radium fixerit, accommodatis vnique eorum quæ sunt illustrationibus pro sua benignitate collucet, atque ad sui cognitione, cōmunionemque ac similitudinem, quæ esse potest, sanctas mentes excitat, eas quæ cum ipso, quantum licet, sanctæque coherent, neque ad superiora, quàm diuinũ lumen conuenienter datum ferat, cum non possint, insolenter contendunt, neq; ad inferiora malis succumbentes iactantur, sed cōstanter & sine vlla inflexione in radium sibi lucetem aciem mentis intendũt, moderatõque illustrationũ quæ lucent, amore cum sacra religione, modicèque ac pie sursum volant. Has ergo diuinas læces sequuti, quæ etiã sanctas omnes cælestium ordinum descriptiones gubernant, cū abstrusam quidem diuinitatem, quæ mentem essentiãque superat, sanctis mentis venerationibus, quæ inuestigari non possunt, ea autem quæ verbis exprimi nequeunt, moderato silentio honoramus, ad radios qui nobis in scriptura sancta lucet, nitimur, ab eisq; ad diuinas laudes, ab iisdem præstanti modo illustrati, atq; ad sa-



Ioan. I.

194 B. DIONYS. AREOPA:
cras laudationes instituti, quasi luce deducimur, vt & diuina lumina videamus, quæ nobis pro captu nostro ab ipsis concessa sunt, & beneficium illud omnis sacræ illustrationis principium laudibus afficiamus, quemadmodum ipsum de se in scriptis diuinis tradidit, velut se esse causam omnium principium, essentiam ac vitam: & eorum quidem qui à se decidunt, reuocationem atque restitutionem: eorum autem qui in id quod diuinæ similitudinis corrumpende vim habent, delapsi sunt, renouationem, & vt ita dicam, reflectionem: eorum vero qui immundo impuroque aliquo motu fluctuant, sacram confirmationem: eorum qui stant, securitatem: eorum qui ad se contendunt, deductionem porrecta manu: eorum qui illustrantur, lumen: eorum qui perficiuntur, perficiendi principium: eorum qui diuinitatis fiunt participes, ac socij, summam diuinitatem: eorum qui simplices fiunt, simplicitatem: eorum qui coniunguntur vnumque fiunt, coniunctionem, & vt ita dicam, vnitatem: omnis principij singulari ratione principio superius principium: occulti quatenus licet, benignam partitionem: atque vt summam dicam, eorum quæ viuunt, vitam: eorum quæ sunt, essentiam: vitæ omnis essentiaque &

DE DIVI. NOMI. LIB. 195
& principium & causam, pro benignitate sua, quæ facit vt ea quæ sunt, in lucem proferantur, & in vita maneat. Hęc à diuinis libris didicimus: omnes etiam sanctas Theologorum laudes beneficiis diuinitatis progressionibus explicandis atque laudandis diuina nomina inuenies fingere. Itaque in omnibus ferè diuinis libris diuinitatem ipsam sacræ laudibus ornari animaduertimus, vt monada quidem & vnitatem, propter simplicitatem vacuitatis partium singularis, qua tanquam vi quæ vnum facit, vnum efficiunt, diuisiisque nostris dissimilitudinibus ac diuersitatibus singulari modo connexis, in monada quæ diuinam speciem præfert, ac vnitatem quæ Deum imitatur, colligimur & conuocemur: vt trinitatem autem, propter celestis fecunditatis in tribus personis enunciationem, ex qua trias omnis in celo & in terra est ar-
Eph. 3.
que nominatur, vt causam verò eorum quæ sunt, quòd ab eius bonitate, quæ essentia effectrix est, prolata sunt in lucem omnia. Sapientem & pulchram, quòd quæ sunt omnia, & naturæ suæ integra incorruptaq; omnia conseruant, diuinæ omnis harmoniæ sanctæq; pulchritudinis plena sunt. Singulari quodam amore hominum



genus complectentem, quod verè atq; integrè in vna persona cù nostris commercium habuit, reuocans ad se, & iungēs se cum nostram humilitatem, ex qua modo quodam qui exprimi nō potest, Iesus simplex consistit, temporisq; prerogationem & spacium accepit, qui æternus est, & in naturam nostram venit, qui omnem totius naturę ordinē, atque præscriptionem singulari modo transit, cum immutabili, & non confusa suorum constantia, cateraque omnia diuina lumina conuenienter diuinis scriptis nobis occultè interpretando præceptores nostri, qui diuino numine permoti erant tradiderunt, ea etiam nos arripimus & hausimus, nūc quidem pro captu nostro, cūm quasi sacris velis scripturæ sanctæ pontificiarūque traditionum benignitas ea quę animo cernuntur iis quę sub sensum cadunt, & quę essentiam superant, iis quę sunt obtegit: formasque ac figuras iis quę formis & figuris caret tribuit: & singularem figurāque carentem simplicitatem diuiduorum signorum varietate & distinguit & fingit. Cūm autem immortales erimus, & ad statum conditionemq; Christ similem beatissimāq; perueniemus: tum semper vt scripta diuina tradunt, cum Domino eri-

mus,

Thes. 4

mus, aspectabilis quidā eius, vt ita dicam, apparitionis sanctissimis contemplationibus pleni, quæ nos splendidissimis radiis illustrabit, quemadmodum discipulos in diuina illa formę mutatione: eius autem tum illustrationis quæ mente ac ratione intelligitur, mente quę & ab omni externa vi accipienda libera erit, & materia vacabit, participes, tum coniunctionis quæ mentem vincit, per lucidorum radiorum in cognitis beatissque effusionibus, diuina celestium mentium imitatione. Erimus enim sicut angeli, quemadmodum scripturæ sanctæ veritas ait, & Dei filij, vt qui futuri simus filij resurrectionis. Nunc verò, quoad eius fieri potest, propriè & accommodatè in diuinis rebus signis vtimur, ex iisque rursus ad simplicē & coniunctam spectaculorū quę antmo cernuntur, veritatem pro captu nostro nitimur, atq; post nostram omnem diuinarum rerū cognitionem, cūm mētis nostræ actiones cohibemus, ad diuinum illum radium quatenus conceditur, contēdimus, in quo omnes omnium cognitionum scientiarūq; fines ac termini antè constiterunt: quæ nec cogitari intelligiq; potest, nec dici, neq; penitus vllō modo cognosci, quod ab omnibus rebus secretus sit & incognitus,

Matt. 17

Marc. 9

Luc 9

Luc. 20



& cognitionum quidem, quæ essentialium sunt, atque facultatum fines uniuersos per se singulari modo anticipauerit, potestate autem quæ comprehendi non potest, supra omnes etiam caelestes mentes sit locatus. Si enim cognitiones scientiarumque omnes in iis quæ sunt, versantur, & in ea quæ sunt, desinunt: qui omni essentia superior est, ab omni etiam est cognitione solutus & liber. Quod si ipsa omni sermone superior est, omni que scientia & cognitione, si mentem omnino essentiamque superat, cum omnia quidem comprehendat & amplectatur, atque anticipet, à nulla autem re prorsus comprehendì possit: neque eius sensus est ullus, neque visio, neque opinio, neque nomen, neque oratio, neque tactus, neque scientia: quoniam modo à nobis suscepta de diuinis nominibus disputatio tractabitur, cum diuinitas appellati nominari que non posse doceatur, sed id quod diximus, cum informationes Theologicas exposuimus, unum ipsum, ad quod incognitum est, quod est essentia superius, bonum ipsum quid verè sit, trinam unitatem dico, quæ una Deus est, & simul bonum, nec dici possit, nec cogitari: Quin etiam sanctarum virtutum dignè Angelis conuersiones, quæ siue effusiones, siue

susceptiones plus quam incognita, & per lucida bonitatis dici debent, nec exprimi verbis possunt, & sunt incognita: atque in iis solis Angelis insunt, qui præter Angelicam scientiam eis sunt digni iudicati. His diuinæ mentes Angelorù, quoad eius fieri potest, imitatione coniungit, quando post omnis mentis actionis cessationem mentium diuino numine permotarum eiusmodi sit cum diuina luce coniunctio, lucem ipsam maximè propriis laudibus afficiunt, omnium quæ sunt detractio, atque hoc ipsum verè mirabiliterque illustrati à beatissima cum ea coniunctione didicerunt lucem illam diuinam, causam quidem esse eorum quæ sunt, omnium, eorum autem nihil esse, ut quæ singulari ratione secreta sit ab omnibus. Ac diuinitatem quidem quæ essentiam superat, quicquid tandem, sit bonitatis essentia, essentia omni superior, nec ut Verbum aut vim, neque ut mentem aut vitam, vel essentiam fas est laudare cuiquam eorù qui veritatis, quæ veritate omni superior est, amatores sunt atque studiosi, sed ut eximio modo solutam ac liberam ab omni habitu, aut motu, vita, visione, opinione, nomine, sermone, cogitatione, intelligentia, essentia, statu, firmitate, coniunctione, sine, infinitate



200 B. DION. AREOPAG.
denique à rebus omnibus. Quoniã autem
vr bonitatis essentia hoc ipso quòd est,
corum quæ sunt causa est omniũ, diuini-
tatis prouidentia, quæ boni principiũ est,
ex omnibus effectis laudari debet, quãdo
quidem & citum ipsam sunt omnia, & ad
eam vr finem referuntur, & ipsa omnia an-
tiquitate vincit, & omnia in ea cõstant, &
eo ipso quòd est, omnia in lucem prolata
sunt, ac constiterunt: & eum expectant
omnia, ea quidem quæ mente rationeque
vruntur, cognitione, quæ autẽ his inferiora
sunt, sensus iudicio: aliãque motu vitali,
aut quia essentia, aut statui accommodata
est. Hoc enim Theologi cum intelligerẽt,
eam & vr nomine vacantem laudant, & ex
omni nomine: vr vacantem quidem no-
mine, velut cum aiunt diuinitatem ipsam
in vna mysticatum diuinã demonstratio-
nis visionum obiurgasse eum qui interro-
gasset, Quod est nomen tuum? & quasi
eum omni Dei nominis cognitione abdu-
centem, dixisse, Cur quæris nomen meũ,
quod est mirabile? An non nomen hoc
verẽ planẽque mirabile est, quod omne no-
men superat? quod vacat nomine? quod
superat omne nomen quod nominatur,
sive in hoc seculo, sive in futuro? Vr au-
tem multis nominibus appellatam lau-
dant,

DE DIVI NOMI. LIB. 201
dant, velut cum rursus ipsam inducunt
dicentem, Ego sum qui est, vita, lux, Deus,
veritas: & cum iidem Theologi omnium
causam & auctorem multis nominibus
ex effectis omnibus laudant, vr bonum, vr
pulchrum, vr sapiẽtem, vr diligendum, vr
Deum deorum, vr Dominũ dominorum,
vr sanctum sanctorum, vr æternũ, vr eum
qui est, vr seculorum auctorem, vr vita
largitorem, vr sapientiam, vr mentem, vr
Verbum, vr cognitorem, vr in quo sunt the-
sauri omnis scientiæ, vr vim, vr potentem,
vr regem regnãtium, vr antiquum dierũ,
vr qui in senectutem compelli nõ potest,
& immutabilem, vr salutem, vr iustitiam,
sanctificationem, redemptionem, vr eum
qui omnibus magnitudine antecellit, & vr
in aura tenui. Quinetiam in mẽtibus eam
inesse dicunt, & in animis, atque in corpo-
ribus, & in cælo esse atque in terra, ac simul
in eodẽ, eandẽ in mundo esse, circum mũ-
dum, supra mundum, supra cælum, supe-
riorem essentia, solem, stellã, ignem,
aquam, spiritum, oris nebulã, ipsum la-
pidem, & petram, omnia esse quæ sunt,
& nihil eorum quæ sunt. Sic ergo causa
omnium, & quæ omnia superat, tum no-
men nullum conueniet, tum eorum om-
niũ quæ sunt nomina, vr certẽ sit omniũ

regnum, & circum eam sint omnia, & ex ea vt causa, vt principio, vt sine pendeant, eademque sit, vt scriptum est, omnia in omnibus, vereque laudatur vt omnia procreans, inchoans, perficiens, & continens custodia ac domicilium, eademque ad se conuertens, atque hæc coniunctè, inuictè, excellenter. Neque enim complexus modo, vel vitæ, vel perfectionis causa est, vt à sola hac, aut alia prouidentia, bonitas quæ omne nomen superat, appellata sit: sed omnia quæ sunt absolutè atque indefinitè in se anticipauit, perfecta absolutaque vnus suæ prouidentie, quæ omnium est causa, bonitate: ex iis etiam quæ sunt omnibus rectè laudatur atque nominatur. Etenim non hæc solum diuina nomina Theologi prædicant, quæ à generalibus aut specialibus prouidentis, aut iis quibus consulitur sumpta sunt: verum etiam interdum à nonnullis diuinis visis, quæ in sacris basilicis aut alibi doctores aut prophetas illustrarunt, aliis atque aliis de causis & virtutibus, bonitate in quæ & lucem superat & vacat nomine, nuncupant, formæque ei & figuras vel hominis, vel ignis, vel electri attribuunt: oculosque eius aures, crines, facies, manus, humeros, pennas, brachia, posteriora, pedesque laudant:

dant: coronas etiam, sedes, pocula, crateras ei & alia quædam mysterij plena adhibent, de quibus in Theologia quæ in signis versatur, pro virili parte disserimus.

Nunc verò omnibus quæ huius instituti nostri sunt, ex scriptis diuinis collectis, iis quæ diximus quasi regula quadam, quatenus intueamur, vtentes, ad spiritalia diuina nomina explananda veniamus, quodque semper nobis in omni disputatione, quæ de Deo instituitur, pontificia lex præscribit, intenta in Deum mente diuina, vt propriè dixerim, spectacula aspiciamus: autemque sacras sacris diuinorum nominum interpretationibus adhibeamus, sanctis sancta, vt scripta diuina tradunt, dantes, & inserentes, eamque ab illorum qui initiati non sunt, risu ludibrioque vindicemus: aut eos potius, si qui sunt planè huiusmodi homines, à bello quod hac ex parte cum Deo gerunt, liberemus. Tu quidem hæc obseruare debes, Timothee, ex sanctissima interpretatione, neque diuinas res vel diuulgare iis qui initiati non sunt, vel enunciare. Mihi autem det Deus, vt pro Dei dignitate multa variæque nomina diuinitatis, quæ nec vocari potest, nec nominari, efferam laudibus:



bus : neque ex ore meo verum sermonem detrahat.

DE CONIUNCTA DISTINCTAQUE THEOLOGIA, & QUAE DIUINA CONIUNCTIO SIT, QUAE SEPARATIO

CAPVT II.

LUC 18

IPSA quidem bonitas diuinam totam essentiam quicquid tandem sit, definiens atq; enuncians, à scriptura sancta laudata est. Quid enim aliud à sacra Theologia licet discere, cum ait diuinitatem ipsam narrantem dixisse: Quid me interrogas de bono? nemo bonus, nisi solus Deus. Hoc quidem aliis etiam locis exquisitum consideratumque à nobis demonstratum est, diuina nomina omnia quae eo digna sint, semper non singillatim per partes, sed in tota, perfecta, integra, plenaque diuinitate à diuinis scriptis laudari: eaq; omnia sine diuisione, absolute, sine diuisionis obseruatione, integrè omni integritati perfectae, totique diuinitati tribui. Etenim quemadmodum in Theologicis institutionibus admonuimus, si quis hoc in tota diuinitate dici negauerit, is temerè etiam vnitatem, quae plus quam coniuncta est, audet diuidere. Dicendù est igitur, & Verbum ipsum, quod naturam boni est, dixisse,

Ego

Ego sum bonus: & quaedam prophetam qui numine diuino permotus fuit, laudare, *Psal. 142* Spiritum bonum. Rursusq; illud, Ego sum qui *Exod. 3* est, nisi de tota diuinitate dictum esse concedet, sed de vna parte ipsum circumscribere conentur: quomodo illud intelliget, *Apoc. 1* Haec dicit qui est, qui erat, qui uenturus est, *Psal. 101* Omnipotens? atque hoc, Tu autem idem *Ioan. 14* es? & illud, Spiritus veritatis, qui à patre *15. 16* procedit? Et nisi totam diuinitatem, vitam esse dederint, quomodo verum est, sacrum *Ioan. 5* Verbum quod dixit, Sicut pater suscitauit *Ioan. 6* mortuos, & uiuificauit: ita filius quos uult uiuificat? & praeterea, Spiritus est, qui uiuificat? Iam uero dominatum etiam totius mundi habet tota diuinitas. Ac de Deo quidem qui Deum genuit, aut de Deo filio, ne dici quidem potest, ut opinor, quod scripturae sanctae locis, in Patre & Filio nomen Domini celebretur. Atqui Dominus *Ioan. 4* est etiam Spiritus. Palestrum quoque & sapiens in tota diuinitate laudatur: itemq; lux, & quod Deum facit, ac causa, & omnia, quae sunt totius diuinitatis ad omnem diuinam laudem sacrae litterae transferunt: summam quidem, ut cum dicit, Omnia ex Deo: latius autem & fusiùs, ut cum ait quidam, Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & illud, Omnia in ipso con-

stant:



206 B. DION. AREOPAG.

stant : & , Emittes spiritum tuum, & creabuntur. Atque ut aliquis summatim dicat, cum diuinum Verbum ipsum dixit, Ego & pater vnum sumus : & , Omnia quaecumque habet pater mea sunt, & , Omnia mea tua sunt, & tua mea : & rursus, Omnia quae sunt patris, eius etiam sunt omnia, diuino spiritui communiter & coniuncte tribuit diuina opera, venerationem, primam perpetuamque causam, optimorum donorum ac munerum tributionem, neminemque eorum qui in diuinis scriptis non deprauata corruptaque in intelligentia educati sunt, contradicendum esse arbitror, quin omnia quae Deo digna sunt, in tota diuinitate insint, ratione absoluta diuinitatis. His igitur a nobis paucis quidem hoc loco, & ex parte, aliis autem sacris multis demonstratis ac constitutis, ad quaecumque Dei nomen integrum explanandum aggrediemur, id accipiendum erit in tota ipsa diuinitate. Quod si quis hoc obiiciat, nos hac ex parte confusionem in Deo dignam distinctionem inducere : nos ne eum quidem eiusmodi orationem veram esse docere posse arbitramur. Nam si is quidem omnino diuinis scriptis aduersatur : procul & omni ex parte a nostra philosophia aberit, & abhorrebit : ac nisi ei curae est

Dei

DE DIUI. NOMI. LIB. 207

Dei sapientia quae ex diuinis libris hauritur, quomodo nobis curae erit illius in diuina scientia institutio? Sin autem diuinorum scriptorum veritatem sibi habet propositam : nos quoque hac quasi norma & luce adhibita, constanter ad defendenda nostra pro virili parte veniemus : dicemusque Theologiam alia coniuncte, alia distincte tradere : nec fas esse aut diuidere coniuncta, aut diuisa & distincta confundere : sed nos eam pro virili parte sequuti, ad diuinos splendores contendere debemus. Illinc enim diuinis interpretationibus acceptis, quasi pulcherrima quadam veritatis regula, ea quae ibi posita sunt, non aucta, non imminuta, non denique mutata & corrupta custodire studemus, dum & diuinorum scriptorum obseruatione conseruamur, & ab eis eam vim accipimus, ut ea seruantes conseruemur. Coniuncta quidem sunt & communia totius diuinitatis, quemadmodum in Theologicis institutionibus ex diuinis scriptis pluribus demonstrauimus, quod bono superius est, quod diuinitate, quod essentia, quod vita, quod sapientia, quaeque sunt praestantis destractionis quibus adduntur ea quae causationem habent omnia, ut bonum, ut pulchrum, ut quod est, ut quod vitam dat,

vt.



vt quod est sapiens, & omnia quæ ex do-
 nis ac muneribus, quæ ea digna sunt, aut
 ex bonis omnibus causæ nominantur. Dis-
 tincta autem & propria sunt, patris no-
 men quod essentiam superat, & res ipsa, fi-
 lliique ac spiritus, cum nulla protus in his
 reciprocatio inducatur, aut communitas.
 Est præterea propria & distincta, nostra in
 Iesu perfecta immutabilisque essentia, quæ
 que sunt eius humanitatis essentia: pro-
 pria mysteria. Sed nobis videtur alius re-
 perendo perfectus diuinæ & coniunctio-
 nis, & distinctionis exponendus modus,
 vt nobis omnis oratio ita plana & aperta
 fiat, vt varietatem quidem omnem & ob-
 scuritatem repudiet, distinctæ autem, &
 planè, ordinèque propria, quoad eius fieri
 potest, definiat. Appellat autem, id quod
 etiam aliis locis dixi, sancti Theologicæ
 nostræ institutionis præceptores, coniun-
 ctiones quibus diuinæ stabilitatis quæ ex-
 primi oratione non potest, & ignoratur,
 abstrusas, nec vsquam prodeuntes firmi-
 tates: distinctiones autem ac proprietates,
 præclaras diuinitatis progressionés atque
 patefactiones: traduntque diuinis scriptis
 parentes, & coniunctionis quæ exposita
 est, propriè, & rursus distinctionis, pro-
 prias quasdam esse tum coniunctiones,

tum

tum distinctiones: velut in diuina cõiun-
 ctione, siue in essentia quæ essentia supe-
 rior est, coniuncta quidem est & commu-
 nis primæ Trinitati, essentia omni essentia
 superior, diuinitas maior diuinitate:
 bonitas quæ bonitatè superat: totius pro-
 pietatis quæ omnes superat, vt ita dicã,
 identitas præstans omnibus: vnitas quæ
 vnum principale superat: quod dici non
 potest, quod multis verbis exprimitur:
 ignoratio; quod omni ex parte intelligi-
 tur: omnium affirmatio, omnium nega-
 tio, quod omnem & affirmationè & nega-
 tionem superat: primarum principalium-
 que personarum; si ita dicendum est, alia-
 rum in aliis omnino coniuncta, & nulla
 cum parte cõfusa mansio & sedes, quem-
 admodum lucernarum lumina (vt exem-
 plis quæ sub sensum cadunt, & aptis vtar)
 quæ in domo vna sunt, & tota inter se ac
 mutuo in totis sunt integram certamque
 inter se quæ propriè coheret, habet distin-
 ctionem, cum interim & cõiuncta distin-
 ctione, & coniunctione distincta sint. Ani-
 maduertimus enim cum in eadem domo
 complures sunt faces, cum vno lumine
 omnium lumina coniungi, vnúmque splen-
 dorem ex se, qui non distinctus est effun-
 dere: neminemque arbitror posse huius



210 B. DIONYS. AREOPA.
 vel illius facis lumē discernere aut diu-
 dere à cæteris ex aëre, qui ambit omnia lu-
 mina, nec videre alterū sine altero, quòd
 tota in totis sine confusione temperata
 sint. Quinetiam, si quis vnā facē de do-
 mo detraxerit, simul proprium quoque
 eius lumē vniuersum abibit, cum interea
 nihil de aliis luminibus secum trahet, aut
 aliis aliquid de suo relinquet. Erat enim
 eorum, vt dixi, totorum cum totis perfe-
 cta coniunctio, non permixta omnino, &
 cum nulla parte cōfusa, atque id eum lu-
 men sit in corpore, id est, in aëre, & ex cor-
 poreo igne pendeat. Quandoquidē etiam
 cōiunctionem illam essentia superiorem,
 superare dicimus non solum coniunctio-
 nes quæ in corpore, sed eas etiam quæ in
 animis ipsis sunt, & in mētibus: quas ha-
 bent sine permixtione ac singulari quadā
 ratione, diuina cælestiaque lumina tota in
 totis, communionē accommodata iis qui
 participes sunt omnibus præstantis con-
 iunctionis. Est autem etiam distinctio in
 cælestibus Dei nominibus, non solum ea
 quam dixi, id est, ipsa cōiunctione sine vl-
 la permixtione ac cōfusione vnāquāque
 diuinarum personarum coherere, verūm
 etiam ea quæ sunt diuinæ fræcūditatis in-
 ter se non recipiari, sed solum patrem
 fontem

DE DIVI. NOMI. LIB. 211
 fontem esse cælestis diuinitatis, ita vt non
 sit pater filius, nec filius pater, sed laudes
 sanctæ suas cuique personæ diuinæ pro-
 prietas conseruent. Atque hæc quidem
 sunt coniunctio statūque qui exprimi
 non potest, tum cōiunctiones, tum distin-
 ctiones. Quòd si etiam diuina est distin-
 ctio præclara diuinæ coniunctionis, con-
 iunctē se ipsa bonitate augmentis & multi-
 plicantis progressio: coniunctæ quidē sunt
 distinctio diuina inuicē largitiones, vt
 essentia, vitæ, sapientiæ effectiones, aliæque
 bonitatis quæ omniū causa est, munera,
 quibus ex communionibus, & ex iis quæ
 illis participant, ea quæ sine communio-
 ne participando sumuntur, laudari solent.
 Atque hoc commune est, coniunctumque
 atque vnum toti diuinitati, eam totam
 cum vnoquoque eorum, qui ea partici-
 pant, communicari, & cum nemine vllam
 eius partem: quemadmodū orbis siue cir-
 culi centrum cum omnibus rectis lineis
 quæ sunt in orbe, communicatur, atque
 eo modo quo signi expressæ figuræ mul-
 tæ, aliquid habent commune cum primo
 signo, cum in vnaquaque figura expressæ
 totum atque idem sit, & in nulla vlla ex
 parte. Sed hæc etiam superat in diuinitate
 quæ omnium causa est, communionis
 p 2



212. B. DIONYS. AREOPA.
priuatio, quod nec tactus eius sit vllus, nec
vlla alia cum iis quæ ea participant, con-
fusa cõmunio. At dicit quispiam, signum
in totis expressis figuris nõ esse totum &
idem. Huius autem rei signum in causa
non est. Totum enim seipsum illud atque
idem vnicique offert, sed horum quæ il-
lo participant dissimilitudo & differentia
dissimiles facit formas quæ exprimentur
vnus eiusdemq; ac totius exemplaris: velut
si mollia sint, & ad figurandum facilia le-
uiusque ac figuris vacua, neque resistent, &
duta sint, nec fluxa & non coherencia, fi-
guram certè habebunt, & mūdā, & cla-
ram permanentem. Quod si quid eorum
quæ cõmoda esse diximus, absit, id causa
erit, cur & figura non imprimatur, & ob-
scura sit, & cetera eueniant, quæ nõ apta
& idonea communionē contingunt. Dis-
tinctum est autem à diuinitate cuius in
nos beneficia exiterunt, quod ex nobis
omnino & verè essentiam diuinum Ver-
bū assumpsit, fecitq; ac passus est, ea om-
nia quæ humana eius actionis præcipua
sunt, & singularia. Hæc enim nulla ratio-
ne communiã sint Patris ac Spiritus, nisi
forte quis dicat, cõslij benigni atq; huma-
ni cõmunitate, omnique diuini beneficij
ac muneris societate, quod simile nobis
factum

DE DIVI. NOM. LIB. 213
factum, immutabile quatenus est Deus, &
Dei Verbum contulit. Sic nos quoque di-
uina & cõiungere studemus, & diuidere,
vt diuina ipsa & coniuncta, & diuisa sunt.
Sed harum quidem & coniunctionum &
distinctionū causas omnes, quas in diui-
nis scriptis Deo dignas reperimus, in
Theologicis institutionibus propriè de
vnaquaq; vt potuimus differentes, expo-
suimus, ita tamen vt alia quidẽ vera ora-
tione versauerimus & explanauerimus,
sacramq; ac nitidam mentẽ deduxerimus
ad clara diuinorum scriptorum spectacula:
in alia autẽ mysterij plena incubueri-
mus, diuino instituto, maiore studio, quã
quod in mentem cadat. Diuina enim om-
nia quæq; nobis parafacta sunt, ex ea so-
lis communionibus intelliguntur: ea au-
tem qualiacunq; sint, principio suo atq;
sede, mentem, omnemque essentiam ac
scientiam superant. Velut, exempli causa,
si obscuritatem illam quæ essentiam su-
perat, Deum. aut vitam, aut essentiam,
vel lucem, vel rationem appellemus: nihil
aliud intelligimus, nisi virtutes quæ ab il-
la ad nos prodeunt & proficiunt, quæ
Deos faciant aut essentias, vel vitam gi-
gnant, vel sapiẽtiam largiantur: eam au-
tem omnium mētis actionum cessatione



214 B. DIONYS. AREOPA.
contingimus, nullamque cernimus diuinitatis effectiōnem, nullam vitam, aut essentiā, quæ planè similis sit causæ, quæ ab omnibus omni præstantia secreta fit. Rursum à diuinis scriptis accepimus, Patrem quidem esse, vt ita dicam, fontanam diuinitatis, Iesum autem & Spiritum, secundæ diuinitatis, si ita fas est loqui, gemmæ seu germina à Deo prodeuntia, & quasi flores, ac lumina quæ essentia superiora sunt: qua autè ratione hæc sint, nec dici, nec cogitari potest, sed intra hunc terminum omnis actiōnis mentis nostræ consistit progressio, vt intelligat, diuinam omnè patris ac filij rationem à prima & patris & filij ratione, quæ ab omnibus secreta est, & nobis donatam esse, & naturis cælestibus: à qua & dij, & deorum filij, & deorum patres, mentes, quæ Dei speciem gerunt, & fiunt, & nominantur, dñi scilicet, spiritali ratione hoc patris ac filij munus expletur, id est, sine corpore, sine materia, sed mente, quod diuinus spiritus omnem materiæ priuationem quæ animo intelligitur, & diuinitatem superet, pater autem & filius à diuina omni patris filijque ratione ac natura singulari modo secreti sunt. Neque enim perfecta est inter effecta, & causas similitudo, sed effecta

DE DIVI. NOMI. LIB. 215
effecta quidem causarū quas possunt præferunt imagines: causæ autè secreta sunt ab effectis, suntq; principij, sui ratione superiores. Atque vt exemplis nostris vtar, voluptates ac dolores facere dicuntur, vt homines lætentur & doleant, sed nec lætantur, nec dolent. Ignis etiā cum calefaciat & cõburat, non tamen comburi & calesieri dicitur. Nec rectè dicit, mea quidem sententia, si quis ipsam vitam viuere confirmet, aut ipsam lucem illustrari, nisi fortè hæc alio modo dicat, id est, abundantius & essentia ratione ea quæ sunt effectorū in causis antè inesse. Quinetiam, id quod est omnium quæ de Deo dicuntur clarissimum, Iesu diuina ex natura nostra factio, nec vlla oratione explicari potest, & menti omni est incognita, & ipsi primo Angelo. Atque eum quidem viri figuram naturāq; assumpsisse, mysticè accepimus: sed ignoratur quomodo ex virginis sanguine, alia lege, quā quæ à natura præscribitur, formatus fuitq; sit: quoque modo ficcis pedibus, qui corporis molem, & materia pondus habent, in natura liquida & fluxa ambulauerit, aliāque perfecerit, quæ præstantem insignemque Iesu naturam attingunt. Hæc autem & à nobis aliis locis suis multis demonstrata sunt, &

valde celebrata à clarissimo præceptore nostro in Theologicis suis institutionibus, quæ ille, siue à sanctis Theologis accepit, siue artificiosa scriptorū diuinorum consideratione & indagatone perspexit, multa in his exercitatione, diuturnoque vsu, siue etiā diuiniore, quodam instinctu & afflatu hausit, nō solum disciplina adeptus diuinarum rerum scientiam, verum etiam iis animo affectus & permotus, atque ex sua cum eis consensione absolutus ad ipsorum quæ doceri non potest, mysticamque coniunctionem ac fidem. Atque vt multa & beata optimæ illius mentis documenta paucis subiiciamus, hæc de Iesu in Theologicis elementis, quæ ab eo collecta sunt, dicit.

*SANCTISSIMI HIEROTHÆI
verba ex Theologicis
elementis.*

Iesu diuinitas, quæ rerū omnium causa est, cæque complet, quæ partes vniuersitati consentaneas accommodatāsque conseruat, & neq; pars est, neque totum, & totum est, atque pars, vt quæ & partem omnem omnēque totum in se comprehenderit, & eis excellat, & præstet: perfecta est illa quidem in iis quæ minimè perfe-

perfecta sunt, vt perfectionis principium, sed minimè perfecta in perfectis, vt quæ perfectionem & superet & antecedit: species est effectrix speciei in iis, quæ species carent, vt speciei principium non est species in formis, vt quæ specie superior sit: essentia in tota essentia sine maculæ contagione insidens, & cum superior sit essentia, ab omni essentia secreta est: principia omnia ordinēsque definit, & principium omne atque ordinem superat: mensura est rerum omnium & æternitas, æternitas atque superat & antecedit: plena est in iis quæ egent, effusa in iis quæ plena sunt: dici non potest, non proferri: mentem, vitam, essentiam superat: quod excellit, habet cum præstantia, quod essentiam superat, eo modo qui essentia est superior. Itaque quando etiam ad naturam pro sua benignitate venit, verèque essentiam assumpsit, atque is qui Deum superat appellatus est, (quæ autem hoc loco à nobis laudantur, & mentem orationemque superant, propicia nobis sint) in his quoque habet quod excellit, & quod essentiam superat, non solum quòd sine vlla mutatione & confusione nostri factus est particeps, cum nihil passus esset & accepisset in summa plenitate perfe-



fectione; sua à summa exinanitione: sed etiam quòd (id quod eorum quæ noua sunt, est nouū maximè) in iis quæ natura nobis dedit, natura erat superior, in iis quæ essentiã attingunt, maior erat essentia. Sed hæc quidem hæcenus: ad propositum autem nobis sermonē veniamus, vt cōmunia & coniuncta distinctionis diuinæ nomina pro virili parte tractemus. Atque vt planè de omnibus deinceps explicemus, distinctionē diuinā esse dicimus, quemadmodum dictum est, præclaras diuinitatis progressionēs. Nam cum rebus omnibus largitur, magnâque copia omnium bonorum communionēs effundit: tum coniunctè quidem distinguitur, amplificatur autem vno modo, multiplexque fit ex vno, neque discedit. Velut quoniam Deus est essentia quæ omnem essentiam superat, iis autē quæ sunt statum dat, omnemque essentiam profert in lucem: multiplicari vnū dicitur illud quod est, dum multa sunt ex eius editione, ita tamen vt ille maneat, & vnus in multiplicatione, & coniunctus in progressionē ipsa, & plenus perfectusque in distinctione, propterea quòd præstanti modo secretus fit ab iis quæ sunt omnibus, tum singulari vnâque rerum omnium procreatione, tum in
immi

imminuta effusione munerum suorum quæ plena manent. Quinetiam cū vnū ipse sit, ac cum omni & parte, & toto, & vno, & multitudine vnū communicet: tamen vnū est eodem modo qui idem essentias superat, quòd neque pars sit multitudinis, neque totum constans ex partibus. Ita neque vnū est, neque vnus est particeps, nec vnū in se continet, sed præcul ab his distat, superatque vnū quod & vnū est iis quæ sunt, & multitudo indiuidua, inexplebilis, plus quàm plena & expleta, omneque vnū ac multitudo, quæ res & in lucem proferunt, & perficiunt, & continent. Rursus diuinitatis effectione quæ ex eo prodit, dum diuina similitudine, & imitatione, quã quisque pro virili parte exprimit, dii multi sunt: videtur quidē esse ac dicitur vnus Dei & diuisio & multiplicatio, sed tamen est diuinitatis princeps, Deoque superior singulari modo vnus Deo indiuiduus in iis quæ in partes diuiduntur, coniunctus secum ac cum multis, non permixtus, non multiplicatus. Quod cum mirabiliter intellexisset communis noster ac præceptoris nostri ad diuinam illustrationem dux & princeps, qui multum in diuinis rebus exercitatus est, & lux est mundi, hæc in epistolis suis



220 B. DIONYS. AREOPA.
 suis diuino numine permotus scribit. Nā
 etsi sunt qui dicantur dij, siue in cælo, siue
 in terra (siquidem sunt dij multi, & do-
 mini multi) nobis tamen vnus Deus, pa-
 ter, ex quo omnia, & nos in ipsum : &
 vnus Dominus Iesus Christus, per quem
 omnia, & nos per ipsum. Etenim in diui-
 nis rebus coniunctiones diuisiones & vin-
 cunt, & antecedunt, nec minus tamē con-
 iuncta sunt etiam post vnus non abeun-
 tem singularemque diuisionem. Has nos
 communiones coniunctasque totius di-
 uinitatis diuisiones, id est, beneficos pro-
 gressus ex diuinis nominibus, quæ eas in
 diuinis scriptis declarant, ita laudare pro
 virili parte conabimur, si hoc primum, vt
 dictum est, constitutum fuerit, omne diui-
 num nomen cuiusque diuinarum perso-
 narum impositum sit, in tota ipsa diuina
 Trinitate accipi.

*QV AENAM SIT VIS
 orationis, & beato Hierotheo,
 de religione & conscriptione
 Theologica.*

CAP. III.

AC primum, si videtur, perfectum,
 omniumque Dei progressionum in-
 terpres boni nomen videamus, appellata
 inuo

inuocataque Trinitate, quæ boni princi-
 pium est, bonumque superat, & omnem
 prouidentiam suam optimam explicat. Nos
 enim precibus primum ad eam, vt boni
 principium deduci debemus, tumque vbi
 propius ad eam accesserimus; hoc ipso
 optima munera quæ penes eam sunt, di-
 scere. Etenim ipsa quidem omnibus præ-
 sens est, non tamen ei præsentia sunt om-
 nia, sed cum eam & sanctis precibus, &
 tranquilla mente, & apto ad diuinam con-
 iunctionem animo appellamus: tum deni-
 que nos etiā ei præsentem sumus. Ea enim
 nec in loco ita est, vt ab vno absit, aut ex
 aliis ad alia migret. Quinetiā eam in iis,
 quæ sunt, omnibus inesse dicere, minus est,
 quam vt ex eo infinitas, quæ omnia supe-
 rat, complexūque suo omnia continet, colli-
 gatur. Nos igitur ipsos precibus ad altio-
 rem, diuinorum benignorumque radiorum
 conspectum cōtendamus. Vt si funis ma-
 gna luce nitens è summo cælo pendēret, &
 huc vsque demissum, semper ante nos ma-
 nibus vicissim succedētib; arripere-
 mus, eum quidem trahere videremur, re autem
 vera eū, qui & supra, & infra præsto esset,
 non deduceremus, sed nos ipsi ad subli-
 miores magno lumine fulgentiū radiorū
 splendores eueheremur: aut quemadmo-
 dum,

dum, si conscensa naui funes ex saxo aliquo ad nos vsque porrectos auxiliij causa teneremus: non ad nos saxum, sed nos ipsos tenera, & nauim ad saxum traduce-
remus.

Quemadmodum etiam rursus, si quis stans in naui, maris saxum pulset, is nihil quidem saxum, vt quod fixum sit & stabile, violabit, sed seipse ab illo repellit: quoque vehementius illud percutiet, eo longius ab eo remouebitur. Quocirca antequam aliquid agamus, aut dicamus, maximè quod ad Deum pertineat, à precibus nobis ordiendum est, non vt vim illam vbique præsentem, & nusquam, trahamus, sed vt diuinis commemorationibus inuocationibusq; nosmetipsos, & tradamus ei, & coniugamus. Sed hoc fortasse defensionis indiget, quòd cum Hierotheus clarissimus præceptor noster elementa Theologica magna cum laude collegerit, nos tamen quasi illa minus satisfaciunt, & alia, & hanc de Deo disputationem conscripsimus. Atqui si ille quidem ordine, omnia quæ ad Theologiam pertinent, tractare voluisset, breuissimèque explanationibus totius Theologiæ summam persequi: profectò nunquam eò insanix aut vanitatis prorupissemus, vt nos, vel di-
ligenti

ligentius illo, vel diuinius Theologica assequuturos putaremus: vel iisdem superuacaneo labore repetendis, frustra in conponeremus orationem, & præterea magistrum amicùmque violaremus, nôsq; qui post diuinum Paulum ex illis scriptis instructi sumus, præclarissimam eius, & scientiam, & interpretationem nobis vendicaremus. Sed quoniam diuina ille grauiter explanans, breuia nobis decreta exposuit, & quæ vno multa complexa essent, quasi nobis atq; iis omnibus, qui vt nos præceptores sunt non ita pridem perfectorum animorum, præcipiens vt explicaremus, & distingueremus nobis cõsentanea accommodatæque oratione, vtiles ac singulares spiritualis illius viri facultatis difficultatibus atque obscuritatum nodos: tunc nos sæpe etiam ad hoc studium hortatus es, ac librum ipsum, vt insignem remisisti: hæc quidem ex parte nos etiã illum quidem, vt perfectorum senilissimèque animorum magistrum iis, qui pleròq; superant, secernimus quasi altera scripta diuina: & iis qui à Deo perfuncti sunt consentanea, iis autè qui nobis similes sunt, nos pro captu nostro diuina trademus. Si enim perfectorum est solidus cibus: hoc alios pascere, quantè sit perfectionis: Rectè igitur hoc quoque à nobis



224 B. DIONYS. AREOP.
nobis dictum est, eam quidē spiritualium
diuinorum scriptorū contemplationem,
quæ visa sit, eorumq; breuem doctrinam,
senilis facultatis indigere: scientiam au-
tem diuinorum scriptorum, quæ eò fe-
rât atque disciplinam, inferioribus magi-
stris discipulisque sacrorū mysteriorum
conuenire. Quanquam hoc à nobis dili-
genter obseruatum est, vt quæ diuinus
idem præceptor aperta expositione distin-
xisset, ea nullo modo tractaremus; iisdem
reperendis ad eandem scripturæ sanctæ,
quæ ab eo proposita esset, explanationem.
Nam apud ipsos etiam pontifices nostros,
qui numine diuino permoti erant, cum &
nos, vt scis, & tu; multi ex sanctis fratri-
bus nostris, corporis, quod auctorem vitæ
Deūque recepisset, videndi causa con-
uenissemus, (aderat autem, & Iacobus
frater Domini, & Petrus maximum anti-
quissimumque Theologorum columen)
placuisseque eo viso, ab omnibus ponti-
ficibus, vt quisque idoneus erat, infinita
potentia præditam bonitatem diuinæ im-
becillitatis laudari: tum omnibus præsti-
tisse secundum Theologos, vt scis, docto-
ribus, cum totus foris ageret, totus à se-
ipso dimotus esset, & locierate commu-
nionēque eorum, quæ laudabantur, esset
affectus;

DE DIUINO NOMINE LIB. 225
affectus. Itaque ab omnibus, qui cum au-
diebant, & videbant, atque nouerant, aut
non nouerāt diuino numine afflatus esse,
diuinūsq; laudator iudicatus est. Sed quid
tibi ea quæ ibi de Deo diuinūsq; rebus di-
cta sunt, commemorem? Nam nisi mei
etiam oblitus sum, scio me sepe abs te di-
uinorum quoque laudum illarum partes
auditione accepisse, tanto tibi studio est,
non negligenter diuina persequi. Sed vt
quæ ibi mysteriorū plena acta sunt, quòd
& à plerisque oratione exprimi nō possunt,
& tibi sunt nota, prætermittamus: quo-
tiscunque cum multis conferri sermonē
oportuit, & quot poterant ad sanctam di-
sciplinam nostrā deduci, quàm multū ac
longè multis sanctorum doctorum præ-
stitit, & temporis vsu, & mentis nitore, &
demonstrandi acumine, ceterisque omni-
bus, quæ ad sacrosanctorum verborum
pronunciationem pertinent? Quæ circa
nunquam nos tam magnū solem aduer-
sum intueri conati sumus. Sic enim nobis
ipsi conscij sumus, atque scimus, nos nec
satis intelligere diuina, quæ ab animo &
ratione cernuntur, posse, neque mysteria
diuinæ cognitionis, quæ explicari oratio-
ne non possunt, efferre & dicere: sed cum
procul ab eo absumus, à diuinis viris sciē-



ria, quæ in Theologica veritate posita est, vincimur, propterea quod eò abundantia quadam religionis ac reuerentiæ deducti sumus, vt ne omnino quidem vel audiremus, vel dicere nos quicquam de diuina philosophia, nisi intellexissemus, non esse diuinarum rerum, quæ contingere possit, negligendam sciētiam: atque in hanc nos sententiam adduxerunt, non solum mentem appetitus, qui à natura tributi amāter semper cupiunt rerum præclararum, quæ esse potest, cognitionem & sciētiam, verum etiam ipsa diuinarum legum optima præscriptio, quæ ea quidem, quæ supra nos sunt, ne curiosius exquiramus vetat, quod & merita nostra superent, & comprehendendi non possint: ea autem omnia, quæ nobis permissa & concessa sunt, tum diligenter discere iubet, tum benignè cum aliis communicare. His igitur etiam nos adducti, cum labore, aut ignauia ab inuentione diuinarum rerum, quæ accidere potest, deterriti non essemus, sed eos etiam qui meliora quàm nos intueri & contemplari non possent, sine subsidio relinquere non pateremur: ad scribendum animum appulimus, ita tamen, noui quidem nihil inducere audeamus, sed minutionibus quibusdam parrium singularum obseruationi

DE DIVI. NOMI. LIB. 227
tionibus, ea quæ breuiter dicta sunt à reuera Hierotheo, distinguamus & explicemus.

DE BONO, LVCE, PVLCRO, amore, mentis è statu suo dimotione, amulatione: & malum nec esse quicquam quod est, nec esse ex eo quod est, nec in iis quæ sunt.

CAP. IIII.

AGe ergo iam ad nomen boni nostra veniat oratio, quod præcipuè Theologi ab omnibus secretum diuinitati quæ Deum superat, tribuunt, ipsam, vt opinor, diuinam essentiam bonitatem appellantes: quod hoc ipso quod bonum est, vt bonum per se, & essentia sua, in ea quæ sunt omnia, bonitatem diffundat. Vt enim sol noster, non cogitatione aut voluntate, sed eo ipso quod est, omnia illustrat, quæ eius lumen pro modo suo capere possunt: sic etiam ipsum bonum, quod ita præstat soli, vt prima species tenui obscuræque imagini, per se, ipsaque essentia sua iis quæ sunt omnibus pro eorum captu, totius bonitatis radios emittit. His constiterunt omnes, & quæ ratione cernuntur, & quæ mente præditæ sunt essentiæ atque virtutes & actiones.



228 B. DIONYS. AREOPA.

Horum vi sunt, vitamque habent sempiternam, & quæ immitti non potest, ab omni iuteritu, morte, materia, ortuq; solute ac libere, nec in eas cadit instabilis, & fluxa, & quæ aliàs aliter fertur mutatio: eadēq; & vt corpore ac materia vacates intelliguntur, & vt mētes prestanti modo intelligunt: & eorum quæ sunt rationes discunt diuina sibi accommodata illustratione: rursumq; sua in ea quæ cognata sunt diffundunt. Mansionē quoque à bonitate habent, earumq; illinc pender tum firmitas, tum stabilitas, tum conseruatio, tum bonorum pabulum, idque experunt: statumque, ac rectum integrumque statum habēt. Atque ad eius similitudinem, quoad eius fieri potest, expressæ sunt, bonitatisque speciem præ se ferunt: & cum inferioribus, vt diuina lex præscribit, munera, quæ ab ipso bono in ipsas profecta sunt, communicant. Illinc eis diuini ordines, earum inter se coniunctiones, aliarum ad alias vltro citroq; profectioes: non confusæ distinctiones: facultates, quibus inferiores ad superiores efferuntur: superiorum de inferioribus prouidentie: vniuscuiusque virtutum suarum conseruationes, & circum ipsas immutabiles conseruaciones: eadem atque summa summū boni desideria,

DE DIVI. NOMI. LIB. 229
ria, aliæque omnia quæ à nobis in libro de Angelorum proprietatibus & ordinibus dicta sunt: quin etiam quæ sunt cælestes hierarchiæ omnia, explicationes angelis dignissimæ, diuinæ illustrationes, totiusq; angelicæ perfectionis efficiētia, à bonitate, quæ omnium causa est, & fons, proficiscuntur: à qua etiam boni species eis concessa est, à qua habent, vt in se abstrusam bonitatem enunciet, suntq; angeli, quasi diuini silentij interpretes, & tãquam lumina clara, quæ eum qui in adytis latet, indicant. Quinetiam secundū sacras illas & sanctas mentes, sunt animi, animorumque bona omnia bonitate, quæ bonū superat: quod mentis sunt compotes, quod vitam per se essentiæque sua habent, eamq; ab interitu liberam: quod statum ipsum habent, possuntque ad angelorum vitam cōtendere, & ab eis tanquam bonis ducibus ad bonitatem omnium bonorum auctorem deduci, participesque fieri pro captu suo, & illustrationum, quæ illinc manant, & munerum, quæ boni speciem præ se ferunt, cæteraque omnia, quæ in libris de animo diximus. Quod si de ipsis etiam animis rationis expertibus, siue animalibus dicendum est, quæ aëra diuidunt, quæ in terra gradiuntur, quæ in terram extenta serpūt,



230 B. DIONYS. AREOPA.

quæ in aquis vitam degunt, aut partim in aqua, partim in terra, quæ sub terra obducta viuunt, & obstructa: atq; vno nomine, quæ animû sensus participem, aut vitam habent: ea etiam omnia à summo bono animata sunt, & vitæ vsuram habuerunt. Ea etiam omnia quæ stirpibus nituntur, ab ipso bono vitam habent, qua aluntur & mouentur loco: omnisque natura non animata, nec vitæ particeps, ipsius boni benignitate exat, & ab eo statum essentia accepit. Quod si omnibus etiã quæ sunt, præstat, sicut certè præstat ipsum bonum: profectò & quod forma caret, forma ornat, & in eo vno tum id quod essentia vacat, est essentia præstantia, tum id quod vitæ expers est, excellēs vita, tum id quod intelligentiam non habet, præstās sapientia: quæq; in summo bono sunt excellentis formarû fabricationis, in iis quæ formam non habent. Si etiam dictu fas est, id etiã quod non est, summû bonum quod quæ sunt omnia lōgè multumque superat, expetit: idemque conatur quodammodo in summo bono esse, quod reuera essentia præstat, omnium rerum negatione. Quin etiam, id quod nobis in medio cursu orationis exciderat, cælestium principiorum & extremorum causa est summum bonum,

DE DIVI. NOMI. LIB. 231

num, eius essentia ac natura, quæ nec crescere, nec minui potest, nec vlla ex parte mutari: atque etiam motuum, qui sine hno in maximo cæli cursu feruntur, descriptionumque stellarum, atque pulchritudinum, & luminum firmitatumque, ac quarundam stellarum multiplicis motus quo transferuntur: duorumque luminum, quæ magna scripta diuina appellant, ab iisdem locis ad eadem reuocationis & reuersionis, quæ in orbem circumque fertur, quibus dies nostri, & noctes definiti, menseseque & anni mensura comprehensi, temporis atque eorum, quæ in tempore sunt conuersiones, & definiunt, & numerant, & moderantur, & continent. Quid (dicat aliquis) de ipso per se solis radio? Ex ipso enim bono lumen est, & bonitatis imago. Itaque lucis nomine ipsum bonum celebratur, quasi in imagine exemplar expressum. Vt enim diuinitatis omnia superantis bonitas, à summis antiquissimisque naturis ad vltimas pertinet, atq; etiam omnibus præstat, ita vt nec superiores ad eius præstantiam perueniant, nec inferiores complexum transeant, sed & omnia quæ possunt illustrat, & efficit, & viuificat, & continet, & perficit, estq; eorum quæ sunt & mensura.

Gen. 1



232 B. DIONYS. AREOPAG.
 & æternitas, & numerus, & ordo, & complexus, & causa, & finis: sic etiam qui clara expressio; diuinæ bonitatis imago est magnus hic sol totus lucens, ac semper splendet pro minima ipsius boni similitudine, omnibus etiam, quæ eius lucem capere possunt, collucet; habetq; lumē per omnia diffusum, in omnem hunc mūdum, quem cernimus, radiorum suorum splendorem explicans, & sursum, & deorsum: ac si quid est, quod eo non participet, id eius luminis diffusi tenuitati aut paruitati non est tribuendum, sed his quæ, quia apta non sunt ad capiendum lumen, ad illud capiendum non explicantur. Itaq; radii multis eorum, quæ eam vim habent præteritis, ea quæ sequūtur illustrat, nec quicquam est eorum, quæ sub cernēdi sensum cadunt, quod non immensa splendoris sui magnitudine penetrat. Quin etiam ad ortum eorum corporum, quæ sensu percipiuntur, conducit: cæque & ad vitam excitat, & alit, & auget, & absoluit, & purgat, & renouat: ac lumen mensura est, atque numerus horarum, dierum, totiusque nostri temporis. Lux enim ea est, etiam si tum

Gen. 1 forma carebat, quam diuinus ille Moses primos etiam illos tres dies nostros definisse ac distinxisse commemorat. Atque

DE DIVI. NOMI. LIB. 23
 vt omnia ad se conuertit bonitas, primaq; ea colligit quæ dispersa sunt, quasi vnus principium, vnūque efficiens diuinitas, eiusque desiderio omnia, vt principij; vt ipsa continentis; vt finis tenentur: ac bonum est, quemadmodum scripta diuina *1. Cor. 8* tradunt, ex quo constiterunt omnia, & à quo quasi causa perfecta in lucem prolata sunt, & in quo consistunt omnia, quasi in fundo, quod capit omnia, custodiantur atque capiantur, & ad quam omnia conuertuntur; quasi ad suum quidque finem: & quod omnia appetunt, ea quidem quæ mentis sunt & rationis, cognitione: ea autem quæ sensum habent, sensus iudicio: quæ verò sensu vacant, in sito motu vitalis appetitionis: quæ vitæ expertia sunt, & tantummodo statum habent; vi quadam, qua ad status essentię communionem propensa sunt: eadem claræ similitudinis ratione, lux etiam colligit conuertitque ad se omnia, quæ videntur, quæ mouentur, quæ illustrantur, quæ calefcunt, & vno nomine ea quæ ab eius splendore continentur. Itaque *πάσις*, id est, sol dicitur, quod omnia, *ἀλλή ποίη*, id est, congreget, colligatque dispersa: cæque omnia eum appetunt, quæ sensu percipiuntur, aut quod cernere cupiant, aut sentire, illa-



strari, calefacere, omninoque contineri à lumine, Nec verò hoc dico antiquitatis fabulam sequutus, solem, qui Deus sit, atque mundi huius effector, propriè mundum qui videtur, gubernare, sed inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspici, sempiternâ quoque eius virtutem & diuinitatem. Verùm hæc quidem in Theologia, quæ in signis posita est. Nunc autè spiritale ipsius boni, à luce dictum nomen nobis laudandum est, dicendumque; bonum lucem mētis dici, quòd mentem quidem caelestem omnem spiritali luce impleat, omnem autem ignorationē erroremque; ex omnibus animis, quibus infitus sit, expellat, eisque omnibus sacrum lumen largiatur, & ex mentis eorum oculis caliginem, quæ eis ignoratioe offusa est, depellat & discutiatur, excitetque, & aperiat magno tenebrarum pondere contractos, participesque faciat primùm modici luminis, deinde cum lumen quasi degustant, & magis experunt, magis se infundat, abundantiùsque illustret, quòd multum dilexerint, eosque semper ad ea quæ antè sunt, pro ea ratione quam ad contentionem habent, excitet.

Lux ergo mentis dicitur bonum, quod lucem omnem superat, quòd quasi radius fontis,

Rom. 1

Luc. 10

fontis, lucisque manans effusio, mentem omnem quæ mundum superat, quæ circum mundum est, & quæ in mundo versatur, ex sua, vt ita dicam, plenitudine illustrat, omnèsque mentis earum facultates renouet, omnes complexu suo contineat, omnibus præstet superiora tenendo, & vno nomine omnem vim rei quæ lucem affert, quasi lucis principium, & luce superius ac præstantius, in se comprehenderit, præstantiore modo habeat, & prius habeat: eaque omnia quæ mentem rationemque habent, cõgreget atque colligat. Vt enim eos qui decepti sunt, diuidere solent ignoratio: sic spiritalis lucis præsentia, vim habet colligendi coniungendique eos, qui illustrantur, & perficiendi, conuertendique ad id quod verè est, à multis sententiis & opinionibus, variòsque aspectus, aut, vt magis propriè dicam, visiones, in vnã verã, purã, vniùsq; modi scientiam colligat, denique vno lumine, eoque vnius efficiendi vim habente compleat. Hoc summum bonum laudatur à Cant. 1 Theologis, & vt pulchrum, & vt pulchritudo: vt amor, & quod amandum est, & Hier. 11 aliis diuinis nominibus, quæ digna sunt pulchritudine, quæ effector est pulchritudinis, & venusta est. Pulchrum autem & pulchri

à Cant. 1
 Psal. 44
 Hier. 11
 Colof. 1
 Matt. 22



236 B. DE DION. AREOP.
pulchritudo diuidenda distinguendaque
non sunt in causa, quæ vno comprehendit
omnia. Hæc enim in iis quidem quæ sunt
omnibus, in qualitates quæ recipiuntur,
& in ea quæ illas capiunt diuidentes, pul-
chrum quidem dicimus esse eum, qui
præditus est pulchritudine: pulchritudi-
nem autem eius; quod causa est omnium
quæ pulchra sunt, & pulchritudinem effi-
cit. Quod autem pulchrum essentias su-
perat, pulchritudo quidem dicitur ex pul-
chritudine, quæ ab eo cum iis quæ sunt
omnibus pro captu cuiusque, communica-
tur; & quod omnium concinnitatis & splen-
doris causa sit, quæ lucis instar omnibus
impertiat pulchritudinis effectrices primi
radij effusiones, quodque ad se, *ἡμῶν*, id est,
vocet omnia; ex quo *ἡμῶν*, id est, pul-
chritudo dicitur, & tota in totis in se col-
ligat. Pulchrum autem appellatur, ex eo
quod omni ex parte pulchrum sit; & plus
quam pulchrum; sitque pulchrum; quod
eodem modo semper se habet, ita vt nec
oriatur, nec intereat, nec augeatur, neque
minuatur, nec partim pulchrum, partim tur-
pe sit; neque hoc tempore pulchrum sit, illo
non item: nec ad hoc quidem pulchrum
sit, ad illud autem turpe: nec quod hic qui-
dem pulchrum sit, illic non item: nec quod
aliqui

DE DIVI. NOMI. LIB. 237
aliquibus pulchrum sit, nonnullis autem
non pulchrum: sed quod ipsum per se,
secum vnius modi pulchrum sit semper,
quodque omnium quæ pulchra sunt, pri-
mam pulchritudinem eximit in se præ-
omnibus contineat. In simplici enim præ-
stantique omnium quæ pulchra sunt, na-
tura, pulchritudo, omnis, & quidquid pul-
chrum est, vno modo ante causam vi ac no-
mine constitit. Ab hoc ipso quod pulchrum
est, habent pro suo quodque captu vt pul-
chra sint omnia: eoque quod pulchrum est,
coherentiam omnium contrahuntur, ami-
citiæ, societates: atque eo quod pulchrum
est, coniecta sunt, vnumque facta omnia.
Principium est etiam id quod pulchrum,
vt causa efficiens, & motum affert rebus
omnibus, easque continet pulchritudinis
sue amore, omniumque finis: dignum est
etiam amore, vt causa perficiens: eius enim
quod pulchrum est causa sunt omnia: &
exemplaris, quod ex eo omnia definiatur.
Itaque pulchrum idem est quod bonum,
quia pulchrum & bonum: quauis de causa
omnia experunt: nec quicquam est eorum
quæ sunt, quod boni, & eius quod pul-
chrum est, non sit particeps. Nec verò hoc
dubitabimus dicere, id etiam quod non
est, particeps esse pulchri & boni. Tum
enim

enim denique est ipsum quod pulchrum est, ac bonum, cum in Deo omnium rerum negatione atque detractioe modo quodam qui essentiam superat, ornatur laudibus. Hoc autem vnum & bonum, & pulchrum, vnius vi ac nomine omnium multorum, & pulchrorum causa est, & bonorum: ex hoc sunt omnes rerum status qui essentiam attingunt, coniunctiones, & diuisiones, vt ita dicam, identitates, & diuersitates: similitudines, dissimilitudines: societates, commerciâque contrariorum: eorum quæ vnum facta sunt, non confusæ res & proprietates, superiorum prouidentia, parium inter se connexiones, conuersiones inferiorum: omnium sui conseruatrices, & immutabiles stabilitates atque firmitates: rursusque omnium in omnibus congruenter cuique communiones, coherentiæ, ac non confusæ concordia, concentusque vniuersi, temperationes in vniuerso, indissolubilesque rerum coherentiæ, perpetuæque eorum quæ oriuntur, propagationes: status omnes, atque motus, mentium, animorum corporum. Status enim est omnibus, & motus, id quod superius præstantiusque statu omni atque motu, in sua quidque ratione confirmat, eiq; motum suum ac proprium, & ac

& accommodatum affert. Ac moueri quidem dicuntur diuinæ mentes in orbem, cum pulchri ac boni illustrationibus principio ac sine carentibus coniunguntur. Recte autem cum inferioribus consulendi causa prodeunt, & recta omnia perficiunt. Inflexo verò motu cietur, cum etiam inferioribus consulentes in eodem statu perpetuo manet, circum bonum & pulchrum eiusdem status causam semper se versantes. Animi autem motus, qui in orbem circumque fertur, est eius ad se ab iis quæ extra sunt introitus, mentisq; eius facultatum vnius modi inflexio, quæ quasi in quodam circulo fixum, & ab omni errore liberum motum ei tribuit, eumque multis quæ externa sunt conuertit & colligit primum ad se, deinde quasi vnius modi effectum coniunctis vno modo facultatibus coniungit, atque ita demum ad pulchrum ac bonum deducit, quod magis quàm omnia quæ sunt, & vnum est, & idem, & principio caret & sine. Inflexo verò motu cietur animus, quandiu convenienter sibi diuinis illustratur cognitionibus, non spiritali quidem stabilique modo, sed cogitando & prætereundo, quasi permixtis fluxisq; actionibus. Recta autem linea, cum non ad se ingreditur, & vnico mentis motu cietur.

(hoc



240 B. DION. AREOPAG.
(hoc enim est, vt dixi, in orbem circumq;
ferri) sed ad ea quæ circum eum sunt pro-
dit, & ab iis quæ extrinsecus incidunt,
quasi à signis quibusdam multis ac variis,
ad ea quæ simplicia coniunctaq; sunt cog-
noscenda deducitur. Horum igitur trium
motuum, & eorum qui hoc in mûdo sen-
su percipiuntur, ac multo etiã prius vni-
cuiusque & mansionum, & statuum, &
firmitatû causa est, & finis, eaque continet
pulchrum ac bonum, quod statû omnem
& motum superat, quo status omnis ac
motus, & ex quo, & in quo, atq; in quod,
cuiusq; causa sit. Etenim & ex eo, & per
ipsum, omnis essentia ac vita est, & mētis,
& animi, & omnis naturæ: paruitates,
æqualitates, magnitudines, mensuræ om-
nes, rerum proportionēs, concentus, tem-
perationes, tota, partes, vnum omne, ac
multitudo, partium copulationes, omnis
multitudinis coniunctiones, siue vnitates
eorum quæ tota sunt perfectiones, quale,
quantum, quotum, infinitum, coniun-
ctiones, diuisiones: omnis infinitas, ter-
mini omnes: ordines, præstantiæ: ele-
menta, species: omnis essentia, vis omnis,
omnis actio, habitus omnis, sensus omnis,
omnis sermo, omnis mētis notitia, omnis
tactus, omnis scientia, omnis coniunctio,
&

DE DIVINOMILIB. 241
& vno nomine, quicquid est, ex pulchro
ac bono, & in pulchro bonoque est, atque
ad pulchrum bonumque refertur: & quæ
sunt ac fiunt, boni pulchriq; causa & sunt,
& fiunt omnia, ipsumque omnia intuen-
tur, & ab eo mouetur ac continentur eius-
que causa, & per ipsum, atq; in eo est om-
ne principium, quod exempli exprimen-
di, perficiendi, faciendi vim habet, quod
speciale est quodq; generale: atque omni-
no principium omne, omnis coherentia,
finis omnis, aut, vt summam dicam, om-
nia quæ sunt, ex pulchro sunt & bono,
quæq; non sunt, in pulchro & bono singu-
lari quadam ratione sunt omnia: estq; om-
nium principium ac finis, quæ princi-
pium & finem superant, quoniã ex ipso,
per ipsum, & in ipso, atque in ipsum sunt
omnia, vt diuina scripta tradunt. Est igitur
id quod pulchrum est, & bonum, expeten-
dum, amandum, diligendum omnibus: ac
propter ipsum, eiusq; causa, & ab inferiori-
bus superiora melioraq; relationis con-
uersionisque vi ac nomine diliguntur, &
societatis causa paria à paribus prospici-
ndique ac cõsulendi causa inferiora à præ-
stantioribus: & à se ipso quidque conser-
uandi sui causa amatur: quæque faciunt
ac volunt, cuius quod pulchrum est, & bo-

Roma. 12



242 B. DIONYS. AREOPA.
ni cupiditate ducta & faciunt, & volunt omnia. Audebit etiam hoc vera ratio dicere, ipsum quoque rerum omnium auctorem, pro singulari bonitate sua amare omnia, omnia facere, omnia perficere, omnia conseruare, omnia conuertere. Est etiam diuinus amor & bonus, & boni, & boni causa. Ipse enim bonus auctor eorum quæ sunt, amor, cum prius in ipso bono excellenti præstantique ratione esset, non passus est ipsum in se sterile, & infecundum manere, sed eum impulit ad agendum singulari abundantia, quæ est procreatrix omnium. Nec verò nos quisquam putet contra scripturæ sanctæ auctoritatem amoris nomen celebrare. Est enim alienum, vt opinor, & absurdum, non vim instituti attendere, sed verba: neque hoc proprium est eorum, qui diuina intelligere cupiunt, sed eorum, qui sonos nudos probant, eosque autem tenuis non penetrantes extrinsecus continent, nec scire volunt, quidnam hoc verbum declaret, ac quonam modo aliis etiã verbis quæ idem efficiant & declarent, explanandum sit: sed addicti sunt elementis, ac lincis quæ intelligi non possunt, syllabisque, & verbis incognitis, quæ in mentem eorum non penetrant, sed extra circum labra & au-

ree

DE DIVINOMI LIB. 243
res eorum perstreperunt, quasi non liceat, quatuor per bis duo significare, aut simplices lineas per lineas rectas, aut materiam patriam per eam quæ patris est, aut denique aliquid aliud eorum, quæ idem quod multa orationis partes declarant: cum intelligendum sit, si rectam rationem audiamus, nos elementis, syllabis, verbis, scriptis, sermonibus, sensuum causa vti, quasi cum animus noster mentis actionibus ad ea quæ ratione intelliguntur, mouetur, superuacanei, minusque necessarij sunt sensus cum iis quæ sub sensum cadunt: quæ admodum etiã mentis facultates, cum animus ad diuinã speciem similitudinemque traductus, per incognitã coniunctionem inaccessi luminis radios non oculorum emissionibus assequitur. Cum verò mens rebus quæ sensu percipiuntur, ad intelligentias, & cognitiones quæ contemplationis sunt, impelli studeret: tum probandæ sunt ex omnibus maximè sensuum clarissimæ diffusiones, planissima verba, aperitissima ea quæ videntur. Si enim obscura sunt, ea quæ obiciuntur sensibus, ne ipsi quidem ea quæ sub sensum cadunt, menti rectè offerre poterunt. Sed ne hæc dicere videamur, vt diuina scripta commutemus, ea audiant, qui amoris nomē crimi-



244 B. DIONYS. AREOPA.
Prover. 4. nantur & improbant. Ama eam, inquit, & serua bit te: circunda tibi illam, & extollet te: honora eam, vt te amplectatur: omnia que alia quæ in scriptis diuinis amatoria celebrantur. Atqui visum est quibusdam ex nostris, qui de diuinis rebus disseruerunt, amoris quàm charitatis nomē etiam esse diuinius. Scribit autem & diuus Ignatius, Meus amor cruci affixus est: & in primis scripturæ sanctę institutionibus inuenies quendam hæc dicentem de diuina sapiētia, Amator factus sum pulchritudinis eius. Non igitur hoc amoris nomē timeamus, neq; nos vlla ab eo deterrēs cōturber oratio. Mihi enim vidētur Theologi commune quidē charitatis & amoris nomen existimare, sed diuinis verū amorem tribuere potius, propter absurdam istorum hominū, quę antecesserat, intelligentiam. Nam cum verus amor pro Dei dignitate nō à nobis modò, sed etiam à scriptis diuinis laudetur, pleriq; qui amorem, qui in Dei nomine est vnus modi, nō potuissent sibi conciliare, ad diuiduum, corporeum, diuifumq; delapsi sunt, qui verus non est amor, sed imago, aut potius à vero prolapsio. Diuini enim vnusq; amoris coniunctio, & vt ita dicā, vnitas à multitudine capi non potest. Itaq; vt nomē quod molestius

Epistol.
ad Rom.

Sapient. 8

DE DIVI NOMI LIB. 245
sius acerbisq; multis videretur, in diuina sapientia ponitur, ad excitandos deducendosq; eos ad veri amoris notitiam. Aeq; vt à verbi molestia liberentur, vbi etiā sepe rursus licebat abiectis istis absurdū ali quid de nobis suspicari, verbū quod honestius videatur, Cecidit quidam inquit, I. Reg. 1
ἡγάπη id est, amor tui in me, vt amor mulierum. Illorū autem qui rectē diuina accipiunt, pro eodem ponuntur à sanctis Theologis *ἀγάπη* & *ἔρω*, id est charitatis & amoris nomina, ex diuinis interpretationibus. Atq; hoc amoris verbū vim habet faciendi vnū, & colligandi, præstantiq; modo res inter se miscendi, quæ in pulchro & bono propter pulchrum ac bonum antè constitit, atque ex bono ac pulchro, pulchri boniq; causa manat, continētque paria communi inter se coniunctione, & superiora ad inferiorum procurationē impellit, inferiorūq; cum superioribus conuersione corroborat. Dimouet etiam de statu diuinus amor, nec suos esse amantes patitur, sed eorum etiā quæ amantur: quod declarāt & superiora, quæ inferiorum fiunt eis consulendo, & paria mutua inter se coharētia, & inferiora diuiniore ad superiora conuersione. Itaque Paulus ille magnus iam dinino amore ca-



246 B. DIONYS. AREOPA.
ptus, præditusq; eius vi, quæ hominem &
Galat. 2 statu suo dimouet, diuino ore, Viuo autē,
inquit, iam nō ego, viuit verò in me Chri-
stus: vt verus amator, & à mentis, quem-
admodum ipse ait, statu dimotus, Deo de-
git: non suam vitam, sed amantis, tãquam
valde diligendam. Audendum est etiam
hoc pro veritate dicere, ipsum quoq; re-
rum omnium auctorem honesto bonoq;
omnium amore ductum pro singulari bo-
nitate amatoria, extra se fieri rerum om-
nium procuracione, & quasi bonitate, cha-
ritatēq; & amore deliniri, atque ex statu
quo superat omnia, & ab omnibus secre-
tus est, ad eū quo in omnibus est, demitti-
tur ea vi quæ essentiam superat, & omnia
extra se rapit, nec interim ab eo discedit.
Itaq; *secundum Aristotēlem*, id est, amulum, ipsum in ij qui
Exod. 20 multum in diuinis exercitati sunt, appel-
lant, vt magno ac benigno in ea quæ sunt
amore præditum, excitantēque ad stu-
dium amatorij ipsius desiderij, atque vt
singulari amore captum seipsum præstan-
tem, cui nimio amore digna sunt etiam
ea quæ expetenda sunt, & quòd ea quibus
consultit & prouidet, nimio amore pro-
sequatur. Atque vno nomine quod aman-
dum est, atq; amor pulchri est & boni, in
bonoq; & honesto situs est, ac honesti
bonisq;

DE DIVI. NOMI. LIB. 247
bonisq; causa tum est, tum oritur. Quid
vetò sibi voluat Theologi, qui cum inter-
dum amorem & charitatem dicunt, inter-
dum amore & charitate dignum? Præfer-
tim cum huius quidem auctor, & quasi
genitor ac procreator: illud autem ipse
sit, & hoc quidem moueatur, illud autem
moueat, quoniam ipse sui ac sibi & produ-
ctor, & motor est. Eum autem hoc ipso
charitate & amore dignum vocant, quòd
pulcher sit & bonus: amorem rursus ap-
pellat, & charitatem, quòd vis sit motum
afferens, & ad se deducens atque euehens,
id quod solum ipsum per se pulchrum est
ac bonum, quòdque sit sui ipsius per se
expressio, bonaq; progressio summæ præ-
cipuæque coniunctionis motusque sim-
plex ad amorem impellens, qui per se mo-
uet, per se agit, qui antè in bono est, & ex
bono ad ea quæ sunt, manat, rursusque ad
bonum reuertitur. In quo & sine & prin-
cipio se carere diuinus amor eximie de-
clarat, quasi circulus quidam perpetuus,
qui boni causa, ex bono, in bono, & in bo-
num conuersione ab omni errore libera se
vult, atq; in eodem loco, eadēque ex
parte & progreditur semper, & manet, &
restituatur. Hæc etiā præclarus noster in
sacris initiator & doctor, mēte permotus



248 B. DIONYS. AREOPA.
in laudibus amoris exposuit: quas quidem non alienum erit commemorare, & quasi sacrum & quoddam caput nostro de de amore sermone attexere.

*HIEROTHEI SANCTIS-
simi viri verba ex libro de amo-
ris laudibus.*

A Morem siue diuinum, siue angelicum, siue spiritalem, siue, vt ita dicam, animale, siue naturalem, vim quandam coniungentem miscentemque intelligamus, quæ superiora quidem impellit, vt inferioribus prospiciant & consulant, paria autem, vt inter se societate iungantur, inferiora verò, vt se conuertant ad superiora.

*EIVSDEM VERBA EX
isdem amoris laudibus.*

Quando multos amores qui ex vno nati sunt, descripsimus, cum deinceps dixissemus, quæ sint amorum, & eorum qui in mundo sunt, & eorum qui in caelo, & cognitiones & vires, quibus præstant, instituto sermonis spiritualium, atque eorum qui mente intelliguntur, amorum, & ordines, & distinctiones, secundum quos ij qui per se intelliguntur, diuinique amores, qui ibi reuera honesti sunt,

DE DIVI. NOMI. LIB. 249
sunt, præstant ac superant, & à nobis propriè sunt apteque laudari. Nunc etiam altius reperentes, omnes in vnum coniunctumque amorem, & eorum omnium parentem colligamus simul, & conferamus ex multis primum in duas eorum amatorias omnino vires contrahentes, quibus omnibus præstat & antecedit inuicta amoris omnis causa, quod superior sit omnibus, ad quam pertinet & aspirat pro captu vniuscuiusque eorum quæ sunt, vniuersus amor, qui ex rebus omnibus oritur.

*EIVSDEM VERBA EX
amatoris hymnis.*

Age verò his rursus collectis, dicamus, vnam quandam vim esse simplicem, quæ per se ad temperationem quandam coniungentem à bono vsque ad extremum eorum quæ sunt, mouet & impellit, atque ab illo rursus ordine per omnia ad bonum ex se, per se, & à se in orbem reflectitur, semperque ad se ipsam eodem modo reuoluitur. Quamquam dicit aliquis, Si omnibus bonum atque honestum amabile est, optabile atque diligendum: (expetit enim illud etiam id quod non est, vt diximus.) atque id



230 B. DIONYS. AREOPÁ.
ipsum est, quod formam facit eorū etiam
quæ forma carent, in eorū etiam id quod
non est, modo quodam essentia superiore
& est & dicitur: cur multitudo dæmonum
bonum honestūque nō experit? sed ma-
teria addita, & ab eodē statu, quem an-
geli, in boni appetitione obtinent, pro-
lapsa, causa est malorum omnium, & sibi, &
aliis, quæ peruerti deprauarique dicun-
tur? Aut quomodo genus dæmonum,
quod à bono planè in lucem prolatum
est, specis boni non præfert? aut quomo-
do bonum à bono factum, mutatum est?
& quid est, quod illud deprauauit? quid-
nam etiam malum est? & quo ex princi-
pio constitit? Quomodo bonus illud pro-
ferre in lucem voluit? quomodo cum vo-
luit, potuit? Si ex alia causa est malū, quæ
alia eorum quæ sunt præter bonum causa
est? Quomodo etiam extante prouiden-
tia est malum, vel fit, vel omnino non
tollitur? Quomodo etiam aliquid eorum
quæ sunt, præter bonum illud appetit?
Atque hæc quidem fortassis eiusmodi du-
bitans dicit oratio. Nos autem ab eo pe-
temus, vt rerum veritatem aspiciat, pri-
mūque hoc non dubitabimus dicere,
Malum non esse ex bono: ac si ex bono
est, non esse malum. Neque enim ignis est

DE DIVI. NOMI. LIB. 191
est refrigerare, nec boni non bona pro-
ferre in lucem. Si etiam ea quæ sunt om-
nia, ex bono sunt (natura enim boni est,
proferre in lucem, conseruare: mali au-
tem interimere & perdere) nihil eorum
quæ sunt, ex malo est, ac ne ipsum qui-
dem malum erit, siquidem etiam sibi ma-
lo esset. Quod ni ita est, malum omnino
malum non est, sed parrem quādam boni
qua planè est, habet. Et, si ea quæ sunt,
pulchrum siue honestum & bonum ex-
petunt: atque omnia quæ faciunt, boni
quod videtur causa faciunt: omnēque re-
rum institutum, sibi habet bonum prin-
cipium ac finem propositum (nihil enim
mali naturam intues facti quæ facit) quo
modo erit in iis quæ sunt, malum? aut erit
omnino, cum careat eiusmodi bono appe-
titu? Et si ea quæ sunt, ex bono sunt omnia,
bonumque; ea quæ sunt superante quidem
in ipso bono id etiam quod nullū est: ma-
lum autem non est. Alter non planè est
malum, nec id quod non est. Nihil enim
erit id quod nihil est omnino, nisi in bono
ratione quadā essentia superante dicatur.
Bonum igitur erit, & eo quod planè est, &
eo quod non est multo prius, & superius
locatum. Malum autem nec in iis est quæ
sunt, nec in iis quæ nulla sunt, sed eō etiam
quod



252 B. DIONYS. AREOPA.
quod non est, remotius est, abestque plus à bono, & minus est essentia. Vnde igitur est malum? dicit aliquis. Si enim malum non est, virtus & vitium idem sunt: & vniuersa generalisq; virtus, idem quod vniuersum vitium: ac virtus quæ ad partem accommodatur, idem quod vitium eiusdem generis, aut ne id quidem quod virtuti repugnat, erit malum. Atqui contrariæ sunt temperantia & intemperantia: iustitia atque iniustitia: nec verò eas dico cõtrarias esse ex iusto & iniusto, ex temperante & intemperante, sed ante etiam repugnantiam quæ extrinsecus inter eum qui virtute præditus est, atque contrariũ existit, multo prius in ipso animo vitia à virtutibus omnino discrepant, & cum ratione discordant perturbationes: ex eoque necesse est, dari aliquod etiam malum bono contrarium: neque enim sibi bonum contrariũ est, sed vt ab vno principio vnâq; causa profectum communionis, coniunctionis, amicitiaque gaudet. Nec minus bonum maiori est contrariũ: neque enim id quod minus est calidum aut frigidum, contrarium est ei quod magis est eiusmodi. Est igitur in iis quæ sunt, & est aliquid, repugnansque bono malum. Quod si interitus & quasi corruptela est eorum quæ sunt non

DE DIVI. NOMI. LIB. 253
non tamen hoc exterminat malum ex eorum quæ sunt finibus, sed erit etiam illud aliquid, & reuera originem rerum efficit: an non sæpe huius rei interitus, illius ortus est? Pertinebitque malũ ad totius ab-solutionem, & per se faciet vt hæc vniuersitas ne inchoata minùsq; perfecta sit. Ad hæc autẽ respondebit vera ratio, malum quatenus malum, essentiam nullam aut originem efficere, sed tantum deprauare atque interimere, quantum in ipso est, eorum quæ sunt essentiam atque naturam. Quod si quis illud ortus rerum efficientem causam esse dixerit, atque huius rei interitu alteri ortum dare: hoc verè respondendum, illud non quatenus interimit, ortum dare, sed quatenus quidem interitus & malum est, tantum interimere atque deprauare: ortum autem atque essentiam boni causa fieri: & esse malum interitum quidem per se, originis autem auctorem propter bonum: & quatenus quidem malum est, neque illud esse quicquam, neque bonorum causam efficientem esse, sed boni causa & esse, & bonum esse, & bonorum efficientem causam. Quin ne erit quidem idem eadem ex parte & bonum, & malum: neque eiusdem interitus & ortus eadem ex parte vis, nec ipsa



254 B. DIONYS. AREOPA.
ipsa vis, aut ipse interior. Ipsum enim ma-
lum, neque est, neque bonum est, nec ori-
ginis auctor est, neque eorum quæ sunt
& bonum efficiens. Bonum autem in qui-
buscunq; perfectè in sit, ea perfecta facit, &
simplicia, atq; integra bona. Quæ verò mi-
nus eo participât, ea & min^o perfecta sunt
bona, & permixta propter boni priuatio-
nem: nec malum omnino est, aut bonum,
aut boni efficiens: sed quod magis aut mi-
nus bono vicinum est, id pro portione bo-
num erit: quando quidem perfecta boni-
tas, quæ per omnia diffunditur, non so-
lùm ad optimas essentias, quæ eam circũ-
stant, peruenit, sed etiã ad extremas per-
tinet, ita tamen, vt illis quidem omnino
præsens sit, his autem, inferiori quodam
modo, aliis verò extremo, vt quidque eo-
rum quæ sunt, eius potest esse particeps.
Aliaq; bono planè participant: alia autem
magis & minus eo priuata sunt: nonnulla
verò obscuram tenuemque habent boni
communione: & alia minimum bono
participant. Si enim nõ pro rata portione
in vnoquoque inesset bonum: profectò ea
quæ sunt diuina maximè, & prima, eun-
dem ordinem & locum quem vltima, ob-
tinerent. Qui autem etiam fieri posset, vt
in boni societatem, vno modo venirent
omnia.

DE DIVI. NOMI. LIB. 255
omnia, cum apta non sint ad totam eius
communione: Nunc autem hæc est po-
tentia boni præstans magnitudo, quod
& ea quæ priuata sunt, & priuationem sui
cerroborat, vt omnino in ipsius veniant
societatem ac communione. Quod si
non dubitandum est verù fateri, ea etiam
quæ illi contraria sunt, eius vi & sunt, &
repugnare possunt: aut potius, vt summa-
tè m dicam, ea quæ sunt omnia quatenus
sunt, & bona sunt, & à bono: quatenus au-
tem priuata sunt bono, nec bona sunt, nec
constant. Nam in cæteris quidem quali-
tatibus, vt in calore, in frigore, ea quæ ca-
lesfacta sunt, remanent etiam cum calor
evanuit: multa etiam eorum quæ sunt,
cum vitæ & mētis sunt expertia: Deusque
ipse cum ab essentia secretus sit, ratione
quadam est, quæ superat rationem essen-
tiæ: & vno nomine, in aliis quidem omni-
bus, etiã si habitus obierit, aut si ne fuerit
quidem omnino, res ipsa sunt, & constare
possunt. Quod autem omni ex parte bono
priuatum est, id nusquam vno modo fuit,
aut est, aut erit, vel esse potest. Velut in-
temperans etsi priuatus est bono cupidi-
tate quæ à ratione auersa est, neque in eo
quidem est, neque verè appetit: est tamen
boni particeps exigua quadam parte ami-
citæ



256 B. DIONYS. AREOPA.
 citia & coniunctionis. Ira etiam, boni est
 particeps hoc ipso, quod mouetur, cupitque
 ea quae mala videntur, ad id quod bonum
 videtur, dirigere & conuerrere. Is quoque
 qui deterrimam scelestissimamque vitam cupi-
 ditate ducitur, ut qui omnino vitam ex-
 petat, etiam quae ei optima videatur, hoc
 ipso quod expetit, vitamque appetit, &
 optimam vitam sibi propositam habet,
 boni est particeps. Ac si plane omnique ex
 parte bonum sustuleris: nec essentia erit,
 nec vita, nec appetitus, nec motus, nec
 quicquam aliud. Quod ergo etiam ab
 interitu ortus sit, non est id vis mali, sed
 minoris boni praesentia: quemadmodum
 morbus quoque defectio est constitutio-
 nis, non omnis quidem: si enim hoc sit, ne
 morbus quidem ipse cohaerebit: sed re-
 manet atque est morbus, quod statum ha-
 bet minimam constitutionem & ordinem,
 atque in ea cohaeret. Quod enim omnino
 expers est boni, id neque aliquid est, neque
 in iis est quae sunt, quod autem mixtum
 est, propter bonum in iis est quae sunt, at-
 que hoc ipso in iis quae sunt est, & aliquid
 est, quod boni est particeps: aut potius ea-
 renus erunt ea quae sunt omnia, magis vel
 minus, quatenus bono participant. Nam
 quod ad ipsam etiam statum attinet: quod
 nusquam

DE DIVI. NOMI. LIB. 257
 nusquam vilo modo est, id non erit etiam:
 quod autem alicubi quidem est, alibi au-
 tem non est, id quatenus ab eo quod sem-
 per est, deflexit, non est: quatenus autem
 status est particeps, eatenus est, atque status
 eius omnino, statusque priuatio & obtine-
 tur, & conseruatur. Malum etiam quod
 omni ex parte a bono defecit: neque in iis
 quae magis bona sunt, erit, neque in iis quae
 minus. Quod autem partim bonum est,
 partim non est, id quidem alicui bono est
 contrarium, non tamen toti, sed tenerur
 etiam ipsum boni communionem: statum-
 que dat bonum ipsum etiam priuationi
 sui, absoluta sui communicatione. Si enim
 omnino amissum sit bonum, neque om-
 nino quicquid bonum erit, neque mix-
 tum, neque ipsum malum. Si enim malum
 est bonum inchoatum, & minus perfe-
 ctum: profecto absoluta boni absentia, &
 minus perfectum, & perfectum bonum
 erit: tumque demum erit malum ac videbi-
 tur, cum aliis quidem malum est, quibus
 est contrarium, ab aliis autem ut bonis se-
 cretum est. Fieri enim non potest, ut eadem
 per eadem contraria sint in omnibus. Non
 igitur est aliquid malum: quin ne in iis qui-
 dem est, quae sunt. Si enim quae sunt, a bo-
 no sunt omnia: & in omnibus quae sunt,



inest, omniâque continet bonum: aut non erit malum in iis quæ sunt, aut in bono erit. Atqui in bono non erit: neque enim in igne frigus inest: nec depravari poterit id, quod etiam malum reddit bonum. Si verò erit, quomodo erit malum in bono? Si quidem ex eo est, id absurdum est, nec fieri potest. Non enim potest, ut scripta diuina tradunt, arbor bona fructus malos facere: nec contrâ. Si ex eo non est: perspicuum est, id profectum esse ab alio principio atque causa. Nam aut malum ex bono erit, aut bonum ex malo, aut certè si hoc fieri nõ potest, ex alio diuersoq; principio & causa, tum bonum erit, tum malum. Nulla enim duo sunt principium, sed monas est principium duorum omnium. Atqui absurdum est, ab vno atque eodem duo & proficisci, & esse contraria: idemq; principium non simplex atque vnũ esse, sed diuisum, atque duplex, contrariumque sibi & immutatum. Nec verò duo eorum, quæ sunt principia, contraria esse possunt: eorumque alterum in altero, & vtrunque in vniuerso, ita ut etiam sint repugnãtia. Si enim hoc detur, primũne Deus quidem ipse incolumis erit, vacuusque molestia, si quidem sit aliquid, quod eũ offendat. Deinde inordinata omnia erunt, semperque

Matt. 7

perque repugnãtia. Atqui bonum cum iis quæ sunt omnibus amicitiam iungit, idque ut pax, & pacis largitor laudatur à sanctis Theologis. Itaque bona inter se amicitia coniuncta sunt omnia, & consona, atq; ab vna vita propagata sunt, & ad vnum bonum ordine quodam disposita pertinent, blandaque sunt alia aliis, & similia atque comia. Non igitur in Deo est malum, nec cum diuinitate vllum habet commercium. Quin ne ex Deo quidem est malum. Aut enim bonus non est, aut bona facit, & bona in lucem profert: atque id non interdum, & aliqua, interdum non item, nec omnia. Isto enim pacto mutatio in eum caderet atque commutatio, in id etiam quod ipsum est, præstantissimum omnium, id est, causa. Sin autem in Deo bonum essentia est, Deus etiam ex bono mutatus, aliàs erit, aliàs non erit. Si verò communicatione bonum habet: id certè, & ab alio habebit, & interdum habebit, interdum non habebit. Non igitur Deus auctor est mali, neque malum est in Deo, nec omnino, nec certo tempore. Quin ne in angelis quidem inest malum. Si enim nunciat diuinam bonitatem benignus angelus: quoniã est communiõne id secundo loco, quod primo cau-

Ephes. 2 Heb. 15



260 B. DIONYS. AREOPA.
Ia vi: ac nomine id quod nūciatur: imago
Dei est angelus, latentis lucis declaratio,
speculum nitidum, perlucidissimum, in-
tegrum, incorruptum, non inquinatum,
quo recipit vniuersam, si fas est dictu, fi-
guræ diuinæ bonitatis pulchritudinem,
atq; simpliciter in se, quantum potest, ab-
strusi silentij bonitatem cum splendore
inserit. Non igitur etiam in angelis est
malum. At quod peccatores puniant, mali
sunt. Ista ergo ratione ij qui improbos
castigant, sunt mali: & sacerdotes qui pro-
fanos arcent à diuinis mysteriis. At qui
non puniri est malum, sed dignum esse
supplicio: nec à sacris pro meritis arceri,
sed scelestū profanumq; esse, indignum-
que iis quæ sancta sunt. Verum ne dæmo-
nes quidem natura sunt mali. Si enim na-
tura mali sunt, nec ex ipso bono sunt, nec
in iis quæ sunt, nec verò ex bonis mutati
sunt, si natura, semp̄q; mali erāt. Deinde
num sibi mali sunt, an aliis? Si sibi, se etiā
ipsi interimunt & conficiunt. Si aliis, quo-
modo interimunt, aut quid interimunt?
essentiāmne, an vim, an actionem? Si essen-
tiam, primū quidē non contra naturam.
Quæ enim natura interire non possunt,
ea non interimunt, sed ea in quæ interit-
us cadit. Deinde ne hoc quidem cuius,
& om

DE DIVI. NOMI. LIB. 261
& omnino malum est: nec verò quidquam
eorum quæ sunt interit, quatenus essentia
est, & natura, sed quia deest naturalis con-
stitutio, conuenientiæ aptæq; compositio-
nis ratio eodem modo se habens, manere
non potest. Imbecillitas autē perfecta non
est. Si enim perfecta esset, profectò & inter-
ritū, & subiectū funditus tolleretur, essetque
interitus eiusmodi, sui etiā interitus. Ita-
que hoc nō est malum, sed bonum quod
abest. Quod enim omnino expers est bo-
ni, ne iis quidem quæ sunt, erit. Eadem est
etiam & facultatis, & actionis interitus ra-
tio. Præterea quomodo demones, qui effe-
cti sunt à Deo, mali sunt? Bonum enim bo-
na profert in lucem, facitque vt cohæreāt.
Atqui mali dicuntur, dicit aliquis, non
quatenus sunt (sunt enim ex bono) nacti-
que sunt bonā essentiam: sed quæ ex parte
non sunt, cum non potuissent, vt scripta
diuina tradunt, seruare principium suum.
Qua enim in re, quæso, deprauatos ma-
lōsque esse dæmonas dicimus, nisi quòd
diuina bona velle & perficere destiterunt?
Iam verò si naturā mali sunt dæmones,
semper sunt mali. Atqui malum non est
stabile. Si igitur semper eodem in statu
sunt, non sunt mali: semper enim idem
esse, boni est proprium. Si verò non sem-

Iuda b



262 B. DION. AREOPAG.
per mali sunt, non sunt mali naturâ, sed
angelicorum bonorum penuria: nec planè
expertes sunt boni, hoc ipso quòd & sunt,
& viuunt, & intelligunt, omninoque inest
in eis motus quidam appetitus. Mali au-
tem ex eo dicuntur esse quòd in naturali
actione imbecilles sunt. Deprauatio igitur
eis malum est, & ab eis quæ illis digna
sunt, discessus, repulsa, cessatio, & imbecil-
litas: facultatisque in eis perfectione con-
seruantis infirmitas, declinatio, prolapsio.
Sed quod aliud malum est in demonibus?
Ira auersa à ratione, amens cupiditas, præ-
ceps visio. Atque hæc etsi in demonibus
insunt, non tamen omni ex parte, nec in
omnibus, neque ipsa per se sunt mala.
Etenim in aliis animantibus non hæc ha-
bere, sed extinguere interitus est animan-
tium, & malum: si autem habeantur atque
insint, conseruant animalis naturam quæ
hæc habeat, facitque ut extet. Non igitur
malum est demonum genus, quatenus
inest in eo quod est secundum naturam,
sed quatenus abest, nec mutatum bonum
vniuersum quod eis tributum est, sed ipsi
à toto bono quod eis datum erat, deflexe-
runt: dataque eis angelica munera muta-
ta esse dicimus, sed sunt & integra, & ni-
hilissima, ipsique non vident quòd suas fa-
cultates

DE DIVI. NOMI. LIB. 263
cultates cernendi causa benignè concessas
obstruxerint. Ita fit, ut quod sunt, & ex
bono sint, & boni, pulcherrimumque ac bonum
appetunt, cum stratum, vitam, intelligen-
tiam quæ extant, appetant: atque bonorum
quæ ipsis accommodata sunt, & priuatione,
& declinatione, & prolapsione, sunt
mali: suntque mali quatenus pulchri non
sunt, & quod non est appetentes, malum
appetunt. Verum animos aliquis malos
esse dicit: si propterea quòd sunt antè in
malis prouidentia conseruationisque vi ac
nomine, hoc malum non est bonum, & ex
bono, quod etiam malum bonum reddit.
Si quòd deprauentur, mali que fiant ani-
mi, malos eos esse dicimus: quo deprauan-
tur, nisi bonarum affectionum actionum-
que priuatione, quapropter imbecillita-
tem suam non assequuntur, sed ab eis
prolapsi sunt? Etenim aëra etiã qui nobis
offensus est, obductum tenetris esse dicimus
luminis priuatione & absentia: lumen au-
tem ipsum lumen est semper, quod etiam
tenebras illustrat. Non igitur aut in dæmo-
nibus, aut in nobis malum inest, quasi sit
aliquid malum, sed quòd perfectionis bo-
norum propriorum & accommodatorum
sit priuatio. Nec verò in animantibus ra-
tionis expertibus inest malum. Si enim



264 B. DION. AREOPAG.
iram sustuleris, cupiditatēque ac omnia
alia quæ dicuntur, nec sunt omnino mala
natura sua. Leo quidem, si fortitudinem
& ferocitatē amiserit, ne leo quidem erit:
canis autem si blandus sit omnibus, non
erit canis: si quidem canis est custodire, &
domesticum quidem admittere, excludere
autem & fugare alienum. Ita fit, vt non
interire naturam, non sit in malis, sed in-
teritus naturæ imbecillitas priuatioque &
affectionum, & actionum, & facultatum
naturalium: nec si omnia quæ generantur
certo tempore perfecta sunt, idcirco id
quod minus perfectū est, contra omnem
naturam est. In tota etiam natura non est
malū. Si enim naturales rationes ab uni-
uersa natura omnes proficiscuntur: nihil
est ei contrarium. Vnicuique autem natu-
ræ aliud secundū naturam erit, aliud non
secundū naturam. Alij enim aliud est cō-
tra naturam: quodq; huic naturale est, illi
contra naturam naturæ porro vitium est,
quod est contra naturam, eorum scilicet,
quæ secundum naturā sunt priuatio. Non
igitur mala est natura, sed hoc naturæ ma-
lum est, nō posse ea quæ naturæ suæ sunt
perficere. Quin ne in corporibus quidem
est malum. Deformitas enim & morbus
illud pulchritudinis defectus est, hoc or-
dinis

DE DIVI. NOMI. LIB. 265
dinis constitutionisq; priuatio: quod qui-
dem non est omnino in malis, sed minus
pulchrum. Si enim planè pulchritudo, for-
ma & constitutio naturalis deleantur, cor-
pus etiam ipsum interibit. Corpus autem
nō esse mali causam animo, hinc perspici
licet, quod malum sine corpore esse, & co-
herere potest: vt in demonibus. Hoc enim
demum est malum, & mentibus, & ani-
mis, & corporibus, imbecillitas propria
accommodatāque bona adipiscendi, & ab
eis prolapsio. Nec verò tritū & vulgatum
malum, in materia est, vt aiunt, quatenus
materia est. Etenim hæc quoque tum or-
natus, tum pulchritudinis, tum formæ
est particeps. Quod si cum horum experts
est materia, per se qualitate & forma ca-
ret: quomodo aliquid materia facit, quæ
ne patiendi quidem potestatem per se ha-
beat? Præterea quomodo materia ma-
lum est? Si enim nusquam vllō modo est:
nec bonum est, nec malum. Si verò est
aliquid, (quæ autem sunt, ex bono sunt
omnia:) ipsa etiam ex bono fit necesse est:
atque aut bonum mali efficiens erit, aut
malum, bonum, vt quod sit ex bono, aut
malum boni efficiens: aut bonum, vt quod
ex malo sit, malum: aut certè duo rur-
sus principia erunt, atque ea ab vno ca-



266 B. DIONYS. AREOP.
pitate pendentia. Quòd si materiam ad totius mundi expletionem absolutionemque necessariam esse dicant, quò malum est materia? Aliud enim est malum esse, aliud necessarium. Quomodo autem bonus ex malo aliqua in lucem profert: aut quo pacto malum est id quod bonum requirit? Fugit enim boni naturam, malum. Quomodo verò naturam & generat & alit materia, si mala est? Malum enim hoc ipso, quòd malum est, nihil procreat, aut alit, aut omnino facit, aut seruat. Quòd si dicant, eam quidem non procreare malum in animis, sed eos trahere, quomodo hoc verum erit? Multi enim eorum sibi habent propositum bonum: quod quò tandem fieret, si eos materia omnino ad malum alliceret? Non igitur ex materia in animis est malum, sed ex inordinato incompositoque motu. Si verò hoc afferunt, eos materiam sequi omnino: estque necessaria instabilis materia iis quæ per se consistere non possunt: quomodo aut malum necessarium est, aut quod necessarium est malum? Quin ne hoc quidem quod dicimus priuationem, vi sua bono repugnat. Perfecta enim & absoluta omni ex parte imbecilla est priuatio: quæ autem ad partem accommodatur, non quatenus priuatio est, vim vlam

DE DIVI. NOMI. LIB. 267
lam habet, sed quatenus priuatio perfecta non est. Si enim priuatio boni sit quæ ad partem accommodatur, nondum malum est: & si facta sit, natura etiam mali abiit. Sed vt summarim dicam, bonum ex vna integræque causa existit: malum autem ex multis singularibusque defectibus. Scit Deus malum, quatenus bonum est, atque apud eum causæ malorum, sunt bonorum effectrices potestates. Quòd si malum æternum est, efficit, potest, est, & facit: vnde ei hæc omnia? num ex bono? an bono ex malo? an vtrique ex alia causa? Omne quod est secundum naturam, ex certa definitaque causa nascitur. Malum autem si causam non habet, nec definitum est: non est secundum naturam. Neque enim in natura est, quod est contra naturam: neque inscitæ in arte inest ratio. Nū animus causa est malorum, quemadmodum calor ignis? atque omnia ad quæ accesserit, malis implet? an bona quidem, est animi natura, actionibus autem aliis ita affectus est, aliis non item? Si natura quidem, status etiam eius est malus. Sed vnde statum habuit? an à causa bona, quæ effectrix est rerum omnium? At si ab ea, quomodo est malum per se, & essentia sua? Eius enim effecta omnia sunt in bonis. Sicut autem ipsis actio



actionibus, ne hoc quidem est immutabile. Alioqui vnde virtutes nascerentur, nisi ipse etiam boni speciem praeferret? Relinquitur ergo malum imbecillitatem, atque priuationem boni esse. Causa vna est bonorum. Si bono malum est contrarium, mali causae erunt multae, non tamen efficientes sunt malorum rationes atque facultates, sed imbecillitas, infirmitas, & non apta dissimilium compositio: neque immobilia sunt ac semper eodem modo se habent mala, sed infinita sunt & incerta, in aliisque & iis infinitis aliter feruntur. Malorum etiam omnium principium & finis est bonum. Boni enim causa sunt omnia, & quae bona sunt, & quae mala: quippe cum haec quoque boni desiderio agamus. Nemo enim proposito sibi malo facit, quae facit. Itaque non cohaeret malum, sed minus quam constat & cohaeret, cum boni causa, non sui fiat. Ponendum est malum esse non per se, sed propter aliud, ac non ex causa sua. Itaque cum sit, rectum illud quidem videretur esse, propterea quod boni causa agatur, sed reuera, rectum non est, quippe cum id quod non est bonum, bonum esse existimemus. Demonstratum est aliud esse quod expectatur, aliud quod fiat. Itaq; malum desle-

xit de via, est contra institutum & propositum, contra naturam, praeter causam, praeter principium a fine, a termino, a voluntate, ab hypostasi deflexit. Priuatio igitur est malum, defectus, imbecillitas, aptae compositionis vacuitas, peccatum, vacuitas propositi, pulchritudinis, vitae, mentis, rationis, perfectionis, sedis: quod causam non habet, quod interminatum est, quod sterile, ignauium, imbecillum, inordinatum, dissimile, infinitum, tenebrososum, expers essentiae, quod denique nusquam est villo modo. Quonam modo malum aliquid omnino potest, sui cum bono permixtione. Quod enim plane expers est boni, id neque est aliquid, neque potest. Etenim si bonum ipsum est, si voluntate appetendum, si est valens, si efficax: quonam pacto boni contrarium aliquid poterit, cum & essentia careat, & voluntate, & potentia, & actione? Non omnibus & omnino eadem, eademque ex parte sunt mala. Daemone malum est, quod a benigna mente deflexit: animo, quod a ratione: corpori, quod a natura. Quomodo extrante providentia mala sunt omnino? Non est malum, hoc ipso quod malum est, aliquid, neque in iis quae sunt: nec quidquam eorum quae sunt, providentiam effugit. Neque enim est malum, quod non sit admix-



270 B. DION. AREOPAG.
admixtum bono. Quod si nihil est in reſu
natura, quod non fit boni particeps: ma-
lum autem est defectus boni: nec res vl-
la omnino bono caret: profectò ad ea quæ
sunt omnia diuina prouidentia pertinet,
nec res vlla effugit prouidentiam: quinetiã
iis qui mali euaserunt, ad eorum, vel alio-
rum priuatum aut cõmunem vsum prouid-
entia benignè vitur: proprièque singu-
lis rebus conſulit. Itaque inconsideratum
vanumq; multorum verbum non proba-
bimus, qui aiunt oportere prouidentiam
inuitos etiam nos ad virtutem impellere.
Neque enim prouidentia est naturam in-
terimere & tollere. Itaque vt prouidentia
vniuscuiusque naturæ conſeruatrix, ea
quæ ſuis appetitionibus vtuntur, vt cuius-
modi gubernat & vniuerſos, & ſingulos
accommodatè vtriſque, quatenus eorum
quæ prouidentia reguntur, natura capit
vniuerſæ prouidentia beneficia, quæ cui-
que pro captu ſuo dantur. Non igitur
malum est aliquid, nec in iis quæ ſunt,
malum est. Nuſquam enim malum est,
quatenus malum. Nec quod malum fit,
hoc à poteſtate proficiſcitur, ſed ab imbec-
illitate. Ac dæmonibus, id quidem quod
ſunt, & ex bono est, & bonum: Malum
autem quod eis ex prolaptione à propriis
bonis

DE DIVI. NOMI. LIB. 272
bonis contigit, eſt & eiſdem ſtatus habi-
tuſque mutatio, & accommodata eis an-
gelis dignæ perfectionis imbecillitas. Ex-
petunt etiam bonum, quatenus ſtatim, vi-
tam, intelligentiamq; experunt: & bonum
non experunt, quatenus id quod non eſt,
optant: neque hoc eſt appetitus, ſed veri
appetitus declinatio. In ſcientia autè pec-
cantes vocant ſcripta diuina eos, qui in
cognitione boni, quæ latere non poteſt,
aut in effectione imbecilles infirmiſque
ſunt: atq; eos qui voluntatem ſciunt, nec
faciunt: eos qui audierunt quidem, ſed
imbecilles infirmiſque ſunt in fide, boniſque
actione. Nolunt etiam nonnulli intellige-
re, vt bene agant, propter deprauationem,
aut imbecillitatem voluntatis. Atque vt
ſummatim dicam, malum, quemadmo-
dum, ſæpe diximus, infirmitas, imbecil-
litasque ac priuatio eſt aut ſcientia, aut
ſcientia quæ latere nõ poteſt, aut fidei, aut
appetitus, aut actionis boni. Sed dicit qui-
ſpiam, infirmitati ſupplicium non deberi,
ſed contrà, veniam. Si non ſuppeteret po-
teſtas, rectè ſe haberet, honeſtèque eſſet
oratio. Sin à bono poteſtas proficiſcitur,
quod dat, vt diuina ſcripta tradunt, vni-
cuique omnino ea quæ illi accommoda-
ta ſunt: laudanda non eſt ſtatus ex bono
atque

LUC. II



atque bonis suis deflexio, deprauiatio, declinatio, & prolapsio. Verum hæc quidem à nobis in libro de iusto diuinoque iudicio satis pro virili parte dicta sunt: in quo quidem sancto instituto scriptorum diuinorum veritas, sophistarum rationes, & quæ iniquitatem atque mendaciū in Deum dicunt, vt stultas refellit. Nunc autem satis pro virili nostra laudatum est bonū, vt reuera bonum, vt principium finisque omnium, vt eorum quæ sunt complexus, vt speciei formæque eorum quæ non sunt efficiens, vt bonorum omnium causa, vt mali nullius causa, vt prouidentia, & bonitas perfecta, quæque tam ea quæ sunt, quam quæ non sunt, superat: & mala bona facit, suisque priuationem: omnibus expetendum, amandum, & diligendum, cæteraque omnia quæ supra vera demonstrauit, vt mihi videtur, oratio.

DE EO QUOD EST: IN
quo etiam de exemplaribus.

CAPIT V.

Nunc ad diuinum quod verè est eius, qui verè est nomen veniendum est, si tantum admonuerimus, nobis esse hoc loco propositum, non eam essentiam, quæ omnem

omnè essentia superat, qua ex parte essentia præstat, exponere (hoc enim dici non potest, estque incognitum, nec penitus exprimi potest, atque ipsam coniunctionem superat) sed laudare diuinæ principatumque tenentis essentia ad ea quæ sunt omnia progressum, qui essentia auctor est. Etenim diuinum boni nomen vniuersos omnium auctoris progressus explicans, & ad ea quæ sunt, & ad ea quæ non sunt, pertinet, atque ea quæ sunt, & ea quæ non sunt superat: eius autem quod est, nomen ad ea quæ sunt omnia pertinet, atque omnibus quæ sunt præstat: vitæ verò nomē, ad omnia quæ sunt pertinet, atque omnia quæ viuunt superat: Sapientia autem, ad omnia quæ mentem, rationem sensumque habent, pertinet, vincitque eadem omnia. Hæc igitur diuina nomina quæ prouidentiam enunciant, sermo noster laudare cupit. Neque enim ipsam diuinitatis, quæ omne essentia præstat, bonitatem, essentia, vitam, & sapientiam, quæ eadem omni essentia superior est, atque in abstracto, vt scripta diuina tradunt, fixa est, se expressurum esse pollicetur, sed partem boni efficientem prouidentiam, præstantemque bonitatem, bonorumque omnium causam laudat, & essentiam, vitamque ac sapientiam,

Psul. 17

quæ essentia atq; vitæ & sapiëntiæ causa est efficiens earum rerum omnium, quæ sunt essentia, vitæ, mentis, rationis, sensus cõpores. Sed nõ aliud esse ipsum bonum dicimus, aliud id quod est, aliud vitam, aut sapiëntiam, nec multas causas, aliàsq; aliorum diuinitates quæ res in lucem proferrunt, tum superiores, tum inferiores, sed vnus Dei progressus benignos omnes, diuinæque à nobis laudata nomina: atque vnum quidem generalem vnus Dei prouidentiam, alia autem magis minúsve generalia eadem munera declarare. Verùm dicit aliquis, cur, cū essentia latius pateat quàm vita, & vita quàm sapiëntia; iis quidem quas sunt ea quæ viuunt, iis autem quæ viuunt, ea quæ sensum habent, & hijs ea quæ ratione vtuntur, atque iis quæ ratione vtuntur mentes præstant, ac circum Deum sunt, eique propiores? Atqui ea maiora à Deo munera habuerunt, etiam superiora esse oportuit, ceterisq; antecellere. Sed quis essentia quidem ac vitæ expertia, ea quæ mente prædita sunt, esse poneret: hoc rectè diceretur. Sin autē diuinæ mentes & essentia, cetera quæ sunt superant, & vita alia quæ viuunt antecedunt, & intelligentia cognitionēque vincunt ea quæ sensum ac rationem habent:

& præte

& præter omnia quæ sunt, id quod pulchrum est ac bonum expetunt, eiuſq; sunt participes: profectò ex magis præsto sunt Deo, quæ abundanter eo participant, pluræque ac maiora ab eo acceperunt munera. Quemadmodum etiam ea quæ ratione vtuntur, iis quæ sensum habent, antecellunt, quòd ratione illa vincant, atque hæc sensu, & alia vita. Estq; mea sententia, verum hoc, ea quæ vno infinitisque muneribus prædito Deo magis participant, ei viciniora esse atque diuiniora iis qui his rebus vincantur. Quia etiam de his diximus, age ipsum bonum vt verè est, atque vt essentia omnium quæ sunt, auctorem causamq; laudemus. Qui est, vniuersè totiúsque essentia potètia quæ essentiam superat, auctor est, & causa, effectòrque eius quod est, eius quod coheret, essentia, natura: principium & mensuræ æternitatis ac temporū: vt ita dicam, entitas, & æternitas eorum quæ sunt, tempus eorū quæ sunt: status eorum quæ quoquo modo sunt: ortus eorum quæ quomodocunq; oriuntur. Ex eo enim qui est, & æternitas, & essentia, & quod est, & tempus, & ortus, & quod gignitur, & quæ insunt in iis quæ sunt, & quæ quoquo modo sunt, atque constant. Deus enim non quodam



276 B. DIONYS. AREOPA.
 modo est, sed absolute & liberè sine vllò termino, vniuerso illo quod est esse in se comprehenso & occupato. Itaque rex seculorū dicitur, quòd in eo & circum eum hoc totum esse, & sit, & constet Idemque nec erat, neq; erit: neque gignebatur, neque gignitur, neque gignetur: aut potius non est: sed ipse est status eorū quæ sunt: nec ea modò quæ sunt, sed ipse etiam status eorum quæ sunt, ex eo pendet, qui est ante secula. Est enim seculum seculorū, qui secula antecedit. Alius ergo repetentes dicamus, statū ea quæ sunt omnia & secula, siue æternitatem omnem ab eo qui antea erat habere: atque omnem quidem æternitatē ac tempus ex eo esse: omnis autem æternitatis atque temporis, & omnium quæ quoquo modo sunt, cum qui prius est, principium esse atq; causam: eoque participare omnia, nec ab eorum quæ sunt vllò illum discedere: eundemq; omnia antiquitate vnoare, & in eo consistere omnia: atque vno nomine, si quid quomodocunque est, id in eo qui antecedit, & est, & intelligitur, & cōseruatur. Atque ante cætera quæ ipse cum rebus communicat, status proponitur: estque ipsum per se esse, antiquius ipsa vita, ipsa sapientia, ipsa similitudine diuina, ceterisq; omnibus,

DE DIVI. NOMI. LIB. 277
 nibus, quibus res cum participant, ante ipsa omnia status sunt compotes: atque adeò ipsa etiā per se omnia, quibus ea quæ sunt participant, ipso per se statu participant: nec quicquam est, cuius non ipse per se status essentia sit & xū. Iure igitur ac merito prius quàm ex cæteris omnibus Deus vt est, ex suo munere quod aliis antiquitate præstat, laudibus ornatur. Nam cum ipse priorem superiorēque statum prior ac superior haberet: fecit, vt status omnis, ipsum dico per se statū, antè cohereret, ipsoq; statu quicquid quoquomodo est, constituit. Etenim principia eorum quæ sunt, omnia statu participant & sunt, principiaque sunt, & primo sunt, deinde sunt principia. Quòd si vis eorum quæ viuunt, quatenus viuunt, principium dicere ipsam vitā, & similiū vt similiū, ipsam similitudinem: coniuñctorūque vt coniuñctorum, ipsam contunctionem: ac eorum quæ ordine disposita sunt, vt eiusmodi, ipsum ordinem, & aliorum omnium, quæ hoc vel illo, aut vtroque, aut multis participant, & sunt hoc vel illud, aut verūque, aut multa: ita demum inuenies ea ipsa quæ cum illis communicantur, primum statu participare, ac primū eo ipso quòd sunt manere: deinde huius, vel il-



278 B. DIONIS. AREOPA.

lius esse principia, atq; hoc ipso quòd statu participant, & esse, & cum aliis comunicari. Quòd si hæc eo ipso sunt, quòd cum illis status comunicatur: multo certè magis ea quæ ipsis participât. Primum igitur ipsius status donum ac munus excellens ipsa bonitas depromens, ex prima & antiquissima communionem celebratur. Est etiam ex ea atq; in ea, & ipse status, & eorum quæ sunt, principia, & ea quæ sunt omnia, & quæ quomodocunque hoc ipso quòd sunt, continentur: atque id inuicè, copulatè, coniunctè. In monade enim numerus omnis vno modo ante cõstat: continetque omnem numerum monas in se vno modo: & numerus omnis coniunctus est quidem in monade: sed quatenus à monade proficiscitur, eatenus distinguitur & crescit. In centro quoque omnes orbis lineæ vna coniunctione coherent: punctumq; ipsum omnes habet in se relictas lineas vno modo coniunctas, & inter se, & cum vno principio, à quo prodierunt: atq; in centro quidem penitus coniunguntur, sed ab eo paulùm distantes, paulùm etiam diuiduntur, cum autè longius distant magis: omninoque quòd propinquiores sunt centro, eò magis & cum eo, & inter se coniunctæ sunt: & quo plus
ab

DE DIVI. NOMI. LIB. 279

ab eo distant, eò plus aliæ ab aliis absunt. Quinetiam in tota rerum omnium natura omnes vniuscuiusque naturæ rationes colligatæ sunt, vna eaque non confusa coniunctione: atque in animo totius corporis facultates, quæ consulere singulis partibus solent, vno modo cõiunctæ continentur. Non est igitur alienum, cum ex paruis imaginibus ac similitudinibus ad causam auctoremque rerum omnium ascenderit, omnia in rerum omnium auctore diuinis oculis contemplari, & quæ inter se contraria sunt, æquabiliter atque coniunctè. Est enim eorum quæ sunt principium, ex quo & ipse status est, & omnia quæ quomodocunque sunt, omne principium, omnis finis, vita omnis, omnis immortalitas, omnis sapientia, omnis ordo, omnis concentus, omnis vis, omnis conseruatio, omnis firmitas, omnis distributio, omnis intelligentia, ratio, sensus, habitus: omnis status, & motus: omnis connexio, omnis temperatio, omnis amicitia, omnis conuenientia, omnis diuisio, omnis terminus, cæteraque omnia, hoc ipso quòd sunt, quæ sunt omnia designat. Ab eadem etiam rerum omnium causa ortum habent, essentia diuinorum angelorum, quæ animo



280 B. DIONYS. AREOPA.

intelliguntur, & mentis sunt cōpotes: animorumq; ac totius mundi natura, & quoquo modo aut in aliis inesse, siue cogitatione esse dicuntur. Etenim sanctissimæ antiquissimæque virtutes, quæ verè sunt essentia, & quasi in vestibulis diuinæ Trinitatis locata, ab ea, atq; in ea & statum, & diuinum statum habent, ac secundum eas inferiores, inferiorem, vltimæque postremum, vt ad angelos: nostra autem ratione, mundo superiorem. Eademque ratione & animi, & quæ sunt omnia, & statum, & præclarum statum habent: suntq; ac rectè sunt, quòd ab eo qui est ante omnia, statum rectumq; statum habeant: atque in ipso & sunt, & bene sunt: principiumque ab eodem habent, & in ipso custodiuntur, atq; in ipsum desinunt. Ac primas quidem partes status præstatoribus essentis ac naturis tribuit, quas etiam æternas scripta diuina nuncupant: ipse autem status eorum quæ sunt omnium, nunquam relinquitur: atq; status ipse tum ab eo est, qui est ante omnia, tum eius est status, non ipse status: & in ipso est status, non ipse in statu: eumque habet status, non ipse statum habet. Idemq; ipse status est, & æternitas, & principium, & mensura cum antiquitate essentiam antecedit, sitque & eius

I. Cor. 4

DE DIVI. NOMI. LIB. 281

eius quod est, & æternitatis, & omnium essentia efficiens principium, medium, atq; finis. Ob eamq; causam à scriptis diuinis is qui verè primus est, omni eorum quæ sunt intelligentia multiplicatur & crescit: atq; in eo erat, est, erit, siebat, sit, fiet, propriè laudatur. Hæc enim omnia iis qui diuine intelligunt, cum omni intelligentia & cogitatione excellentius, quàm essentiam esse declarant, & eorum quæ quouis modo sunt, causam & auctorem. Etenim non & hoc est, & illud non est: sed est omnia, vt auctor omnium, atque in se principia omnia, omnes conclusiones atque fines eorum quæ sunt omnium continens, & ante omnia habens: idemq; omnia superat, vt qui ante omnia præstatiore modo sit quàm essentia. Itaque omnia de eo atque id simul dicuntur, nihilque est omnium: si gurâq; omni, & omni forma præditus est, cum interea formæ expers sit, ac pulchritudinis: principia, media, & fines eorum quæ sunt, liberè ac præcipuè in se occupauit, omnibusque statum vna eaque simplici causa integrè, & incorruptè impertit. Si enim sol hic quem videmus, eorum quæ sub sensum cadunt essentias, & qualitates, quanquam multæ sunt ac dissimiles, tamen ipse qui vnus est, aqua-

Apo. 1



282 B. DIONYS. AREOPA.
bilerq; lumen fundit, renouat, alit, ruc-
tur, perficit, diuidit, coniungit, fouet, fec-
cunda reddit, auget, mutat, firmat, edit,
mouet, vitaliaque facit omnia, & vnaque-
que res huius vniuersitatis pro captu suo
vnus atq; eiusdē solis est particeps, cau-
sāsq; multorū que participant in se æqua-
biliter anticipatas habet: certē maiore ra-
tione in eius atque omnium causa prius
constitisse omnium rerum exemplaria con-
cedendum est, vna quæ essentia superior
sit cōiunctione, quandoquidem essentias
etiam in lucem profert, quod secretus sit
ab essentiis. Exemplaria autem dicimus
esse essentia rerum effectrices rationes,
quæ in Deo coniunctæ antè fuerūt, quas
scripta diuina prædestinationes appellāt,
diuināsq; ac bonas voluntates, quæ con-
stituunt & faciunt omnia, quemadmo-
dum Deus qui essentia antecellit, ea quæ
sunt, & antè statuit, & in lucem protulit.
Quod si Clemens philosophus vult etiam
ad aliquid exemplaria, quæ in rebus ipsis
principatum tenent, referri: progreditur
quidem non propriis, generalibusque ac
simplicibus verbis oratio: sed vt conceda-
mus hoc etiam rectè dici, tamen memi-
nisse debemus Theologiæ, quæ hæc ait,
Non ostendi illa tibi, vt ea sequeris, sed
vt hos

DE DIUI. NOMI. LIB. 283
vt horum accommodata & consentanea
cognitione ad rerum omnium causam pro
virili parte euehamur. Quæ igitur sunt
omnia, ei vna atque ea secreta ab omni-
bus coniunctione tribuenda sunt: quippe
cū ipsa quæ à statu progressus essentia
effectoris atque bonitatis exorsa est, & per
omnia ambulat, statūmq; dat suis omni-
bus, atque omnibus quæ sunt delectatur:
omnia quidem in se antè habeat, vna eā-
que singulari simplicitate, quæ omnem,
vt ita dicam, dupliciter renouat, omnia
autem eodem modo continet sua infi-
nitate que longè latèque pertinet: & cum
omnibus vno modo cōmunicetur, quem-
admodum etiam vna eadēque vox à
multis auribus, vt vna percipitur. Eorum
ergo quæ sunt omnium principium & fi-
nis est is, qui omnia antiquitate antecedit:
principium quidem, vt auctor: finis
autem, vt cuius causa facta sunt omnia,
eorūque terminus: & infinitas omnis
infinitatis, ac termini eorum quæ sunt, vt
contraria. In vno enim, quemadmodum
sæpè dictum est, quæ sunt omnia, & antè
habet, & efficit: præsens est omnibus, &
vbique, atque id vno & eodem, ac eo-
dem toto: ad omnia venit, & in se manet:
stat & mouetur: & nec stat, nec mouetur.
nec



284 B. DIONYS. AREOP. A.
 nec principium habet, aut medium, aut
 finem: neq; est in aliquo eorum quæ sunt:
 nec quicquam est eorū: nihil eorum quæ
 ex æternitate sunt, aut ex tempore ei con-
 uenit, sed à tempore, ab æternitate, ab
 iis quæ in æternitate sunt, & ab iis quæ in
 tēpore, omnibus semotus ac secretus est.
 Itaq; æternitas ipsa mensuraq; rerū om-
 nium, & quæ sub mensuram cadunt per
 ipsum, & ab ipso, facta sunt. Sed de his
 quidem aliis locis commodius dicitur.

DE VITA.
 CAP. VI.

NVnc autem nobis laudanda est æter-
 na vita, ex qua ipsa vita, omnisq; vi-
 ta pendet, & à qua in omnia quæ qualem-
 cunque vitam degunt, vita pro modo cu-
 iusque diffunditur. Etenim immortalium
 angelotū vita, & immortalitas, æternūq;
 angelorum motus, qui ab omni interitu
 solutus est ac liber, tum ex ea, tum per
 eam, & est, & coheret. Itaque vivere sem-
 per, immortalēq; dicuntur: rursusq; non
 immortales, quod non à se immortalita-
 tem æternamq; vitam habent, sed à causa
 vitali, & quæ vitam omnem efficit ac con-
 tinet. Atque ut id quod est dicebamus
 ipsius status esse æternitatem: sic hoc loco
 rursus

DE DIVI. NOMI. LIB. 285
 rursus vitam, vita omni superiore, diui-
 namque vitam ipsius vitæ vitalem causam
 esse dicimus, & quæ facit, ut cohereat.
 Vita etiam omnis vitalisq; motus à vita,
 quæ vitam omnem superat, & omne to-
 tius vitæ principium, proficiscitur. Ab ea-
 dem quoque animi immortalitatem ha-
 bent: animantiaque omnia, & quæ stir-
 pibus nituntur ab extremo vitæ spiritu vi-
 tam habent: qua sublata, ut scripta diuina
 tradunt, vita omnis tollitur: & ad quam,
 si ea etiam quæ eius communionem im-
 becillitate deserunt, convertantur, reui-
 uiscunt. Ac primum quidem vita ipsa, &
 vniuersa vitæ dat ut sit vita, & vnicuique
 ut sit pro modo suo, quod ut sit, vim ha-
 bet à natura: celestibus etiam vitis mate-
 riæ experrem, diuinam, immutabilemque
 immortalitatem cōcedit, & sempiternum
 motum ab omni errore inflexioneque li-
 beram, atque ad dæmonum etiam vitam
 pro singulari sua benignitate pertinet. Ne-
 que enim illa ut sit, & vita sit, atque per-
 maneat, ab alia causa, nisi ab ea habet. At-
 que etiam hominibus angelorum vitam
 largitur; quam concreti ex multis parti-
 bus adipisci possunt; ac pro summa huma-
 nitate sua nos etiam auersos & abductos
 ad se conuertit & reuocat. Quodque mul-

Psal. 103



286 B. DIONYS. AREOPA.
to est diuinius, nos etiam totos, animos dico, & paria corpora, se ad perfectam absolutamque vitam, & immortalitatem traducturum esse promisit, rem que antiquitati quidem contra naturam fortasse videatur, mihi autem ac tibi, ipsiq; veritatis, & diuina, & supra naturam: sed supra naturam nostram dico, quæ videtur, non supra naturam rerum omnium præpotentem diuinæ vitæ. Ei enim ut quæ sit natura cum vitarum omnium, tum vel maxime diuinarum, vita nulla est contra naturam, aut supra naturam. Quocirca amentissimi Simonis scripti hac de re contradicendi ac refellendi causa libri, procul à choro diuino, & à sancto animo tuo pellantur. Ignorauit ea, mea quidem sententia, atque id cum sapiens suo iudicio esset, cum qui suæ mentis sit, euidenti sensus ratione adiutrice vti contra abstractam rerum omnium causam non oportere: atque hoc ei dicendum est, id esse contra naturam dicere, ei enim nihil est contrarium. Eadem vitalia sunt ac fouentur, & animantia omnia, & ea quæ stirpibus nituntur, siue eam dixeris quæ mentis est, siue eam quæ rationis, siue eam quæ sensus, siue eam qua alimur & crescimus, siue quanuis aliam vitam, aut vitæ fontem ac prin

DE DIVI. NOMI. LIB. 287
principium, aut vitæ essentiam: ea viuunt & viuificat, quæ vitæ omni antecellit, atque in ea causæ vi ac nomine æquabiliter antè constitit. Vita enim quæ vitam superat, vitæque est principium, tum vitæ omnis causa est, tum vitam propagat, complet atque diuidit. Estq; ex omni vita laudanda, propter omnium vitarum propagationem & fecunditatem, ut vniuersa omnisq; vita spectatur & celebratur, atque ut nihil requirens, aut potius vitæ plena, ipsa vita dicitur, & ut omni vita, ut ita dicam, vitalior, superiorque vita: aut quemadmodum quis vitam quæ exprimi non potest, more hominum laudauerit.

DE SAPIENTIA,
mente, ratione, veritate, fide.

CAP. VII.

A Ge verò, si videtur, veram aternamque vitam, & ut sapientem, & ut sapientiam ipsam laudemus, atque adeo ut omnis sapientia procreatricem, & omni sapientia intelligentiæque superiorem. Non enim solum Deus præter modum plenus est sapientiæ, & intelligentiæ eius non est numerus: verum etiam omnem rationem, intelligentiam ac sapientiam superat. Quod cum eximie intellexisset diuinus verè vitæ communis

Psal. 148



288 B. DIONYS. AREOPA.
 munis noster ac præceptoris sol: Quod
 stultum est, inquit, Dei, sapientius est ho-
 minibus: non solum quod omnis huma-
 na cogitatio error est quidam, si cum di-
 uinarum absolutissimarumque intelligen-
 tiarum firmitate stabilitateque compare-
 tur: sed etiam quod est hoc in more posi-
 tum Theologis, ut in Deo ea quæ sunt
 priuationis, contrario sensu dicant. Sic &
 non aspectabile dicunt scripta diuina lu-
 men splendidissimum: & eum qui mul-
 tis laudibus ornandus est, multaque no-
 mina habet, inexplicabilem, carentemque
 nominæ: & qui omnibus præfens est, at-
 que ab omnibus inuenitur, ut ita dicam,
 incomprehensibilem, inuestigabilem. Hoc
 igitur modo etiam nunc diuinus Aposto-
 lus stultitiam Dei laudare dicitur, dum id
 quod in ea rationi contrarium & absur-
 dum videtur, ad veritatem quæ exprimi
 verbis non potest, omnique ratione est an-
 tiquior, refert. Sed id quod alio loco dixi,
 cum ea quæ supra nos sunt, more nostro
 accipimus, sensumque familiaritate &
 cõsuetudine implicamur, atque diuina cum
 nostris conferimus: tum decipimur, quod
 diuinum abstrusumque verbum ex eo quod
 apparet persequamur: cum intelligendum
 sit, mentem nostram vim quidem ad intel-
 ligen-

Ioan. 1
1. Tim. 1
Psal. 12
Exod. 3
Psal. 138
1. rou. 18

Rom. 11

DE DIVI. NOMI. LIB. 289
 ligendum habere, quæ ea quæ intelligun-
 tur cernit, sed coniunctionem præterea,
 mentis natura superiorem, quæ cum iis
 quæ ipsam superant, coniugitur. Hec igitur
 diuina, non ingenio nostro, intelligere
 debemus, sed ita ut nos toti extra nos si-
 mus, totique Dei simus. Præstat enim nos
 Dei esse, quàm nostros. Ita enim demum
 diuina nobis tradentur, si cum Deo simus.
 Hanc ergo rationis & mentis expertem
 stultamque sapientiam præter modum lau-
 dantes, eam omnis mentis, rationis, sapien-
 tiæ & intelligentiæ causam esse dicamus:
 eamque esse omne consiliū, & ab ea scien-
 tiam omnem intelligentiamque proficisci:
 atque in ea omnes thesauros scientiæ & sa-
 pientiæ esse absconditos. Etenim cõgruen-
 ter iis quæ iam supra dicta sunt, sapientia
 quæ omni sapientia superior est, & sapien-
 tiæ ipsius, & vniuersæ, & vniuscuiusque est
 procreatrix: ab ea simplices beatasque me-
 tis perceptiones habent angelicarum me-
 tum quæ mente intelliguntur, & mentis
 sunt facultates, quæ non indiuiduis, aut
 diuiduis vel sensibus vel rationibus suis
 diuinam scientiam comparant, neque ali-
 cuius societate, & quæ contagione cum
 his cohærent, sed ab omni materia multi-
 tudineque & admixtione soluta ac libera,

2 Reg. 24

Co. off. 2



mente, sine materia, æquabiliter ea quæ in diuinis intelligeda sunt intelligunt: eisque est mentis vis & actio, quam puritas, quæ nihil admixtum, nihilque inquinatum habet, illustrat: quæ eadem facile diuina sensa perspicit & contemplatur, partim quòd partibus non constat, partim quòd materia vacat: partim quòd coniunctione diuinæ similitudinis ad diuinam sapientiaque præstantiorem, & mentem, & rationem exprimitur atque formatur. A diuina etiam sapientia animi vim ratiocinandi habent: ac fusè quidem & in orbem in rerum veritate versantur, atque hoc ipso singularibus illis mètibz inferiores sunt, quòd diuidua omniisque generis varietate vtuntur, sed multorum in vnum collatione & collectione, parem etiam cum angelis vim intelligendi, quatenus animis conceditur, assequuntur. Quin etiam si quis dixerit sensus ipsos sapientia: quandam esse particulam & vestigium, is non aberrabit. Atque etiam dæmonum mens, quatenus mens est, ab ea proficiscitur. Quatenus autem mens est auersa à ratione, quæ nec scit, nec vult id quod appetit, assequi, verius dicenda est à sapientia prolapsio. Verùm sapientia: quidem ipsius, & vniuersa, mentisque omnis ac rationis, & sensus

sus omnis diuinam sapientiam principium esse, causam, procreatricem, perfectionem, custodem, finemque diximus. Quomodo autem Deus ipse, qui est sapientia omni sapientia præstantior, atque mens & ratio, atque cognitor, laudatur? Quomodo enim pacto aliquid eorum quæ animo intelliguntur, intelliget, cum mentis actionibus careat? aut quomodo ea quæ sub sensum cadunt, cognosceret ac sciet, cum omni sensu sit superior? At qui eum scire omnia scripta diuina tradunt, nihilque fugere diuinam scientiam: sed id quod sapè dixi, diuina pro Dei dignitate accipienda sunt. Intelligentia: enim sensusque vacuitas in Deo excellentia & præstantia ponenda est, non priuatione, quemadmodum etiam rationis expertis tribuimus ei qui rationem omnem superat, & , vt ita dicam, imperfectionem ei qui omni perfectioni antecellit, atque caliginem quæ tractari cernique non potest, luci ad quam aditus non patet, lucis quæ videtur præstantia. Quare diuina mens omnia continet scientia quæ secreta est ab omnibus, quòd per causam rerum omnium in se omnium rerum scientiam anticipatam habet: ita vt angelos, antè quàm fierent, cognosceret proferrètque in lucem, & quæ

I. Ioan. 3

sunt omnia ex se atque ab ipso, ut ita dicam, initio, cognita haberet, in lucemque proferret. Idque diuina scripta tradere existimo, cum aiunt, Qui nouit omnia ante quam fierent. Neque enim ea quae sunt ex iis quae sunt discens, nouit diuina mens, sed ex se, & in se per causam, rerum omnium cognitionem, scientiam essentiamque anticipatam, & ante comprehensam habet, non quod per speciem singula consideret, sed quod vno causae complexu omnia sciat & contineat: quemadmodum etiam lux per causam in se tenebrarum notitiam anticipatam & informatam habet, quod non aliunde quam ex luce tenebras norit. Se ipsam ergo noscens diuina sapientia, nouit omnia, sine materia ea quae ex materia constant, sine diuisione ea quae diuidua sunt, multa coniuncte, dum ipso vno omnia, & noscit, & procreat. Si enim causa vna Deus rebus omnibus statim largitur, eadem etiam causa vna omnia, ut a se profecta, & in se ante constantia cognoscet, nec ab iis quae sunt, ipsorum notitiam accipiet, sed & singulis sui, & aliis aliorum notitiam impartiet. Non igitur propriam sui notitiam Deus habet, aliam autem, quae communiter ac generaliter ea quae sunt omnia comprehendit. Ipsa enim

enim se ipsam omnium causa noscens, nullo prorsus modo ea quae a se profecta sunt & quorum causa est, ignorabit. Hac ergo Deus ea quae sunt noscit, non rerum notitia, sed sui. Etenim angelos quoque scripta diuina ea quae in terra fiunt, scire tradunt, non quod ea sensibus noscant, etsi sub sensum cadant, sed mentis suae diuinam speciem praesferentis vi atque natura. Hoc autem loco quaerendum est, quomodo nos Dei notitiam habeamus, cum nec animo cernatur, nec sub sensum cadat, nec sit quidquam penitus eorum quae sunt. Verè fortassis hoc diceretur, Dei nos habere notitiam, non ex ipsius natura (est enim incognita, omnemque rationem mentemque superat) sed ex rerum omnium descriptione, ut quae ab eo prolata sit in lucem, & imagines quasdam similitudinisque diuinorum eius exemplarium in se contineat, ad id quod omnia superat, via & ordine pro virili parte omnium detractioe & praestantia, omniumque causa ascendimus. Itaque in omnibus Deus noscitur, & sine omnibus: scientiaque Deus cognoscitur, & ignorantia: estque eius & notitia, & ratio, & scientia, & tactus, & sensus, & opinio, & visio, & nomen, & cetera omnia: & neque intelligitur, neque dicitur, neque nomi-

Apo. x



294 B. DIONYS. AREOPA.
 natur: non etiam est aliquid eorum quæ
 sunt, nec in quoquam eorum quæ sunt
 noscitur: & in omnibus est omnia, atque
 nihil in quoquam: omnibusque ex omni-
 bus cognoscitur, & ex vlla re nemini. Hæc
 enim etiam rectè de Deo dicimus. Atque
 ex iis quæ sunt omnibus laudatur, omni-
 um quorum auctor est proportione.
 Est etiam rursus diuina Dei scientia &
 notitia, quæ ignoracione hauritur, per
 coniunctionem quæ mentem omnem su-
 perat, quando mens ipsa à rebus omni-
 bus abducta primùm, deinde etiam se
 ipsam deferens, cum splendidissimis ra-
 diis coniungitur, atque illinc, & ibi in-
 uestigabili sapientiæ profundo illustratur.
 Quia etiam ex omnibus, vt dixi, ea co-
 gnoscenda est. Hæc enim, vt scripta di-
 uina tradunt, omnium est artifex, & sem-
 per omnia componit, estque causa indis-
 solubilis coherentiæ & ordinis omnium:
 finisque priorum cum sequentium prin-
 cipiis semper connectit, & vnã vniuersi
 conspiracionem concentumque pulcher-
 rimè efficit. Ratio autem Deus cum lau-
 de appellatur à scriptis diuinis, non so-
 lum propterea quòd & rationem, & men-
 tem, & sapientiam suppeditet, sed etiam
 quòd omnium causas in se æquabiliter
 antici

Prover. 8

Ioan. 1

DE DIVI. NOMI. LIB. 295
 anticipatas habet, quòdque per omnia
 vadat, pertingens, vt scriptum est, vsque
 ad finem omnium: & in primis quòd di-
 uina ratio ad id omne quod simplex est,
 pertineat, secretaque sit ab omnibus præ-
 ter cetera omnia modo quodam, qui
 essentiam superat. Ratio hæc simplex est,
 & quæ verè est veritas, in qua vt nitida,
 & ab omni errore soluta ac libera om-
 nium rerum scientia, diuina fides, stabilis
 eorum qui crediderunt sedes consistit,
 quæ hos ipsos in veritate collocat, & in
 eis veritatem, eiusdem sententiæ coniun-
 ctione, quæ dissuaderi non possit, quòd
 ij qui crediderunt, simplicem teneant ve-
 ritatis scientiam. Si enim cognitio vim
 habet coniungendi ea quæ cognoscunt,
 & quæ sciuntur, ignoratio autem muta-
 tionis semper causa est, eique qui ignarus
 est, sui diuisionis ac distractionis: certè
 eum qui veritati credidit, vt scripta diuina
 tradunt, nihil abducat à veræ fidei domo,
 in qua immobilis immutabilisque con-
 iunctionis habebit constantiam. Probè
 enim intelligit se bene animo esse consti-
 tutum, is qui cum veritate coniunctus est,
 etiam si multi eum castigent, quasi de statu
 dimotus sit. Ignorat quidem eum illi per
 veram fidem ab errore abductum, c

Sap. 2

Rom. 2

instructum esse cum veritate: ipse autem certò scit se non insanire, vt illi putât, sed ab instabili mutabiliq; in omni genere, & varietate erroris motu, per veritatem quæ semper eodem modo se habet, liberatum. Sic igitur præcipui diuinæ sapiëntiæ nostræ duces quotidie pro veritate moriuntur, testificâtes, vt par est, & verbo & re, veram vnâque Christianorum disciplinam ac scientiam omnium esse, & simplicem maximè, & diuinissimam: atque ad eò solam hanc veram esse, & vnâ simplicem Dei scientiam.

*DE VI, IUSTITIA, SALUTE, redemptione in quo etiam de
inequalitate.*

CAPVT VIII.

Sed quoniam diuinâ veritatem sapiëntiamque omni sapientia superiorem, etiam vt vim laudant, atque vt iustitiam Theologi, salutemq; eam appellant & redemptionem: age hæc quoq; diuina nomina pro virili parte explicemus. Summâ quidem diuinitatem ab omni vi secretam esse; omniq; superiorem ac præstantiorem, quæ quomodocunq; & sit & cogitur, neminem eorum qui in scriptis diuinis versati sunt, ignorare existimo. Multis enim locis scriptura sancta ei cælestium etiam

Psal. 19

Psal. 127

etiam virtutum dominatum tribuit. Quomodo igitur eam Theologi etiam, vt vim siue virtutem laudant, cum ab omni vi ac virtute secreta sit: aut quo pacto in ea hoc virtutis siue potentiæ nomē intelligemus? Dicamus ergo, Deū esse vim ac potētiam quod vim omnē in se antè habeat & contineat, potētiaq; omnis auctor sit, & omnia vi quæ flecti circūferibiq; non potest, in lucem proferat, atq; ipsius potētia siue vniuersæ, siue vniuscuiusq; auctor, infinitaque vi ac potentia præditus, non solum quod vim omnem in lucem proferat, sed etiâ quod omnem quoq; vim ipsam multum superet, quodq; possit etiam infinite infinitas alias potentias præter eas quæ sunt, in lucem proferre, nec vnquâ potentia infinita, & infinite prolata in lucem, effectiorem potentiarum effectricis eius potētia quæ omnem infinitatem superat, obscurare & obruere possint: quod deniq; nec verbis exprimi, nec cognosci, nec cogitari intelligiue possit eius, quæ omnibus antecellit, potentia quæ singulari vi quæ prædita est, imbecillitatem etiam corroboret, extremaq; eius partes quæ percipi nō possunt, cōtinet ac vincit, quemadmodum etiâ in iis quæ valētia sunt, & sub sensum cadūt, animaduertimus: lumina enim quæ



298 B. DION. AREOPAG.
singulari splendore fulgēt, ad obtusos etiā
aspectus perueniunt: ferūntq; magnos ac
vehemētes sonos in aures etiam quæ non
facile sonos capiāt, penetrare. Quod enim
penitus non audit, id ne auris quidem est:
nec aspectus, quod non cernit omnino.
Hæc igitur Dei quæ infinitè potest tribu-
tio ac diuisio, ad ea quæ sunt omnia per-
uenit: nec quidquam est in natura rerum,
quod vim aliquā penitus habere non pos-
sit, sed aut intelligendi, aut ratiocinandi,
aut sentiendi, aut viuendi, aut coharendi
vim habet: atq; etiā status ipse, si dictu fas
est, vim coharēdi habet à vi, quæ omnem
essentiam superat. Ex eadem sunt diuinæ
virtutes angelicarū descriptionum: ab ea,
& statum immutabilem habent, & omnes
mentis, atq; immortales æternosq; motus
habent ipsamq; constantiam & boni cupi-
ditatem quæ minui non potest, à vi quæ
infinita bonitate prædita est, acceperunt,
cuius cōcessu ac munere & possunt, & hæc
sunt, & statū semper expetunt, & semper
posse cupere possunt. Proficiscuntur autem
inexhaustæ virtutis munera ad homines,
ad animātia, ad ea quæ stirpibus nituntur,
ad omnem deniq; naturam huius vniuersi-
tatis: confirmatq; ea quæ coniun-
cta & concreta sunt, ad mutuam amici-
tiam

DE DIVI NOMI. LIB. 299
tiam & societatem, quæ autē secreta diui-
sique sunt, vt sint pro suo quidq; modo at-
que termino, & non cōfusa, & nō permix-
ta: mundi ordines atque descriptiones in
bono suo cōseruat: immortales angelica-
rū coniunctionū vitas saluas & integras
tuetur calorūmq; ac luminū, & stellarum
naturas atq; ordines immutabiles: facitq;
vt possit esse æternitas: temporisq; conuer-
siones diuidit quidē progressionibus, col-
ligit autem reuocationibus: facit vt & vis
ignis restingui non possit, & aquæ fluxio-
nes exhauriri: aëris diffusionem determi-
nat: terram in nihilo firmat, vitalēsq; eius
partus integros custodit: mutuam elemen-
torum concentum, temperationemque ab
omni confusione ac diuisione liberū con-
seruat. Animi etiam corporisq; vinculum
continet, ac eorum quæ terra ex se fundit,
alendi crescendiq; facultates excitat, vim-
que omnium quæ essentiam attingit, te-
net: ac mundi indissolubilem constantiam
tuetur: diuinum statum donat, atq; iis qui
ad diuinum statum transferuntur, dat cō-
perueniendi facultatem: nihilq; est omni-
no eorum quæ sunt, quod non præpotens
rerum omnium Dei vis tuetur & cōtineat.
Quod enim nullā vim prorsus habet, neq;
est, neque aliquid est, neq; est vlla penitus
cuius



300 B. DION. AREOPAG.
eius eminentia. Quod si, inquit Elymas
Magus, præpotens rerum omnium est
Deus, quomodo aliquid non posse à
Theologo vestro dicitur? Maledictis au-
tem vexat diuinū Paulum, qui ait, Deum
seipsum negare non posse. Hoc autem
proposito, pertimesco, ne etiam amen-
tix nomine me ridendum pueris luden-
tibus præbeam, qui ædificia & in arena
constructa & infirma coner euertere, stu-
deamq; huius loci Theologi sententiam,
quasi aliquid signum quod attingi non
possit, assequi. Negatio enim sui, est à ve-
ritate prolapsio. Veritas autem est: & à
veritate prolapsio, est ab eo quod est, pro-
lapsio. Si ergo veritas est: negatio autem
veritatis, est prolapsio ab eo quod est:
Deus ab eo quod est, prolabi non potest:
neq; id est, quod non est, vt aliquis dicat,
ac non posse non potest: atq; non intelli-
gere per priuationem non potest: quod
cum sapiens iste non intellexerit, imitatur
athletas vincēdi imperitos, qui cum sapē
aduersarios iudicio suo imbecillos esse
finxerūt, & cum eis adumbrata pugna for-
titer dimicant, aerq; inanibus plagis au-
dacter percutiunt, aduersarios suos se vi-
cisse arbitrantur, seque prædicant, cum ne
vires quidem illorum norint. Nos autem
qui

DE DIVI. NOMI. LIB. 301
qui Theologi sententiam pro virili parte
inuestigamus. Deum laudibus afficimus,
vt præpotentem rerum omnium, vt bea-
tum, ac solum potentem, vt æternitati in
imperio suo dominantem, vt eum qui nul-
la re ab iis quæ sunt prolapsus sit, aut po-
tius qui omnia quæ sunt, vi essentia supe-
riore singularia & anticipata habeat: & iis
quæ sunt omnibus, vt & possunt esse, &
hoc vel illud sint summa vt virtute, larga
effusione dedit. Iustitia autē rursus Deus *Psal. 110*
laudatur, quod sua cuique pro dignitate *Psal. 113*
tribuat: quod modū pulchritudinem, ordi-
Sap. 1
nem, ornatum, omnēque distinctiones &
ordines termino, qui verē æquissimus est,
vnicuique definiat: & omnibus suæ cuiq;
actionis auctor sit. Diuina enim iustitia
omnia disponit, & determinat: omniāque
non confusa inter se, nec permixta custo-
diens, iis quæ sunt omnibus quod cuique
accommodatum est tribuit, pro ea quæ
vnumquodque eorum quæ sunt, attingit,
dignitate. Quæ si rectē dicimus, omnes
qui diuinam iustitiam reprehendunt, se-
meripos iniustitiæ planē condemnare
ignorant. Alii enim in mortalibus inesse
oportere immortalitatem, in iis quæ mi-
nimè perfecta & absoluta sunt, perfectio-
nem: in iis quæ liberos suos appetitus ac
metus



302 B. DION. AREOPAG.
motus habent, necessitatem, quæ ab aliis
mouentur: in iis quæ commutantur,
eundem statum: in iis quæ imbecillia fra-
giliaque sunt, vim perfectam: æterna esse,
quæ ad tempus durant: immutabilia &
immobilia ea, quæ natura mouentur:
æternas esse voluptates quæ ad tempus
durant, omninoque alia aliis tribuunt,
cum hoc intelligere deberent, diuinam
iustitiam hoc ipso veram esse iustitiam,
quod sua omnibus & accommodata tri-
buit pro cuiusque dignitate, ac vniuscuius-
que naturam in suo ordine vique con-
feruat. Sed dicit aliquis, non esse iustitiæ
& æquitatis, pati sanctos viros, sine au-
xilio à malis affigi. Cui respondendum,
si ij quos sanctos appellat, chara habent
ea quæ in terra sunt, quibus terreni ho-
mines student: illos planè amisisse diui-
num amorem: ac nescio qui sancti ap-
pellentur ij, qui iniuriam faciant iis quæ
verè amanda sunt, atque diuinis rebus,
dum illa iis quæ studio esse non debent,
neque amari ab ipsis non honeste obscu-
rantur. Sin ea quæ reuera sunt, amant:
lætari debent ij qui aliqua expetunt, cum
ea quæ cupiebant assequuntur. An non
propius accedunt ad angelicas virtutes
cum, cum pro virili parte diuinatû rerum
cupi

DE DIVI. NOMI. LIB. 303
cupiditate ducti, à terrenorum bonorum
studio secedunt, atque ad hoc fortiter exer-
centur in iis periculis & malis quæ hone-
sti causa perferunt? Itaque hoc verè dici
potest, potius esse diuinæ iustitiæ pro-
prium, non demulcere & dissoluere viri-
lem optimi cuiusque; animum terrenorum
bonorum largitionibus: nec si quis hoc fa-
cere conetur, auxilio præsidioque deser-
tos esse sinere, sed confirmare eos in præ-
claro immutabilisque statu, eisque qui eius-
modi sunt, tribuere pro dignitate. Hæc *Psal. 26*
etiam diuina iustitia, vt omnium salus lau-
datur, quod suam cuiusque & ab aliis solu-
tam ac liberam essentiam atque ordinem
conseruet atque tueatur, causaque sit suæ
cuiusque rei actionis. Si quis verò salutem
etiam laudet, quod omnia à deterioribus
conseruando liberet & eripiat: hunc etiam
nos laudatorem multiplicis variæque sa-
lutis probabimus: petemusque vt hanc &
primam omnium salutem statuatur, eam,
quæ ita omnia tueatur, vt nec in se muten-
tur, nec secum discordent, nec in deterius.
peiusque vertantur: & omnia sine inimi-
citiis & bello, suis quidque rationibus de-
scripta, custodit: omnemque inæqualitatem,
& alienam actionem ex omnium finibus
exterminat: & suum cuiusque modum ita
con



304 B. DION. AREOPAG.
 constituit, vt in contraria neque mutari
 possint, neq; transferri. Nec verò hanc sa-
 lutem extra institutum sacræ Theologiæ
 laudauerit, quòd ea quæ sunt omnia pro
 sua conseruatrice omnium benignitate à
 bonorum suorù amissione redimat, qua-
 tenus vniuscuiusque eorum quæ seruan-
 tur, natura fert. Itaq; redemptionem eam
 Theologi appellant, quatenus ea quæ ve-
 rè sunt in nihilum recidere non patitur:
 & quatenus si quid in errorem lapsum sit,
 & ab ordine deflexerit, diminutionemque
 cumuli bonorum suorù senserit: id etiam
 à detrimento, ab imbecillitate, à priua-
 tione redimit, id quod deest supplens,
 paternoque studio imbecillitatem firmās,
 & à malo excitans, aut potius in bono
 constituens, quòdque bonum effluerat
 resarciens, quod in eo inordinatum erat
 & deforme, disponens & ornans, ita vt in-
 regrum absoluat, & ab omni labe liberum
 dimittat. Sed de his quidem dictum est,
 ac de iustitia, quæ omnium æqualitatem
 dimittitur, & desinit omnemque inæqua-
 litatem quæ à priuatione æqualitatis sin-
 gulorum sumitur, exterminat. Inæquali-
 tatem enim si quis accipiat & interprete-
 tur differentias, quibus res omnes inter se
 distinguantur, huius etiam custos & con-
 serua

Psal. 19
Philip. 2
Sapient. 6

DE DIVI. NOMI. LIB. 305
 seruatricis est iustitia, cum omnia in om-
 nibus pexmixta confundi minimè patia-
 tur, sed ea quæ sunt omnia vniuscuius-
 que speciei, in quo natura ea esse voluit,
 custodiat.

DE MAGNO, PARVO:
 eodem, alio: simili, dissimili: statu,
 motu: æqualitate.

CAP. IX.

Q VONIAM autem magnum & paruum
 omnium auctori tribuitur, idemque
 & aliud, simile, dissimile, status, & motus:
 age hæc etiam diuinorum nominum si-
 gna, quæ nobis clara erunt, videamus.
 Magnus quidem Deus in scriptis diuinis
 laudatur, & in magnitudine, & aura re-
 netur, quæ diuinam declarat paruitatem.
 Idem quoque vt in illo scriptorum diui-
 norum loco, Tu autem idem ipse es: &
 alius ac diuersus, vt cum multarum figu-
 rarum ac foimarum à scriptura fingitur:
 & similis, vt similiū ac similitudinis con-
 ditor: & dissimilis omnibus, vt cui non sit
 similis: stans etiam, & immobilis, sed ens-
 que in seculum: ac mobilis, vt per omnia
 penetrans: omniāque alia diuinā nomina,
 quæ idem quod hæc efficiunt, & à scriptis
 diuinis laudantur. Ac magnus quidem

Psal 101



306 B. DIONYS, AREOPA,
Deus dicitur, tū ex sua magnitudine, quæ
se & cum omnibus quæ magna sunt com-
municat, & per omnem magnitudinem
diffundit atque extendit: locum omnem
continet, omnem numerum superat, om-
nem infinitatem transilit: tum ex summa
vi, actionisq; magnitudine, ac mune-
ribus, quæ ipso quasi fonte manant, qua-
tenus cum omnibus infinita profusione
communicata, tamen integra manet ean-
demque habent multitudinis exuperan-
tiam, nec communionibus minuuntur, sed
potius etiam redundant, & superant. Ma-
gnitudo hæc tum infinita est, tum quāti-
tate vacat, tum numero: atque eadem est
præstantia, quæ ex absoluta ac præter mo-
dum extenta natura magnitudinis quæ
comprehendi non potest, sumitur. Par-
uum autem vel minutum ac tenue, in eo
dicitur, id quod ad omnem molem inter-
uallumque accedit: & quod per omnia li-
bere graditur. Arque etiam quod par-
uum est, causa est omnium, elementi vim
obtinens: nusquam enim parui formam
non communicatam inuenies. Sic ergo
in Deo parui nomen accipiendum est, ve
quod in omnia, & per omnia liberè gra-
diatur, efficax sit, atque pertingat vique
ad diuisionem animæ & corporis, com-
pagum

Heb. 4

DE DIVI. NOMI. LIB. 307
pagum quoque & medullarum, & discer-
nat intentiones & cogitationes cordis, aut
potius ea quæ sunt omnia. Non enim est
creatura inuisibilis in conspectu eius. Par-
uum hoc quantitatis & qualitatis est ex-
pers, inuictum, infinitum, interminatum:
omnia comprehendit, cum ipsum cōpre-
hendi non possit. Idem verò, quod æter-
num est, superiore modo quàm essentia:
quod mutari non potest, quod in se man-
et: quod semper eodem modo se habet:
quod omnibus eodem modo præsens est,
atque ipsum per se, & in seipso cōstanter,
atque sine labe in pulcherrimis finibus
vnius eiusdemq; naturæ, quæ essentia su-
perat, locatum: ab omni mutatione prola-
phioneq; ac inclinatione & commutatio-
ne solutum ac liberum, non admixtum,
materiæ expers, maximè simplex, nihil re-
quirens, non augetur, nec minuitur. inge-
nitum, non quod mūdum genitum sit, aut
inchoatum sit, aut quod ab hoc, aut hoc
non sit genitum, aut quod nusquam vno
modo sit, sed quod omne id quod geni-
tum non est, superet, absoluteque ingeni-
tum sit, & semper sit, ac per se sit perfectū,
idemq; per se & à se vno eodemque mo-
do definitum sit: atque id quod idem est,
ex se & cum iis omnibus quæ naturæ vi

capere possunt communicet: & alia cum aliis copulet eiusdem naturæ abundantia atq; causa, & in se etiam contraria eodem modo anticipata habeat vna totius eiusdem naturæ causa, quæ superior sit, & vim vnum faciendi habeat. Aliud autem, quòd Deus omnibus prouidendi studio præsens est, omniaq; in omnibus salutis omnium causa fit, ita vt in se ipso interim maneat, & sine eiusdem naturæ suæ amissione, actione vna atque perpetua cohercat, sed que ipse vi immutabili, & inuicta ad Deos efficiendos eos qui conuersi sunt tradat. Variatum autem Dei per multiplices visiones figurarum diuersitate, alia quedam iis quæ videntur, præter id quod apparet, significari putare debemus. Vt enim si animum corporeum fingere vellemus, partesq; corporeas ei qui indiuiduus est, assignere: alio modo in eo partes quæ illi attributæ essent, intelligeremus, conuenienter partium animi priuationi: & caput quidem mentem, ceruicem autem opinionem, vt quæ inter facultatem rationis participem, & eiusdem expertem, sita esset: pectus iram, ventrem cupiditatem, crura & pedes naturam, partium nominibus pro facultatum signis venientes, diceremus: sic, ac multo etiam magis, in eo

in eo qui omnia superat, formarum figurarumque dissimilitudo sanctis, Deoque dignis ac mysticis interpretationibus à nobis explicanda. Quòd si vis tres corporis figuras Deo, qui nec tractari nec figurari potest, attribueret: latitudo quidem diuina dicenda est immèsa Dei ad omnia profectio: longitudo autem vis quæ ad omnia pertinet: profundum verò, obscuritas & ignoratio, quæ à rebus omnibus comprehendendi non potest. Sed ne imprudentes ex diuersarum dissimiliumq; & figurarum, & formarum, interpretatione, incorporea Dei nomina cum iis quæ ex signis sensus mouentibus ducuntur, confundamus: idcirco de his quidem in Theologia, quæ in signis versatur, dictum est. Nunc autem ipsam diuinam diuersitatem nõ commutationem aliquam naturæ eiusdem immutabilis esse suspicemur, sed eius ex vno multiplicationem, æquabilisque fecunditatis ad omnia profectioes. Similem porro Deum si quis vt eundem dicat, vt totum omnino sibi constanter & indiuiduè similem: nõ erit nobis similis in Deo nomen improbandum. Theologi autem Deum qui omnia superat, quatenus idem est, nulli similem esse asserunt, sed eum diuinam similitudinem iis dare, qui ad

Isaie 45



110 B. DIONYS. AREOPA.
 ipsum, omni & termino & ratione superiore, conuersi sunt, imitatione quam adhibere possunt: est etiam diuinæ similitudinis vis, quæ omnia quæ prolata sunt in lucem, conuertit ad causam. Hæc quidem Deo similia dicenda sunt, & ad diuinam imaginem similitudinemque; ficta: neque enim eis Deus similis dicendus est, quòd ne homo quidè similis est suæ imagini. Nam ea quidem quæ sunt eiusdem ordinis, fieri potest, vt & inter se similia sint, & vtrinque reciproce similitudo, & sint ambo similia æquè ex principali specie. In causa autem & effectis, non approbabitur reciprocationem. Neque enim solis his aut illis dat Deus, vt similia sint: sed causa est, cur similia sint omnia quibuscum similitudo est comunicata: idemque est etiã ipse similitudinis conditor: & quod in omnibus est simile, id simile est vestigio quodam diuinæ similitudinis, eorumque explet coniunctionem. Sed quid de hoc dicendū est? Theologia enim ipsa, id est, scriptura diuina, eum dissimilem esse prædicat, ex omnium ordinibus eicit, vt diuersum ab omnibus: quòdque admirabilius est, ne esse quidem aliquid ei simile tradit. Non tamen similitudini, qua res ei similes dicuntur, hæc nostra

DE DIVINOMILIB. 111
 nostra aduersatur oratio. Eadem enim & similia sunt Deo, & dissimilia similia quidem, communionem quæ esse potest eius, qui communicari potest cum nemine: dissimilia porro, quòd effecta à causis distat, insaisisque ac non comparandis mensuris ab illis vincuntur. Quid verò etiam de diuino statu, siue sede dicamus? quidnam aliud nisi Deum in se manere, & constanter in vna eademque natura, quæ sit immobilis fixum esse, ac firmiter locatum? eodemque modo, & in eodè agere? atque per id quod ipsum immutabile est, & quod ipsum immobile est, ab omni sui mutatione ac motu omnino solutum esse & liberum, atque id ratione quadam quæ essentiam superat? Is enim omnium & status & sessionis auctor est, qui omni sessioni atque statui antecellit: in eoque omnia constant, dum ex suorum bonorum quiete atque cõstitutione immota seruantur. Quid etiã dicemus, cum rursus Theologus, & ad omnia proficisci, & moueri dicunt eum, qui est immobilis? an non hoc quoque pro Dei dignitate intelligendum est? Moueri enim eum pie existimare debemus, non interitu, aut commutatione, aut variatione, non mutatione, non mutatione loci, non motu recto, non conuersione,



312 B. DIONYS. AREOPA.
 non eo qui ex utroque constat, non motu
 mentis, non animi, nō naturali: sed quōd
 Deus in lucem proferat & contineat om-
 nia, omnibusque prospicit modis omni-
 bus, & præsens est omnibus, tum com-
 plexu omnium, qui vitari non potest, tum
 providentię suę progressionibus, tū actio-
 nibus. Quinetiam motus Dei, qui mo-
 ueri non potest, ut Deo dignum est, lici-
 tum esse debet laudibus ornare. At recti
 quidem nomine, intelligenda & accipien-
 da est immutabilis actionum progressio,
 ortusque rerū omnium, qui ab ea prodiit:
 inflexi autem, & obliqui nomine, stabilis
 progressio, statusque fecundus: conuer-
 sionis verō nomine, eiusdem, mediōrum
 atque extremorum quę continent & con-
 tinentur complexus, atque eorum qui ab
 ipso prodierunt, ad illum cōversio. Quōd
 si quis diuinū eiusdē aut iustitię nomen,
 quo scripta diuina vtuntur, pro æquali
 accipiat: dicendum est, æquum esse Deum,
 non solum quōd partibus non constet,
 nec vsquam deflectat, verū etiam quōd
 ad omnia, & per omnia æquē perueniat,
 & quōd ipsius æqualitatis sit auctor, qua
 efficit, & omnium, aliorum per alia simi-
 lem progressionem, & eorum quę parti-
 cipant, æqualem cōmunionem, pro captu
 cuius

DE DIVI. NOMI. LIB. 313
 cuiusque, & parē largitionem, quæ cui-
 que fit pro dignitate: quōdque omnem æ-
 quabilitatem, eam quæ animo cernitur,
 eam quæ mentis est, quæ rationis, quæ
 sensus, quæ essentia, quæ naturę, quę de-
 nique voluntatis præcipuē, & coniunctē
 in se anticipatam habet vi & potentia
 omnis æquabilitatis effectrice, quę omni-
 bus antecellit.

DE PRÆPOTENTE RE-
 rum omnium, antiquo dierum, in quo
 etiam de aternitate & tempore.

CAPVT X.

Sed tempus est, Deum qui multa habet
 nomina, ut rerum omnium præpoten-
 tem, & ut antiquum dierū ornare dicen-
 do. Illud enim dicitur, quōd ipse est sedes
 quæ tenet omnia, quæ omnia & continet
 & cōplectitur, & firmat, & fundat, & con-
 stringit, & vniuersum in se indissolubile
 absoluit, & ex se omnia, quasi ex stirpe
 quæ omnia teneat, in lucem profert, &
 ad se ut ad profundum quod omnia ca-
 pit, conuertit omnia, eaque continet,
 quasi sedes capax omnium, & omnia quæ
 continentur vno complexu quasi omnia su-
 perat, munit, nec sinit ea ab se tanquam



314 B. DIONYS. AÆROPA.
 perfecta domo delapsa, agitatione, & impulsu perire. Dicitur etiam præpotens rerum omnium prima illa diuinitas, quod omnia superet, quod iis quæ gubernantur, sine vlla admixtione præsit, quod expectanda amandæque sit omnibus, & iugo voluntatis omnia coërceat, esseque dulces partus diuini ac præpotentis rerum omnium, & indissolubilis bonitatis suæ amoris offundat. Antiquus autem dierum Deus dicitur, quod omnium sit & æternitas, & tempus, quodque dies æternitatem, atque tempus antecesserit. Atque etiam temporis, diei, opportunitatis, & æternitatis nomine ex Dei dignitate appellandus est, quod omni motu immutabilis sit, & immobilis, quodque dum semper mouetur, in se maneat, & quod æternitatis, temporis, dierumque auctor sit. Itaque in sacris mysticarum visionum apparitionibus antiquus nouusque fingitur: quorum prior quidem veterem, & eum qui est ab initio, junior autem eum qui in senectutem compellit non potest, significat: aut utrunque eum ab initio ad finem per omnia progredi docet: aut, quemadmodum is quem nos in sacris rebus audiimus, ait, utrunque diuinam antiquitatem indicat, ita tamen, ut senex id quod primum est ordine tempore

D. in. 7

DE DIVI. NOMI. LIB. 319
 temporis: iuuenis autem siue nouus, id quod numero est antiquius, contineat: quandoquidem monas, & quæ ei vicina sunt, in numeris qui progressi sunt longius, & principatum obtinent. Temporis autem & æternitatis naturam ex scriptis diuinis cognoscendam esse existimo. Et enim non ea quæ planè & absolute ingenerata sunt, & reuera sempiterna, ubique æterna dicuntur: & ea quæ interire non possunt, & quæ immortalia sunt, quæque commutari non possunt: ut illo in loco, Eleuamini portæ æternitatis, id est, æternales, & in similibus. Sæpe autem etiam antiquissima *αἰώνος*, id est æternitatis, nomine designat & notat. Interdum rursus totam nostri temporis longitudinem *αἰώνος*, id est, seculum, vocant: quatenus etiam proprietas est temporis, antiquum esse ac immutabile, & statum rerum totum meriri. Tempus autem appellat illud, quod in ortu, interitu, atque in mutatione versatur, & aliàs aliter se habet. Itaque nos, quos hinc tempus definit ac circumscribit, æternitatem consequuturos esse scripta diuina tradunt, cum ad æternitatem quæ non interit, sed semper eodem modo se habet, peruenerimus. Nonnunquam verò scripta diuina & *αἰώνος* id est seculum, in tempore esse dicunt, & tempus

Psal. 32

Luc. 20



376 B. DIONYS. AREOPA.
tempus *αἰώνιον*, id est æternum: quam
scimus ab eis sapius, & magis pro-
priè ea quæ sunt, *αἰώνια*, id est æternita-
tis, & quæ oriuntur, temporis nomine de-
clarari. Non igitur omnino eiusdem æter-
nitatis esse, cuius Deus est, qui æternita-
tem antecedit, *αἰώνιος*, id est, ea quæ æter-
na dicuntur, putare debemus: sed sanctis-
sima diuina scripta constanter sequuti,
æterna quidem, & quæ sunt in tempore,
iis modis accipere, quos approbarunt: me-
dia autem eorum quæ sunt, & quæ fiunt,
ea quæ partim æternitate, partim tempore
participant: Deum verò & vt æternita-
tem, & vt tempus laudare, quòd temporis
omnis, & æternitatis sit auctor: antiquum-
que dierum, quòd tempus antecedit, &
tempus superet, mutetque & opportunita-
tes, & tempora: ac rursus quòd æternitates
ac secula antecedit, quatenus & ante
seculum est, & seculum superat. Et re-
gnum eius, regnum omnium seculorum.
Amen.

DE PACE, ET QUID SI-
bi velit ipse statuat, quæ sit ipsa vita, quæ
vis ipsa, & quæ ita dicuntur.

CAP. XI.

AGe verò diuinâ conciliandique prin-
cipem pacem, pace dignis laudibus
one

DE DIVI. NOMI. LIB. 317

ornemus. Ea enim est, quæ omnia con-
iungit, atque inter omnia cõcordiam con-
nexionemque & gignit & absoluit. Ita-
que eam omnia expetunt, quòd diuiduam
ipsorum multitudinem ad totam consun-
ctionem traducat, intestinumque bellum
huius vniuersitatis ad eiusdẽ generis do-
micilium coniungit. Diuinæ pacis com-
munionem ac societatem primæ virtutes con-
ciliatices, & secum ipsæ, & inter se, &
cum vna mundi pace prima, coniungun-
tur: inferioraque tum ipsa secum, tum
inter se coniungunt, tum cum vno cõ-
que perfecto omnium pacis principio &
auctore, qui ad omnia indiuiduè cum oc-
nit, quasi claustris ac septis quibusdam,
quæ diuisa quæ sunt copulant, omnia de-
finit, determinat, & munit: nec ea quæ di-
uisa sunt, sine ordine, sine firmitate ac se-
de, à Deo deferta, & à coniunctione sua
dimota, cõfusaque alia cum aliis infinitè,
& in immensum fundi patitur. Ac ipsa
quidem diuina pax, & tranquillitas, quam
sanctus Iustus silentiũ appellat, & ad om-
nem progressionem quæ cognoscitur, va-
cuitatem motus, quid sit, quòque modo
quiescat, & quo in se ac intra se sit, atque
secum tota coniuncta sit, nec cum in se
ingreditur, seque amplificat, suam defert
con



318 B. DIONYS. AREOPA.
coniunctionem, sed prodeat ad omnia,
manens intus tota singulari, quæ omnia
superat, coniunctione: nec dicere, nec cogi-
tate aut intelligere cuiquam licet, aut
idem potest. Verum hoc quoque, vt quod
exprimi non possit, nec cognosci, ei attri-
buentes, quod omnia superet: eius com-
munionem quæ intelligi dicique possunt,
atque id vt homines possunt, nosque ipsi
possumus, qui multis bonis viris conce-
dimus, consideremus. Ac primum quid-
dem hoc dicendum est, diuinam pacem
ipsius pacis, tum vniuersæ, tum singularis
esse procreatricem, omniaque inter se nõ
confusa eorum coniunctione temperare,
quæ sine diuisione, & interuallo coniun-
cta, tamen in sua quidque specie integra
permanent, ita vt nec perturbata sint con-
trariorum temperatione, nec quicquam
obsurent, & obruant certæ sanctæque
coniunctionis. Vnam igitur ac simplicem
coniunctionis pacis naturam videamus,
quæ omnia sibi ipsi ac sibi ipsis, & inter
se coniungit, omniaque sin non confuso
omnium complexu & iuxta, & tempe-
rata conseruat. Hac diuinæ mentes con-
iunctæ eũ suis notitiis & perceptionibus,
coniunguntur etiam cum iis quæ intel-
liguntur, rursusque ascendunt ad inco-
gnitam

DE DIUI. NOMI. LIB. 319
gnitam eorum quæ mente superiora sunt,
coniunctionem. Hac animi luas omnium
generum rationes coniungentes, & ad
vnam mentis puritatem colligentes, pro-
grediuntur congruenter sibi via & ordine
per materiæ expertem indiuiduamque in-
telligentiam ad intelligentiam superiorem
coniunctionem. Hac denique vna atque
ea indissolubilis omnium coagmentatio
diutina eius concentu coheret, perfectio-
que concentu, concordia, & consensione
conuenit, ita vt & sine confusione cogi-
tur, & contineatur sine diuisione: pen-
trat enim perfectæ pacis integritas ad ea
quæ sunt omnia, simplici maxime & li-
quida potentiæ suæ, vnius effectricis po-
tentia, coniungens omnia, colligansque ex-
trema per media cum extremis, coniun-
cta vna eaque cognata amicitia. Eadem se-
dat fruendâ etiã vltimis vniuersi sinibus,
omniaque vnitatibus, rebus iisdem, coniun-
ctionibus & collectionibus cognata efficit,
cum interim diuina pax indiuidua manet
atque in vno omnia ostendit, & per omnia
penetrat, nec naturam suam exiit. Progre-
ditur enim ad omnia, seque cum omnibus
pro captu suo comunicat, secunditatisque
pacis copia redundat, & coniunctionis
præstantia tota cum tota, ac per se totam
secum



320 B. DIONYS. AREOPA.
secum coniuncta permanet. Sed quomodo, dicit aliquis, omnia pacem expetunt? Multa enim mutatione & diuisione gaudent, nec vnquam sponte volunt quiescere. Si mutationem quidem & diuisionem qui hæc obicit, dicat vniuscuiusque eorum quæ sunt proprietatem, atque eam nihil eorum quæ sunt, quicquid ipsum sit, vnquam velle amittere: ne nos quidem repugnabimus, sed hunc pacis appetitum approbamus. Omnia enim secum in pace esse & coniungi cupiunt, & à se atque suis non posse dimoueri: est etiã perfecta pax vniuscuiusque; liquidæ proprietatis custos, seruâtque omnia nulla sua prouidentia que pacem cõcedit integra ab omni discordia & confusione, & omnia stabili firmâque potentia ad suam ipsorum pacem & tranquillitatem corroborat. Quod si ea quæ mouentur omnia, non quiescere, sed cieri semper suo motu cupiunt: hoc etiã diuinæ omnium pacis est appetitus, quæ omnia in se integra à prolapsione custodit, & omnium quæ mouentur proprietatem motricemque vitam immobilem constantemque seruat, dũ ea quæ mouentur secum pace iuncta, & eodem modo se habentia sua exequuntur. Si verò mutationem dicens à pace prolapsionem, cõfirmet

321 T F DIVI. NOMI. LIB. 321
firmet non esse omnibus pacem expetendam: maximè quidem nihil est in natura rerum, quod ab omni penitus coniunctione prolapsum sit. Quod enim omni ex parte instabile est, infinitum, infirmum & interminatum, id neque est aliquid, neque est in rebus ipsis. Quod si eos dicat paci, pacisque bonis aduersari, qui contentionibus, furoribus, mutationibus, seditionibusque delectantur: hi quoque obscuris paruisque desiderij pacis imaginibus tenentur, dum variis perturbacionibus agitati, eas inscienter sedare & cohibere cupiunt, seque perturbatos quod voluptatibus à quibus vincuntur, non potiantur, in pace & tranquillitate fore sperant eorum, quæ semper effluunt expectatione. Quid verò dicit de Christi pacem diffundente humanitate, qua docemur non iam bellum gerere nobiscum, nec inter nos, nec cum angelis: sed vnà cum ipsis diuina pro virili parte perficiemus Iesu prouidentia, qui omnia operatur in omnibus, facitque pacem, quæ verbis exprimi non potest, & ex omni aternitate præsnita est, nõsque sibi in spiritu, & per se atque in se patri reconciliat: De quibus eximiiis muneribus in Theologicis institutionibus satis multa dicta sunt, nostra cõ-



322 B. DIONYS. AREOPA.
firmantibus etiam libris diuinis, qui spiritus sancti instinctu scripti sunt. Sed quoniam me aliquando per epistolam interrogasti, quidnam dicam statum ipsam, vitam ipsam, sapientiam ipsam, teque dixisti tecum dubitasse, cur Deum interdum vitam ipsam esse dicam, interdum vitam ipsius conditorem: equidem te sancte vir Dei, ab hac dubitatione, cui causam dedimus, necessario duximus explicandum. Ac primum quidem, ut ea que millies dicta sunt, nunc quoque repetamus, non pugnancia dicuntur: cum Deus vis ipsa, aut vita ipsa, ac vitam ipsius, aut pacis, aut potentia auctor dicitur. Nam illa quidem ex iis que sunt, ac maxime ex iis que primo loco sunt, ut causa omnium que sunt esse dicitur: hac autem, ut omnibus etiam que primo loco sunt, modo quodam singulari superior. Quid vero, inquis omnino statum ipsum dicimus, aut vitam ipsam, aut cetera omnia, que absolute ac principio esse, atque a Deo primo loco condita esse ponimus? Quod autem diximus, non est inflexum, sed rectum, simplicemque habet explicationem. Nam nec essentiam quandam diuinam, aut angelicam esse dicimus statum ipsum, qui causa sit, cur sint que sunt omnia
(pria.

DE DIVI. NOMI. LIB. 323
(principium enim essentiaque ac causa cur sint que sunt omnia, solus est status ipse, qui essentia omni antecellit) nec vita procreatricem aliam: diuinitatem prater vitam illam Deo superiorem, que omnium que viuunt, atque vitam ipsius causa est, nec, ut summam dicam, principales illas essentias, effectrices, & auctores eorum que sunt dicimus: quas quidam & deos eorum que sunt, & effectores inconsiderate pronunciarunt, quos quidem vere ac proprie dicere nec ipsi potuerunt non extantes, nec eorum patres: sed statum ipsum, vitamque ipsam ac diuinitatem ipsam asserimus, primo quidem ac diuino modo, causeque vi primum omnium principium, & auctorem, qui principio omni & essentia antecellit: communicando autem virtutes prouidentia; que a Deo qui communicari non potest; dantur, ut status ipsius, vitam ipsius, diuinitatis ipsius largitionem, quibuscum ea que sunt pro capto suo participant, & esse, & viuere, & diuina esse dicuntur, aliaque eodem modo. Itaque primorum ipsorum Deus benignus conditor esse dicitur, deinde eorum que tota ipsa sunt, tum eorum que partes ipse sunt, tum eorum que omnino iis participant, postremo eorum, quibus



214 B. DIONYS. AREOPA.
cum illa ex parte communicantur. Sed
quid attinet de his plura dicere, cum nõ-
nulli ex diuinis nostris præceptoribus, &
bonitatis ipsius, & diuinitatis auctorem
dicant Deum, qui bonitatem omnem ac
diuinitatem superat: cum aiſit bonitatem
ipſam, & diuinitatem eſſe munus à Deo
profectum, quod bonos deõſque efficiat,
& pulchritudinem ipſam, profuſionem,
effectricem pulchritudinis, totãque pul-
chritudinem, & pulchritudinem quæ ad
partem accommodatur, & ea quæ om-
nino pulchra ſunt, quæq; ex parte pulchra
ſunt, aliãq; omnia quæ eodem modo dicta
ſunt atq; dicentur, quæ declarant procu-
rationes & beneficia, quæ cum rebus ipſis
communicantur, profecta à Deo qui com-
municari non poteſt, larga profuſione ac
redundantia, vt auctor omnium omnia
perſpicue ſuperet, & quod eſſentia natu-
ræque ſuperius eſt, planè iis quæ quauis
eſſentia & naturã continentur, antecellat.

DE SANCTO SANCTO.

*rum, rege regum, Domino do-
minorum, Deo
deorum.*

CAP. XII.

Quoniam autem ea quæ de his etiã
dicenda erant, debitum ſinem ac
termi

DE DIVI NOMI. LIB. 315
terminum habuiſſe exiſtimo: Deus qui
inſinita habet nomina, vt ſanctus ſancto-
rum, vt rex regnantium, & regnans in
ſeculum, in æternum & ultra: vt Dominus *Dan. 9*
dominorum, & Deus deorum nobis lau- *Pſal. 144*
dandus eſt. Ac primùm quidem dicendum *Exod. 15*
eſt, quidnam eſſe ſanctitatem ipſam pute- *Pſal. 49.*
mus, quid dominatum, quid diuinitatem, *135*
quidque declarare velint ſcripta diuina,
geminatiõne nominum. Sanctitas quidem
eſt, vt noſtra ratione dicam & ſententia,
ab omni ſcelere libera, perfectaq; ac omni
ex parte incontaminata puritas. Regnum
autem omnis termini, ornatus, iuris, ordi-
niſſque tributio. Dominatus verò non ſo-
lùm in inferiores præſtantia, ſed omnis
etiã & pulchrorum, & bonorum perfe-
cta poſſeſſio, verãque ac certa conſtantia.
Itaq; *κυριδνς παρὰ τὸ νῦν*, καὶ τὸ κῦ, v, νῦ
κυριδν. v, id eſt, dominatus ab eo quod ra-
tum eſt, & Dominus, & quod dominatur,
dicitur, *δ. τῦς ζ̄, ἢ πάρα δ. τῦς ζ̄*, id eſt, di-
uinitas autem eſt omnia contemplan-
s providentia, atque id, perfecta bonitate,
καὶ πάρα κυριδνς, id eſt, & omnia vndique
luſtrans atque complexu ſuo continens,
ſeque complens, iſſq; omnibus quæ ipſius
providentia fruuntur, antecellens. Atque
hæc quidem in cauſa quæ omnia ſuperat,



326 B. DIONYS. AREOPÁ.
absolutè laudanda sunt: eadèmq; appol-
landa est præstās sanctimonia, dominatio,
& regnum excellentissimum, maximèq;e
simplex diuinitas. Ex ea enim simul ac se-
mel nata est, ac distributa omnis simplex
vniuersa ac sincera munditiæ perfectio:
omnis rerum & ordo & descriptio, quæ
inconcinnitatem, inæqualitatem, ac non
aptam compositionem exterminat, gau-
dētq; vno eodemq; aptè recteq; disposito
ordine, & omnia quæ ipsam adipisci me-
ruerunt, continet: perfecta omnis & om-
nium quæ pulchra sunt possessio: omnis
denique diuina prouidentia, quæ contem-
platur & conseruat ea quæ curat, seq; be-
nignè offert ad formandam in eis, qui ad
ipsam conuertuntur, diuinitatem. Quo-
piam autem omnium auctor, rerum om-
nium plenissimus est: ex vna exuperantia,
quæ omnibus antecellit, sanctus sancto-
rum dicitur, atque cætera ex redundante
causa, præcipuaq; præstantia: vt si quis di-
xerit, quantū præstant ea quæ sancta sunt,
aut diuina, aut quæ dominantur, aut quæ
regia potestate præ sunt, iis quæ non sunt
eiusmodi, ac commuaiones ipsè iis quæ
illis participant: tantum omnia quæ sunt
superat is qui superior est ac præstantior
naturis omnibus, eaque omnia quæ par-
ticipant,

DE DIVI. NOMI. LIB. 327
ticipant, ductor qui communicari non
potest. Sanctos verò & reges, dominosq;e
ac deos scripta diuina appellant gradus &
ordines, qui in singulis primas obtinent,
quorum opera secundi siue inferiores mu-
nera quæ à Deo proficiuntur accipien-
tes, tributionis diuisionisq; illorum sim-
plicitatem in suis distinctionibus multi-
plicant & augent, earumque varietatem
primi ordines vtiliter, & diuine ad vnita-
tem suam contrahunt.

DE PERFECTO
& vno.

CAPVT XIII.

AC de his quidem hætenus. Reliquo
autè sermone si viderur, ad id quod
est potētissimum, veniamus. Scripta enim
diuina de auctore omnium, & omnia di-
cunt, & simul omnia eumq; vt perfectum
vnumque laudant. Perfectus quidem est
non solum, quod per se perfectus sit, & à
se vno modo æquilibrerq; desiniatur, ac
totus per omnia sit perfectissimus: verum
etiam quod perfectionem superet, vt qui
omnibus antecellat, ac omnem quidem
infinatam determinet, & vltra omnem
terminum explicatus sit: nec ab vllò capia-
tur aut comprehendatur, sed ad omnia



318 B. DION. AREOPAG.

& ultra omnia pertineat, perpetuis progressionibus interminatisque actionibus. Perfectus rursus dicitur, quod nunquam augeatur, semperque, suis omnibus numeris sit absolutus, quodque minui non possit, ut qui omnia in se anticipata habeat, & redundet vna & eadem perpetua atque cumulata, & que minui non potest erogatione, qua perfecta omnia & perficit, & perfectione sua explet. Vnum autem dicitur, quod singulari eximioque modo sit omnia vna unitatis praestantia, causaque sit omnium, sine vnus amissione. Nihil enim est eorum quae sunt, quod vnus non sit particeps: sed quemadmodum numerus omnis est particeps unitatis, vnaque duernio, & decas dicitur: & dimidiū, vnū tertia pars & decima vnum: scilicet omnia, omniumque particula vnum in se continent, atque hoc ipso quod vnum est, in rerum natura sunt, quae sunt omnia: nec vnum illud quod est causa omnium, vnum est de multis, sed antequam esset omne vnum & multitudo, omne vnū omnemque multitudinem determinat. Neque enim est multitudo quae non sit vnus particeps, sed id quidem quod multa est partibus, toto vnum est: & quod multa est accidentibus, vnum est subiecto: quodque multa est numero,

DE DIVI NOMI. LIB. 329

mero, vel potest esse, id vnum est species: & quod formis est multa, genere vnum est: quod denique multa est eruptionibus, vnū est principio: nec quidquam est, quod non aliqua ex parte vnus sit particeps, quippe quod hoc ipso quod est omni ex parte singulari, omnia & quae tota sunt, & contraria singulari etiam modo ante in se comprehenderit. Ac sine vno quidem multitudo non erit: vnum tamen erit sine multitudine: ut etiam monas omnem numerum multiplicatum & auctū antecedit. Quod si quis cum omnibus omnia coniuncta esse ponat, toto vnum erunt omnia. Praeterea hoc quoque intelligendum est, ea quae coniuncta sunt, coniuncta dici, vnus cuiusque species, quae prius intelligatur: atque vnum ipsum esse elementū omnium: ac si vnum sustuleris, nec totum, nec partem, nec aliquid aliud eorum quae sunt, futurum, Omnia enim in se vnum aequabiliter & anticipata habuit, & comprehendit. Hoc igitur modo scripta diuina totam diuinitatem, ut omnium causam laudat, & appellat vnus nomine: vnusque; Deus & pater ac vnus dominus Iesus Christus, vnusque etiam spiritus sanctus dicitur, ex praestanti totius diuinae unitatis vacuitate partium, in qua singillatim collecta & coniuncta

1. Cor. 8
Ephes. 4



330 B. DION. AREOPAG.
sunt omnia præstanti modo, & antè exi-
miè insunt. Itaque ad eam rectè referun-
tur, eique tribuuntur omnia, à qua, ex
qua, per quam, & in qua sunt omnia, &
ordine quodam disposita sunt, manentiq;
ac continentur, & perfecta sunt, ad eam-
que conuertuntur: nec quidquam inueni-
re possis, quod non vno, ex quo omnis
diuinitas nominatur, & sit id quod est,
& absoluator, & custodiatur. Nos etiam
debemus à multitudine ad vnum diuinæ
vnitatis vi conuersi, coniuñctè laudare to-
tam vnamque diuinitatem: & vnum illud,
quod est causa omnium, quod est omni
vno & multitudine, omni parte, & toto,
omni termino & determinationis priua-
tione, omni fine ac infinitate antiquius:
quod ea quæ sunt omnia, atque statum
ipsum determinat: quod & omnium, &
totorum omnium, & simul, & ante om-
nia, & super omnia, & singillatim causa
est, atque vnum ipsum superat, idemq; de-
terminat: quandoquidem vnum id quod
inest in iis quæ sunt, numeri rationem
habet: numerus autem essentia est parti-
ceps. Vnum verò quod essentia superioris
est, quodque vnum est, numerum etiam
omnem definit: idemq; est & vnus, & nu-
meri & omnis naturæ principium, causa,
numq;

DE DIUI. NOMI. LIB. 331
numerus & ordo. Itaque diuinitas, quæ
omnia superat, vnitatis & Trinitatis no-
mine celebrata, non est vt vnitas & Tri-
nitas aut à nobis, aut ab aliquo alio eorū
quæ sunt, cognita: sed vt etiā singularem
eius vnionem & cōiunctionem, diuinam-
que fecunditatem verè laudemus. Tri-
nitaris vnitatisq; nomine, diuinitatē quæ
omni nomini antecellit, exprimimus, &
in iis quæ sunt, eadem quæ omnem essen-
tiam superat. Nulla autē monas, aut trias,
neque numerus, neq; vnitas, aut fecundi-
tas, nec quidquam aliud eorum quæ aut
sunt, aut cogita sunt, arcanum illud sum-
mæ omniaq; superantis diuinitatis, quod
rationem omnem mentemq; vincit, enun-
ciat: neq; eius nomen est, neq; ratio, sed in
iis ad quæ aditus non patet, secreta est.
Quin ne ipsum quidem bonitatis nomen
ei accommodantes proferimus, sed desi-
derio aliquid rectè & intelligendi, & di-
cendi de natura illa quæ verbis exprimi
non potest, nomen omniū augustissimum
sanctissimumq; ei primū consecramus.
In quo etsi idem quod Theologi senti-
mus, tamen ab ipsa rerum veritate aber-
ramus. Itaque ipsi ascensum qui per ne-
gationes sit anteposuerunt, vt qui ani-
mum à sibi cognatis familiaribusq; rebus
abducat,



332 B. DION. AREOPAG.
abducatur, & per diuinas omnes notitias
atque perceptiones ambulet: à quibus exem-
ptum secretumque est id quod nomen
omne rationemque ac scientiam superat,
ad extremum autem ei illum coniungat,
quatenus nos etiam illi coniungi possu-
mus. Hæc nos diuina nomina, quæ ra-
tione intelliguntur, congesta, quoad eius
fieri potuit, explicauimus, non solum eo-
rum accuratæ interpretationi impares (hoc
enim verè etiam angeli dicant) aut laudi-
bus quas ei angeli tribuunt (etenim postre-
mis cõcedunt clarissimi nostri Theologi)
aut Theologis ipsis, aut eorum auditori-
bus vel sectatoribus, sed etiam inferiores
iis qui nostri sunt ordinis. Itaque si præ-
clare quidem habent quæ dicta sunt, ac
pro loco & ordine nostro verè interpre-
tationis diuinorum nominum sententiam
assequuti sumus & tractauimus: res ipsa
bonorum omnium auctori tribuenda est,
qui primùm dicendi, deinde bene dicendi
munus concessit: ac si quid eorum quæ
idem efficiunt, prætermisum est, illud
etiam nos eadem viâ & ratione accipere
intelligereque oportebit. Sin hæc aut non
recta sunt, aut inchoata sunt, & à veritate
vel omnino, vel ex parte aberrauimus:
erit humanitatis tuæ non sponte igno-
rantem

DE DIVI. NOMI. LIB. 333
rantem corrigere, scientiamque tradere
roganti vt doceatur, & non satis per se
munito subuenire, curareque agrotare
nolentem: & alia quidem à te, alia ab aliis
excogitata, omnia autem à bonitate acce-
pta, ad nos etiam mittere: nec te pigeat
in amicum beneficia conferre. Nos enim
etiam, vt scis, rationem nullam earum
quæ nobis de sacris traditæ sunt intra
priuatos parietes continuimus, sed eas
veras atque incorruptas & recum, & cum
aliis vitis bonis communicauimus, com-
municabimusque quatenus & nos dicere
poterimus, & ij quibus dicitur, audire,
nec iniuriam iis quæ tradita accepimus,
faciemus, nisi forte eis intelligendis, aut
exponendis impares erimus. Sed hæc qui-
dem vt Deo gratum erit, ita & habeant,
& dicta sint: atque hunc habeant à nobis
finem & terminum diuina nomina
quæ animo intelliguntur. Ad
Theologiam autem quæ
in rerum signis ver-
satur, Deo duce
veniemus.
*

B. DIO



B. DIONYSII
AREOPAGITÆ DE
MYSTICA THEOLOGIA

Liber, à Ioachimo Peronio Be-
nedictino Cormeriaceno,
Henrici Regis Gallo-
rum interprete
conuersus.

MYSTICAE THEOLOGIAE

QVAE DIVINA

fit caligo.

CAPVT I.



Rinitas, essencia, diuinitate
ac bonitate superior & præ-
stantior, Christianorum Theo-
logiæ dux, dirige nos ad
ignorissimū splendissimū-
que ac summum mysticorum scripto-
rum diuinorum cacumen, in quo sim-
plicia & absoluta, immutabiliæque Theo-
logiæ mysteria abstrusa sunt, præful-
gente silentij obscura docentis caligine,
quæ & eo quod obscurissimis tenebris
offusum est, id quod est splendidissi-
mum, maxima luce illustratum ostendit
ac prodit, & eo quod tractari cernique
genitus non potest, pulcherrimis splen-
doribus

doribus mentes, quæ aspectu carent, præ-
ter modum compler. Atque hæc quidem
optauerim. Tu autem, Timothee charis-
sime, pro maxima mysticorum spectacu-
lorum exercitatione, qua vales, præter-
mitte, & sensus, & mentis actiones, eaque
omnia, quæ & sub sensum cadunt, & ani-
mo cernuntur, & quæ non sunt, & quæ
sunt omnia, teque ad eius, qui omnem es-
sentiam, omnemque scientiam superat,
cõiunctionem & vnitatem, pro virili parte
clam excita. Libero enim, solutoque ac li-
quido à te & ab omnibus discessu, ad di-
uinarum tenebrarum radium, qui omni-
essentia superior est, contendes, cum &
omnia dempseris, & ab omnibus solutus
fueris & liber. Vide autem, nequis eorum
qui nõ sunt initiati sacris nostræ religio-
nis, hæc audiat. Eos verò dico, qui in iis
quæ sunt, commorantur, nec quidquam
iis quæ sunt, præstantius esse existimant, ^{2. Reg.}
sed eum qui posuit tenebras latibulum ²²
suum, scientia sua se intelligere arbitran-
tur. Quòd si hos superat diuinorum my-
sticorum disciplina, quid dicendum est
de iis omnibus, qui multo imperitiores
sunt? qui naturam illam quæ omnibus
antecellit, ex postremis etiam naturis
effingunt, eamque nihil præstare cen-
sent.



316 B. DION. AREOPAG.
fēt, impiis variisq; formis & simulachris,
quæ à se finguntur? Cùm ei, vt causæ om-
nium ea etiam omnia, quæ in naturis di-
cuntur, tribuenda sint, eademq; omnia
magis propriè ac verius non tribuenda
sint, vt quæ omnia multum ac lōgè supe-
ret: nec putandæ sint negationes opposito
nomine cōtrariæ esse affirmationibus, sed
ipsa existimanda sit multò prior & anti-
quior priuationibus, cùm omni & nega-
tioni, & affirmationi antecellat. Hoc qui-
dem modo diuinus Bartholomæus ait, &
magnam esse Theologiam, & minimam:
atque Euangelium amplum, & magnum:
rursusq; compendiarium. Quibus verbis
illud mihi eximie intellexisse viderur, bo-
nam omnium causam & multis verbis, &
paucis, simul & nullis exprimi: quippe quæ
nec rationem habeat, nec intelligentiam
ac notitiam, quòd omnibus singulari mo-
do præster, iisque solis sine integumentis
verèq; colluceat, qui & immunda omnia,
& munda transeunt, omnemq; omnium
sanctorum fastigiorum ascensum supe-
rant: & diuina omnia lumina, sonos ra-
tionisq; celestes relinquunt, & in cali-
ginem ingrediuntur, in qua re vera est, vt
scripta diuina tradit, is qui est supra om-
nia. Non enim frustra diuinus Moles mū-
dari

Ephs. 4
Exod. 19

DE DIVI. NOM. LIB. 337
dari expiarique ipse iuberur, rursusque ab
iis, qui non sunt eiusmodi, secerni, ac post
omnem expiationem audit tubas, quæ
multos sonos edebat, cernitque multa
lumina puros ac diffusos radios iactantia:
deinde à multis secernitur, & cū selectis
sacerdotibus ad diuinorum graduum ca-
cumen peruenit: atque in his, non cum
Deo quidem versatur, videt ramen non
ipsum (neque enim cerni potest) sed lo-
cum in quo stetit. Hoc autem mihi signi-
ficare videtur, ea quæ diuinissima ac sum-
ma sunt, in iis quæ cernuntur & intelligū-
tur, subiectas esse rationes eorum, quæ ei,
qui omnia superat, subiecta sunt, quibus
eius præsentia, quæ omnem cogitationem
intelligentiamque superat, & in spiritali-
bus sanctissimorum eius locorum cacu-
minibus insidet, ostenditur: tūmq; de-
mum & ab iis quæ cernuntur, & ab iis
quæ cernunt, liberatur & in verè mysti-
cam ignorationis caliginem irrepit, in
qua omnia cognitionis subsidia deponit,
atque in eo fit, qui penitus tractari vide-
rique non potest, totus eius qui superat
omnia, nec vllius, nec suus, nec alterius,
sed ei qui omnino incognitus est, omnis
cognitionis cessatione præstantiore modo
coniunctus, atque hoc ipso, quod nihil
subest



338 B. DIONYS. AREOPA.
cognoscit, mentem etiam cognoscendo
vincit & superat.

QUOMODO OPORTET

& coniungi, & laudes tribuere au-
tori omnium, & qui supe-
rat omnia.

CAP. II.

In hac clarissima caligine esse optamus,
atque aspectus privatione & ignoratio-
ne cernere ac cognoscere eum qui omnem
aspectum atque scientiam vincit, hoc ipso,
quod minime videamus & sciamus. Hoc
enim est reuera videre & cognoscere:
eumque, qui essentia superior ac prestatior
est, diuino more laudare, omnium quae
sunt negatione: ut ij qui natuum signum
faciunt, tollunt ea quae obscurant & im-
pediunt formae latentis aspectum, ipsam-
que in se pulchritudinem quae abstrusa
est, explicant sola detractione. Sed mihi
detractiones siue negationes contra, ac af-
firmationes laudandae videtur. Illas enim
a primis orsi & ad extrema per media de-
uenientes, ponebamus: hic autem ab ex-
tremis ad prima & principalia ascenden-
tes, omnia tollimus, ut sine integumentis
cognoscamus ignoracionem illam, quae
ab omnibus rebus quae scientia compre-
hendua

DE MYSTI. THEO. LIB. 339
henduntur, in iis quae sunt occultata est,
caliginemque; illam cernamus essentia su-
periolem, quae ab omni luce, quae in re-
bus inest, occultitur.

QUAE AFFIRMANTES

de Deo orationes, quae negantes.

CAP. III.

In Theologicis quidem institutionibus,
Ica quae atentis Theologiae maxime pro-
pria sunt, diximus: id est, quomodo diui-
na bonaque natura vnica dicatur, quo-
modo trina: quodnam sit ex hac dictum
Patris & Filij nomen: quid diuinum Spiri-
tus sancti nomen declarer: quomodo ex in-
corporeo & indiuiduo bono, in intimo cor-
de bonitatis exorta sunt lumina: quomo-
do in eo, ac in seipsis & alia in aliis mansio-
ne, quae eiusdem est, cuius propagatio, a ter-
nitatis, non amissa, permanserint: quomo-
do denique Iesus omni essentia maior, &
superior, vera humanae naturae essentiam
acceperit, aliaque; omnia, quae a scriptis diui-
nis enunciata in Theologicis institutioni-
bus celebrata sunt. In libro autem De di-
uinis nominibus, quomodo bonus appel-
letur, quomodo esse dicatur, quomodo
vita, sapientia, vis, caeteraque omnia,
quae sunt diuinorum nominum, & animo

Cap. 4. f.
6. 7. 3. i



340 B. DIONYS. AREOPA.
intelliguntur. In Theologia verò, quæ in
signis versatur, exposuimus, quæ sint ab iis
quæ sub sensum cadunt, ad diuinas nominum
traductiones, quæ diuinæ formæ, quæ fi-
guræ diuinæ, partes, instrumeta: quæ diui-
na loca, qui ornatus: qui furores, quæ tris-
titia, ira, quæ ebrietates, crapulæ: quod
insurandū, quæ maledictiones: qui som-
ni, quæ vigilie, omnesq; aliæ effete forme,
quæ ad diuinam figurationem significan-
di causa comparatam pertinent. Tertiam
intellexisse arbitror, extrema pluribus ver-
bis, quam prima exprimi. Etenim Theo-
logia: institutiones, diuinorumq; nomi-
num explanatio, breuiore sermone, quam
Theologia quæ in signis versatur, tractari
debuerunt. Quo enim ad superiora con-
tendimus, eò magis verba aspectu rerum,
quæ sub mentem cadunt, contrahuntur.
Quemadmodum etiam hoc tempore in
caliginem quæ mentem superat, introeun-
tes, non breuem orationem, sed silentium
& intelligentiæ priuationem reperiemus.
Atq; ibi quidem à summo ad extremum
delabens oratio, pro modo descensus ad
latitudinem ei respondentem porrigeba-
tur. Nunc autem ab infimis ad summum
ascendens, pro modo & ratione ascensus
contrahitur: atq; post omnem ascensum
ynita

DE DIVI. NOMI. LIB. 341
ynita erit, & cōiungetur cum eo, qui ver-
bis exprimi non potest. Sed cur, inquires, à
primo positis diuinis affirmationibus, ab
vltimis incipimus diuinis adimere & ne-
gare? Quia cum posuimus & asseruimus
id quod omnem affirmationem superat,
ab eo quod ei cognatus erat, affirmatio,
quæ esse ponitur, ponenda fuit. Cùm au-
tem id detrahimus, quod omni detractio-
ne ac negatione superius est, ab iis, quæ
ab illo remotiora sunt, detrahi oportuit.
An non magis Deus est vita & bonitas,
quam aer ac lapis? magisque non crapu-
latur, & non irascitur, quam non dicatur,
aut intelligatur?

NIHIL ESSE EORVM,
quæ sub sensum cadunt, auctorem
omnium quæ peripiuntur
sensibus.

CAP. IIII.

Dicimus ergo, causam omnium & quæ
omnia superat, nec essentia, nec vita
carere, nec rationis, nec mentis expertem
esse: nec corpus esse, nec figuram, nec for-
mam: nec qualitatem, nec quantitatem,
nec magnitudine esse præditam nec in lo-
co esse, nec cerni, nec sensum tangendi
habere, nec sentire, nec sub sensum cade-



342 B. DIONIS. AREOPA.
 re: nec ordinis vacuitatem habere, nec
 perturbationem à perturbationibus cor-
 poris agitaram: nec imbecillam esse, op-
 portunam incommodis quæ accipiuntur
 sensibus: nec egere luce: nec mutationem
 aut interitum, aut diuisionem, aut priua-
 tionem, nec quicquam aliud eorum quæ
 sub sensum cadunt, vel esse, vel habere.

*NIHIL ESSE EORVM,
 quæ ratione intelliguntur, auctorem om-
 nium quæ animo cer-
 nuntur.*

CAPVT V.

Risum ascendentes, profitemur eun-
 dem nec animum esse, nec mentem,
 nec visionem, aut opinionem, vel rationem:
 vel mentis notionem habere: nec rationem
 esse, nec mentis perceptionem: nec dici,
 nec intelligi: nec numerum esse, nec ordi-
 nem, nec magnitudinem, nec paruitatem,
 nec æqualitatem, nec similitudinem nec
 dissimilitudinem: nec stare, nec moueri,
 nec quiescere, nec vim habere, nec vim esse:
 nec lucem esse, nec vitam, nec essentiam
 esse, nec æternitatem, nec tempus, nec eius
 esse aut rationem, quæ mente fiat, aut
 scien

DE MYSTI. THEO. LIB. 343
 scientiam: nec veritatem esse, nec regnum,
 nec sapientiam, neque vnum, neque vni-
 tatem, neque diuinitatem aut bonitatem:
 nec spiritum esse, vt nos sciamus, nec filij
 aut patris rationem, nec aliquid eorum,
 quæ nobis aut cuiquam naturæ sunt co-
 gnita: nec quicquam esse eorum quæ non
 sunt, nec aliquid eorum, quæ sunt: nec ea
 quæ sunt, eam noscere, quatenus est: ne-
 que eam cognoscere ea quæ sunt, qua ex
 parte sunt: neque eius rationem esse, neque
 nomen, neque scientiam: nec eam tene-
 bras esse, nec lucem, nec errorem, nec ve-
 ritatem: nec esse eius affirmationem om-
 nino, nec negationem, sed eorum quæ il-
 lam sequuntur, affirmationes negationes-
 que facientes, eam nec dicimus esse, nec
 negamus: quippe cum & omnem affirma-
 tionem superet perfecta illa & singularis
 causa omnium: & omni negatione
 superior sit præstantia eius, qui
 & ab omnibus omnino se-
 cretus est, & vniuersa
 multum su-
 perat.



B. DIONYSII

AREOPAGITÆ

EPISTOLÆ

DECEM.

DIONYSIUS PRESBY-

ter *Cato monacho.*

Enebræ luce fugantur, eoque magis, quo lux maior est. Ignorantiam scientiæ dispellunt, & magis maiores scientiæ. Hæc excellenter, nõ per priuationem accepta, verè enuncia: propterea quòd lucem veram ignorant ij, qui eam habent, & Dei ignorantia rerum scientiam: renebræque quæ ei obductæ ac offusæ sunt, & rectæ sunt omnium lumini, & fugiunt omnem scientiam. Ac si quis est, qui viso Deo, id quod aspexit, intellexit, non eum vidit, sed aliquid ipsius, quod est & cognoscitur: ipse verò qui mentem omnem essentiamque superet, hoc ipso, quòd omnino neque cognoscitur, neque est, & est excellentius quàm essentia, & eius notitia mentis captum longè superat: perfectaque in bonam partem ignorantia, notitia eius est, qui superat que noscuntur omnia.

DIO

DIONYSIUS PRESBYTER

Cato monacho.

Quomodo is qui omnia superat, diuinitatè quoque & bonitatem ipsam superat? Si diuinitatem & bonitatem cogites rem ipsam muneris, quod bonum deumque efficit, & quod sub imitationem non cadit, eius quod Deo bonoque superior est, quo & dii & boni efficiuntur. Et enim si hoc ipsum principium est, quo dii bonique euadunt ij, qui sunt dii ac boni: is qui omni principio, vt principium antecellit, diuinitati etiam præstat, quæ ita dicitur: quemadmodum diuinitatem bonitatemque ipsam superat, quatenus is qui sub imitationem non cadit, nec habetur, & imitationes, & species, & res quæ imitando exprimuntur, & eos qui eis participant superat.

DIONYSIUS PRESBYTER

Cato monacho.

Repente est, quod præter spem, & ex *Malac. 3* eo quod alioqui obscurum est, profertur in lucem. In Christi autem humanitate, hoc etiam diuina scripta significare arbitror, ex occulto eum qui omni essentia præstat, hominem effectum, in nostrum conspectum prodidisse. Occultus au-

z 5



346 B. DIONYS. AREOPA.
tem est etiam post ipsam declarationem,
aut, vt diuinius dicam, in ipsa declaratio-
ne. Hoc enim Iesu etiam abstrusum est,
nec cuiquam rationi & menti, eius enun-
ciatum est mysterium: sed & cum dicitur,
inexplicabile manet: & cum intelligitur,
incognitum.

DIONYSIYS PRESBYTER
Caio monacho.

QVæris tu quidem, quomodo Iesum
qui omnia superet, omnibus homi-
nibus per essentiam annumeratum esse
dicam. Non vt auctor hominum hoc loco
homo dicitur, sed vt homo verè est to-
ta essentia: nos verò Iesum non humani-
tatis ratione definimus. Non enim tan-
tum est homo, neque essentia antecellit,
aut solum homo est: sed reuera homo, qui
præcipuo quodam hominum amore ca-
ptus, supra homines, & more hominum:
ex hominum essentia, cum essentia præ-
staret, essentia hominis factus est. Verun-
tamen illius præstantia quæ essentiam su-
perat, plenissimus est ipse, qui semper es-
sentia antecellit, videlicet eius abundan-
tia. Idemq; cum ad essentia assumendam
venisset, essentia accepit, qui omni essen-
tia superior est: & quæ hominis sunt, supra
homi

EPISTOLÆ. 347

hominem gerebat: quod declarat & vir-
go, quæ supra naturam parit: & aqua pro-
fluens, quæ pedum ex materia terræque
concretorum grauitatem onusque susti-
net, neque cedit, sed vi naturam superante
coglobata fuit, vt ne diffunderetur. Quid
verò aliquis cætera quæ plurima sunt, per-
sequatur, ex quibus diuinus ea supra men-
tis captum cernens, ea etiam cognosceret,
quæ de humanitate Iesu dicuntur, & in
se vim excellentis negationis continent?
Nā vt summatim dicamus, ne homo qui-
dem erat, non quod non esset homo, sed
quod ex hominibus natus, homines longè
superaret, & supra hominem verè homo
factus sit: & diuina non quatenus Deus est,
perfecit, neque humana, quatenus homo,
sed cum nobiscum versatus est, Deus homo
factus nouam quandam Dei verique actionem.

DIONYSIYS SACERDOS
Dorotheo ministro.

DIuina caligo est lux, ad quam aditus
non patet, in qua Deus habitare di-
citur, quæ quidem nec cerni potest præ
excellenti claritate, nec adiri eadem propter
singularem diuini luminis effusionem. In
hac versatur omnis qui Deum nosse & videre
mere



Pfal. 138

348 B. DIONYS. AREOPA.

meretur, hoc ipso quod non cernit, neque cognoscit, verè in eo quod aspectum & cognitionem superat, versans, atque hoc ipsum noscens, quod est supra omnia, & quæ sensu percipiuntur, & quæ ratione intelliguntur: dicitque illud propheta; Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam. Ut etiam diuinus Paulus cognouisse Deum dicitur, cum eum cognouisset omnem intelligentiam cognitionemque superantem: ob eamque causam & inuestigabiles eius vias esse dicit, & inscrutabilia eiusdem iudicia, & munera inexplicabilia, & pacem omnem sensum superare, quasi eum qui omnibus antecelleret, inuenisset, eundemque notitia quæ mentis captum vinceret, cognouisset, quod superet omnia, omniumque causa sit.

DIONYSIVS PRESBYTER

Sopatri sacerdoti.

Nolim putes in hoc esse victoriã, Sopater, si in religionem & sententiam dicas, quæ non bona videatur. Neque enim si eam iudicio coarguas, continuo res Sopatri præclare habent. Fieri enim potest, vt & tu, & alij in multis quæ falsa sunt, atque videntur, versantes, verum id quod vnum est, & abstrusum, ignoretis.

Non

EPISTOLÆ.

Non enim si quid non rubrum est, id propterea est candidum: nec si quis non est equus, is homo sit necesse est. Itaque si me audias, ita facies: abhorrebis ab eo, vt in alios dicas: pro veritate autem ita dices, vt omni ex parte refelli non possit oratio.

DIONYSIVS PRESBY-

ter Polycarpo pontifici.

Equidem haud scio me dixisse in Græcos, aut in alios, quod putem bonos viros contentos esse debere, si verum ipsum per se, & sciri, & dici possit, quatenus verè habent. Hoc enim quicquid est de lege veritatis rectè demonstrato, & integrè stante: omne quod aliter se habet, verique speciem præ se fert, & aliud esse atque id quod verè est, & dissimile, & videri magis quàm esse coarguetur. Superuacaneum est igitur, veri interpretem cum his illisue pugnare. Air enim vnusquisque regnum se numum habere, & habet fortassis particulam alicuius verè adulterinum quoddam simulachrum: quod si hunc conuiceris, alter, & rursus alius de eodem contendet. At verò posita rectè veri ipsius defensione, in primisque ita constante & manente, vt refelli non possit: omne quod pmi ex parte ita se non habet, ipsum per se in



350 B. DIONYS. AREOPA.
 se inuictæ stabilitati eius quod re ipsa ve-
 rum est, concedit. Ac cum hoc quidem
 rectè, vt mihi persuadeo, statuissem, mihi
 studio non fuit cum Græcis aut cum aliis
 disputate: sed satis est mihi, id quod vti-
 nam det Deus, primum id quod verum
 est, scire, deinde cum intellexero, vt decet,
 dicere. Tu autem ais me ab Apolophane
 Sophista inuadi, & parricidam appellari,
 quod in Græcos impiè Græcorum vtar
 sententiis. Atqui verius ac iustias ei obli-
 cere poteramus, Græcos diuina testimo-
 nia non religiosè contra diuina vsurpare,
 qui Dei sapientia diuinum cultum atque
 religionem tollere conentur. Neque hoc
 loco multorù opinionem sententiàmque
 dico, qui in poëtarum fabulis corpore &
 voluptate acquiescunt, resque creatas po-
 tiùs quam conditorem colunt: sed Apol-
 lophanem: etiam ipsum dico diuinis testi-
 moniis nefariè in diuina vti. Rerum enim
 scientia, quæ ab eo rectè philosophia dicit-
 tur, & à diuino Paulo Dei sapientia appel-
 lata est, ad auctorem & rerum ipsarum &
 sciëntiæ, veri philosophi excitari perducique
 debuerunt. Ac ne aliorum potius, quam
 eius sententiam contra institutum refel-
 lam: intelligere debebat Apolophanes,
 qui sapiens esset, nihil vnquam in ordine
 motu

1. Cor. 2

EPISTOLÆ 351

motuque caelestium aliter atque est mu-
 tari potuisse, nisi eum qui ipsum, & in
 statu continet, & procreauit, habuisset,
 cuius motu ac nutu eò deductus esset,
 qui, vt est in diuinis libris scriptum, fa-
 cit & mutat omnia. Cur igitur non colit
 eum, quem ex hoc quoque verè omnium
 Deum esse cognouimus, eius potentia,
 quæ omnium causa est, nec verbis exprimi
 potest, admiratione: cum ab eo sol & luna
 vi statique natura superiore cum hac ter-
 rum vniuersitate ad id quod omni ex par-
 te immobile est, definiuntur, atque toto
 die in iisdem punctis insistant omnia: aut
 quod maius est, quando omnibus quæ &
 præstantiora sunt, & continent, ita in or-
 bem motis, ea quæ illorum cõplexu con-
 tinebantur, non vnà in orbem circum-
 que ferebantur: & cum alius quidam dies
 continuatione serè triplo longior effectus
 est etiam viginti totis horis: aut vniuersi-
 tas tanti temporis cursum contrarium re-
 petit, atque reuertitur tam mirabilibus
 contrariis conuersionibus: aut sol cursu
 suo varium motum suum horis decem
 contractum, rursus regrediendo eundem
 totum nouum aliis decem conficit.

Hoc quidem Babylonios, & iure ac
 merito terruit, & sine pugna Ezechia
 quasi

Dan. 2

Iesue 10

4. Reg. 10



Exo: 7.8
9. 10. 11.
11

351 B. DIONYS. AREOPA.
 quasi par & similis Deo esset, hominibusque præstaret, subegit. Non dico magna opera, quæ in Ægypto adita sunt: aut quædam alia Dei signa, & portenta quæ alibi contigerunt: sed communia & caelestia, quæ & in vniuerso, & omnium ore celebrata sunt. At hæc planè vera esse negat Apollophanes. Maximè quidem hoc apud Pèrlas sacerdotes fama ferùt, & præterea Magi sacra memoriæ triplicis solis perficiunt: sed liceat ei sanè his propter ignorationem aut imperitiam fidem non habere. Ab eo autem quære, quid sentiat de defectu solis, quæ cum seruator in cruce actus est, extitit. Eramus enim vnà ambo, & stabamus ad Heliopolim, ac cernebamus nec opinato, cum luna se soli obiciebat: neque enim cõiunctionis tempus erat: rursusque, cum eadem ab hora nona ad vesperum se mediæ solis linea præter naturæ ordinem opponebat. Redige autem etiam aliquid aliud ei in memoriam. Scit enim etiam obiectum ipsum à nobis visum esse oriri ab ortu solis, & ad solis extremum peruenire: deinde euanescere: rursusque non ab eadè parte solis & obiectum, & recessum euenire, sed ab eaque, vt ita dicam; ex diametro erat contraria. Hęc sunt mirabilia illius temporis, quæ

quæ Christus auctor rerum omnium efficere solus potest, qui facit magna & mirabilia, quorum non est numerus. Ea si fas tibi est, & si potes, Apollophanes, refelle, etiam cõtra me, qui tum scilicet tecum & ad fui, & aspexi, & exquisiui, omnia, cum summa admiratione. Tum quidem etiam diuinare, haud scio, vnde Apollophanes cõpfit, & mecum quasi ea quæ siebāt, conferens, hæc dixit, Sunt istę Dionysi, diuinarum rerum vicissitudines: Hęc à nobis quantum epistolæ ratio postulabat, dicta sũt. Tu vero & quæ desunt supplere potes, & perfectè offerre consecrareque Deo virum, qui magna sapientia est præditus, & qui forsitan non grauatur sustinebit placidè sapientissimam religionis nostræ veritatem discere.

DIONYSIVS PRESBYTER Demophilo monacho.

Hebraeorum historie tradunt. Demophile, sanctum etiam illum Moesem propter magnam clemetiam Dei aspectu dignum esse iudicatum: ac si quando diuino aspectu priuatum cum fuisse scribunt, non antè quàm à mansuetudine, à Deo excludunt: sed commemorat Deum ei grauius successisse cum nimium inso-



354 B. DIONYS. AREOPA.

lesceret, obfisteretq; diuinis consiliis. Cum autem eum diuinis honoribus illustrant: ex præfati ac diuina boni imitatione prædicatur. Erat enim admodum mansuetus & clemens: ob eamque causam famulus Dei dicitur, & Dei aspectu omnium prophetarum dignissimus fuit. Quineriam

Num. 16 cum proterui quidam, & impudetes cum ipso & Aarone de sacerdotij gentisq; principatu contenderent: præstabat ille quidem omni honoris, ambitione studioque principatus, & ei que Deus delegisset populi præfecturam concedebat: postea verò quam coorti essent in ipsum atque conuassent, & primum locum ei obuiantes minati essent, ac iam fetè impetum fecissent: tum denique clemens quidem ac mitis Deum magna voce vt sibi saluti esset, rogabat: fiducia autem magna erat quòd summa eum innocentia suis præuisset. Intelligebat enim eum, qui cum Deo, qui bonus esset, versaretur, ad maximam similitudinè, quoad eius fieri posset, expressum effictum; esse oportere, & conscium esse

1 Reg. 24 quæ bono gratæ sint actionum. Quid verò Dauidem Dei patrem cum Deo amicitia coniunxit: nempe benignitas, & in hoc sal. 88 stes charitas. Inueni, inquit optimus, & bonus est. 13 norum amans, virum secundum cor meum. Atqui

EPISTOLÆ.

355

Atqui lege bonam sanctam erat, vt etiam iu- Exod. 23
menta inimici curæ essent. Iob etiã inno- Iob 2. 3 5
centia præditus, iustus est iudicatus: & Io- Gen. 37.
seph fratrum qui sibi insidias parassent, non 47
est vltus in se iniurias: Abel quoq; simplici Gen. 4
ac minima è suspicioso animo, eum fraticida proficiscebatur: & diuina scripta omnes Psal. 4
bonos prædicant eos, qui nec mala prospiciunt, nec dissimulant, sed ne aliorum quidem malitia bonum virtutemque deserunt: contraq; Dei imitatione malos etiam bonos efficiunt, effunduntq; in eos magnam benignitatis suæ copiam, & benignè ad similia prouocant. Sed ad maiora veniamus. Zach. 1.2
non virorum bonorum mansuetè clementerq; facta, non homines amantium angelorum benignè facta exponentes, qui in Hier. 31
gentes misericordia commouentur, qui Deum pro eis rogant, qui perniciosas maleficisq; multitudines obuiant: qui dolorem quidè ex malis, voluptatem autem ex salute eorum, qui ad bona conuersi sunt, capiunt: neq; omnia, que diuina scripta de beneficiis angelis tradunt, sed Christi qui verè bonus est, & optimus, beneficos rados cum pace accipientes, ab eis ad diuinam benignitatisque plena eius opera deducamur. An non est bonitatis, quæ nec verbis exprimi, nec mente cogitari potest,



quod facit, vt sint, quæ nulla erāt, eadē- que omnia in lucem protulit, omniāque vult semper sibi similia esse, & in partem ventre bonorum suorum pro vniuscuius- que captus? Quid verò, quòd cū iis etiam, qui ipsum deserunt, amanter hæret, con- tendit, & rogat, ne indigni habeantur & repellantur? deliciis diffuenter, & temerè eos accusantes fert, atq; ipse defendit, aut potius curationem pollicetur? eis cū procul absunt, tamen accedentibus oc- currit, & prodit obuiam, totòsque com- plexus osculatur, nec superiora maleficia exprobrat, sed ea bona quæ adsunt, diligit, festum diem agit, conuocat amicos, id est, bonos, vt sit omnium lætantium habitatio? At verò Demophilus, & si quis alius bonos odit: is & iure obiurgatur, & discit quæ bona sunt & probus euadit. Quo- modo enim, inquit, non debebat is qui bonus est, ex eorum qui perierant, salute, & eorum qui mortui erant, vita lætari? Denique & in humeros impositam ouem fert eam quæ vix ab errore respuerat: & angelos ad lætitiā gaudiūque inuitat, & benignus est ingratis, & oriri facit solem suum super bonos ac malos: & ipsam vitam suam pro transfugis profun- dit. Tu autem, vt literæ tuæ declarāt, eum etiam

Luc 15

Ibidem.

Matt. 5

Luc. 6

etiam qui se ad sacerdotem submisisset, & abiesset ad eius genua, impium, vt ais, & *nað' iau-* peccatorem, haud scio quomodo* contra *ro, fortas* te presens, calce detruxisti. Deinde ille qui *se nað'* dem rogabat, seque medicinæ peccatorum *iavriò,* causa venisse fatebatur. Tu autem nō mo- *id est per* do non exhorruisti, verum etiam bonum te. sacerdotem prouectus audacia maledictis vexasti: miserum eum appellans, qui pœni- tentē atque facinorosum iustum efficeret: & ad extremū, Exi, sacerdoti dixisti: cum tui similibus: quòdque nefas est, in adyta in- gressus es, & sancta sanctorum violasti: & tamen scribis nobis, te sacra quæ futurum erat vt violarentur, tua diligentia conser- uasse, atque etiā inuiolata tueri. Nunc igitur nostra accipe. Nefas est sacerdotem à ministris, qui te superiores sunt, aut à tui ordinis monachis corrigi & reprehendi, siue aliquid impiè in diuina facere videatur, siue aliquid aliud eorum quæ vetant leges, fecisse arguatur. Si enim instituto- rum legumque violatio, quædam distin- ctionis ordinis in diuinis confusio est: nullam habet rationem, Dei causa & no- mine diuinitus traditum ordinē peruer- tere. Neque enim in se Christus diuisus est. Quomodo enim eius regnum stabit? Et si Dei est, vt scripta diuina loquuntur, iudi-

Luc. 11

Isaia 30



360 B. DION. AREOPAG.
diuinis scriptis nō prædicatur omnis, qui
aliena appetit & vsurpat: & vnusquisque
erit in muneris sui ordine, solusq; pontifex
in sancta sanctorum intrabit, & semel in
anno, atque id in omni expiatione, quam
pōtifex ex lege procurat. Sacerdotes quo-
que sancta ornant & tuentur: & Leuitæ
non tangent sancta, ne moriantur. Et fu-
rore exarsit Dominus in Oziam ob eius
temeritatem: elephantiaq; infecta est Ma-
ria, quæ legem latiori legis ferre minimè
dabirauit. In Securæ etiam filios dæmonia
inuasere. Non mittebam, inquit, eos, &
ipsi currebant: & non loquebar ad eos, &
ipsi prophetabant. Et impius qui immo-
lar mihi vitulum, vt is qui occidit canem.
Atq; vno nomine, non fert ea quæ contra
legem sunt, perfecta Dei iustitia. Cùm au-
tem dicunt, In nemine tuo multas virtu-
tes fecimus, etiam, Non noui vos, respon-
det: Discedite à me omnes operarij ini-
quitate. Quapropter nefas est, vt scriptu-
ra sancta loquitur, etiã quæ bona sunt, nō
ex dignitate tractare, sed vnusquisque sibi
debet attendere: nec maiora alioraq; se
intelligere, sed de iis solis quæ ipsi pro
captu suo permilla sunt cogitare. Quid
ergo? inquis. Nōne debent Sacerdotes
cùm impiè scelerateq; viuunt, & conuin-
cuntur

EPISTOLÆ. 361
cuntur flagitij, reprehendi & corrigi? Sed
licebit solis iis qui in lege gloriantur, per
præuaricationem legis Deum inhonora-
re? Quomodo autem Sacerdotes sunt
Dei interpretes? Quo enim pacto Dei
virtutes enunciant populo, cùm earum
vim non nouerint? aut quomodo illu-
strabunt ij quibus offusa sunt tenebræ?
quomodo verò spiritum sanctum im-
partient, qui sitne Spiritus sanctus, nec
verbo, nec re crediderunt? Ad hæc tibi
respondebo. Neque enim inimicus est
Demophilus: nec patiar te à Satana cir-
cumueniri. Etenim vnusquisque ordo qui
est circum Deum, diuinioreo est, qui ab
eo longius distat: clarioraq; sunt pari-
ter & illustrandi maiorem vim habent ea?
quæ veræ luci propinquiora sunt. Nolim
autem ex loco accipias propinquitatem,
sed ex captu diuinarum illustrationum.
Quòd si sacerdotum ordo illustrandi vim
habet: profecto penitus abhorret à sa-
cerdotum ordine atque facultate is, qui
illustrandi vi non est præditus, ac multo
etiam magis qui illustratus non est. Ac
mihi quidem videtur audax & temera-
rius, si quis ea sibi sumat quæ sunt pro-
pria sacerdotum, neque metu & pudore
à diuinorum tractatione præter captum

ac meritū deterretur, putatq; Deum igno-
 rare, quæ ipse sibi est conscius, & sperat se
 decepturum eū, qui à se falso nomine ap-
 pellatur pater, audetq; sceleratas suas, vt ita
 dicam maledictiones, (neque enim preces
 dixerim) in diuinis mysteriis Christi imi-
 tatione proferre. Non est iste sacerdos, nõ
 est: sed inimicus, fallax, irrisor sui: lupusq;
 in gregem Domini ouina pelle armatus.
 Non tamen fas est Demophilo hæc corri-
 gere. Si enim scriptura diuina iuste iusta
 vult tractari: est autem iusta tractare, cum
 vult aliquis iuste vnique tribuere pro
 dignitate: hoc omnes tractare debent non
 præter suam dignitatem & ordinem. An-
 gelis enim etiam æquum est tribui omnia
 quæ sunt dignitatis, & definiti, non tamen
 à nobis, Demophile, sed per eos nobis ex
 Deo, & ipsis ab angelis præstantioribus.
 Atque vt summam dicam, in omnibus
 rebus per primas secundis tribuuntur, quæ
 sunt cuiusq; dignitatis à reãta æquissima-
 que omniū prouidentia. Atque ij quidem,
 qui aliis à Deo præpositi sunt, secundum
 se etiam inferioribus, quæ sunt dignitatis
 tribuunt. Demophilus autem & rationi,
 & furori, & libidini ea quæ sunt dignitatis
 constituat, nec violet ordinem suum, sed
 præstet lex superior inferioribus. Si enim
 in

in foro famulum in dominum, ac in se-
 niorem adolescentiorem, aut etiam in pa-
 trem filium dicere videremus, atque facto
 impetu plagas ei infligere, flagitiose face-
 re videremus, nisi currentes superiori-
 bus opem ferremus, etiamsi forsitan illi
 priores iniuriam acceperint: quid est,
 quamobrem nos non pudebit, si negligamus
 rationem ab ira, & cupiditate violari,
 atque ex eo imperio quod à Deo ei da-
 tum est, eiici, excitantes in nobis nefa-
 riam & iniquam ordinis perturbationem,
 seditionem, distinctionisq; confusionem?
 Iure quidem ac merito legislator, qui *Luc. 16*
 nobis à Deo datus est, non vult Ecclesie *1. Tim. 3*
 Dei præesse, eum qui non domui ac fami-
 liae suæ iam antea præclare præfuerit.
 Etenim qui se ipse rexerit, alterum etiam
 reget: & qui alterum, etiam domum: qui
 domū, & ciuitatem: qui ciuitatem, etiam
 nationem. Atq; vno nomine, Qui in mo-
 dico fidelis est, vt est in libris diuinis scri-
 ptum, & in magno fidelis est: & qui in mo-
 dico infidelis, & in magno est infidelis.
 Ipse ergo cupiditati iracundiæ & rationi
 modum dignitatis statue: tibi autem Dei
 ministri, & his sacerdotes, pontifices verò
 sacerdotibus, atque pontificibus Apostoli,
 successorésque Apostolorum. Quòd si
 quis



quis etiam in illis desit officio, à sanctis eiusdem ordinis corrigetur: atq; ita ordo in ordinem non commutabitur, sed in suo quisque erit ordine. Atque hæc quidem tibi à nobis dicta sint, vt scias & geras quæ sunt muneris tui. Quod autem attinet ad inhumanitatem & crudelitatem, qua vsus es in hominem impium, vt ais, & pestiferum, haud scio quomodo deplorare debeam eius, qui mihi charus est, vt ita dicam, contritionem. Cuius enim te putas à nobis cultorem, siue monachum constitutum? nisi enim Dei qui benignus est, profectò planè & à nobis & à toto nostro cultu abalienatus sis necesse est: tibi que iam Deus alius quærendus est, alique sacerdotes, & apud illos ferarum mores induendi, potius quam perficiendus sis, atque euadas gratæ tibi crudelitatis implacabilis minister. Vtrum enim nos ipsi omni ex parte sancti, & perfecti sumus, nec diuinæ clementiæ & humanitatis indigemus: an duplici peccato, vt scripta diuina loquuntur, impiorum instar peccamus, quod non intelligamus in quo peccemus, sed & nosmetipsos iustos ac bonos efficiamus, & nos cernere putemus, cum reuerà minimè cernamus? Cælum ex hoc obstupuit, & ego inhorui, mihi que

Hiere 2

mihiq; ipsi non credo: ac nisi literas tuas legissem, quas vtiã non legissem, scito me nunquam persuasurum fuisse, si aliqui alij me rogassent, vt hoc mihi de te persuaderẽ, Demophilum in ea esse sententiã, vt putet Deum, qui * in omnes benignus est, non esse etiam humanum, nec se eius & misericordiæ & salutis indigere, sed etiam sacerdotes abdicare imperio, qui digni habiti sint, qui clemẽtia sua populi ignorationes ferrent, & qui intelligant se etiam circumdatos & indutos esse infirmitate. At diuinus pontifex alia via profectus est, atque id, vt est in diuinis libris scriptum, à peccatoribus segregatus. Atq; pro nostra in se charitatis documento accipit benignissimam ouium rectionem: & malum quidem seruum appellat eum, qui conseruo suo debitum non remisisset, neque eum in partem benignitatis, & clementiæ quam maximam acceperat, venire voluisset: iure autem decernit, vt suis fruatur: id quod necessariò metuendum est & mihi & Demophilo. Nam & ùs qui multa in ipsum impiè nefariè que faciebant, in ipsa passione remissionem à patre impetrat: & discipulos obiurgat, quod vt Samaritanos, qui ipsum exagitassent, impietatis crudeliter condemnaret, rogassent.

Eni naï-
ra est in
Græco.

forte naï
ra legen-
dum est.

Eni alij su-
per inter-
pretan-
tur. Dio-
nysius

viri naï
ra in hæc
re solet di-
cere.

Rom. 13

1. Pet. 2

Ioan. 21

Matt. 18

Luc. 23

Luc 9

sent.



sent. Hoc quidem milies dictum est, in temeraria audaciq; epistola tua. Esturbat enim ac cōfusē iactas multis locis, te non teipsum vltum esse, sed Deum. Dic mihi sodes, Benignum propter mala non habemus pontificem, qui possit compati infirmitatibus nostris, sed innocens etiam est, & misericors? non contendet, nec clamabit: & ipse est mansuetus, idēque propitiatio pro peccatis nostris. Quapropter conatus tuos quos nemo imitari debet, non approbabitur, ne si milites quidem Phineas & Heliam reperas. Hec enim audienti Iesu, discipuli, qui tum clementi benignoque spiritu carebant, minimē placuerunt. Namque noster etiam diuinissimus præceptor, in mansuetudine docet eos, qui Dei doctrinæ aduersantur. Doceri enim ij qui ignorant, non supplicio affici debent: quemadmodum etiā cæcos non punimus, sed manu ducimus. At tu virum, qui ad lucem etiam aspirare & contendere incipiebat, colapho capiti infraesto repellis: & cum magno pudore accedentem, impudenter calce pulsas, quod quidem magno horrore dignum est. Christus, qui benignus sit, in montibus errabundum quærit, & fugientem accersit, vixq; inuentum in humeros imponit. Ne, quæso,

*Heb. 4**Isa. 42**Matt. 11**Num. 25**3. Reg. 18**1. Mac. 1**1. Timo. 2**Luc. 15*

quæso, ne tam malè de nobis consulamus neque in nosmetipsos gladium pellamus: Nam ij quidem qui violare aliquos, aut contra bonis afficere conabantur: non illis planè quæ voluerant, fecerunt, sibi autem malum aut bonum cum parauerint, aut diuinarum virtutum pleni erunt, aut tormentorum pœnarumque crudelium. Atque illi quidem angelorum bonorum sectatores & comites, & hic & illic cum omni pace & tranquillitate malorumque omnium liberatione in perpetuum beatissimas sedes consequentur: quodq; maximum est omnium, semper erunt cum Deo. Hi autem diuinam pariter, & suam pacem amittent, & hic & post mortem semper erunt cum scelestis dæmonibus. Itaque nobis magna cura & diligentia adhibenda est, vt cum Deo qui benignus est, versari, & cum Domino semper esse possimus, non cum malis à iustissimo nostra culpa pro meritis secerni sustineamus. Id quod vnum ex omnibus maximè perriuesco, optoque vt à malis omnibus liberer. Quod si placet, diuinam etiam cuiusdam sancti viri visionem commemorabo: nec velim rideas, vera enim dicam. Cum aliquando in Cretam venissem, me Carpus hospitio excepit, vir, si quis alius, propter



propter magnam mētis puritatem ad cer-
nendum Deum aptissimus. Neque enim
sacros mysteriorum ritus aggrediebatur,
nisi prius ipsi in iis precibus, quæ antea
perfici solent, sacra & læta apparuisset vi-
sio. Is quidem narrabat, cum à quodā, qui
à fide religioneq; nostra abhorreret, fortè
offensus esset (iustitia autem causa erat,
quòd ille ab ecclesia quendam ad impium
cultum traduxerat) se qui tum cum etiam
hilaria agerentur, debuisse benignè pro
vtroque Deum rogare, Deoque seruatore
adiutore adiuncto illum quidem conuer-
tere, hunc autem vincere benignitate, nec
desistere admonere per omne vitæ tem-
pus vsque ad illum ipsum diem, atque ita
demum eos ad Dei notitiam deducere,
quasi iam ea, de quibus antea dubitarent,
diudicata essent, & eorum quæ inconsi-
deratè ausi essent, legitime penas dare co-
gerentur: tum tamen id quod nunquam
sibi vsu venisset, haud scio quomodo ma-
gno quodam & acerbissimo animi dolore con-
fectum, quieti dedisse: ac se quidem dor-
misse ita male affectum, (erat enim vespe-
rus) media autem circiter nocte (solitus
enim erat hoc tempore per se ad diuinos
hymnos vigilare) surrexisse quidem, cum
nec somnū ipsum qui altus fuisset, & sem-
per

per interruptus, sine cōturbatione cepis-
set, stantem tamen ad diuina colloquia,
non perfectè doluisse, & acerbè tulisse, di-
centem, non esse æquum viros impios vt
uere, & qui vias Domini rectas peruerte-
rent: hæc dicentem, precatum esse à Deo,
vt vtriusque vitam semel sine misericor-
dia turbine aliquo extingueret. Quæ cum
dixisset commemorabat se visum esse vi-
dere repentè domum in qua staret, agita-
ri primū, deinde à vertice in duas partes
dimidias diuidi, & ante se rogū quendam
magni hominis, cumque (sub diō enim
locus ille esse videbatur) è celo vsq; ad se-
ipsum deferri: cælum verò apertum, & in
eius cardine Iesum assistentibus innume-
rabilibus angelis, hominū figura & specie.
Atque hæc quidem à cælo videri summa
cum sua admiratione. Cum autē ipse de-
orsum oculos cōuertisset, cernere se dice-
bat etiā terram ipsam ita discessisse, vt ob-
scurus quidā & tenebrosus hiatus exi-
stere videretur: atq; homines quidā illos
quibus malè precatuſ esset, ante se ad os
hiatus stare tremētes & miseros, & qui fe-
rè præ pedum suorū instabilitate demer-
geretur: ab inferiore autem loco ex hiatu
anguis sursum serpere atq; ad eorum pes-
des, cum sensim mouerentur, interdum



quidem trahere complicatos simul & deprimentes, atque retrahentes; interdum autē dentibus aut caudis incendentes, vel demulcentes, omniq; ratione agentes, vt eos in illam immensam voraginem precipites darēt; fuisse etiam viros quosdam in medio, qui vnā cum serpētibus in homines illos inuaderent, exagitatione, pulsu, & percussione: viros autē esse viros illos decidere partim inuitos, partim sponte, quōd à malo sensim cogerētur. Narrabat porro Carpus se voluptatem capere solitū, cum inferiora aspiceret, superiora verò negligere, grauitē autē ferre & negligere, quōd nondum decidissent: atque in hāc rem cum sapē incubisset, nec profecisset, & acerbē tulisse, & male peccatum esse: cum vix tandem cælum aspexisset; vidisse quidem illud rursum, quem admodum etiam antea vidisset: Iesum autem, quem ad misericordiam id quod gerebatur commouisset, surrexisse ex celesti solio, & cum ad eos descendisset, manum benignam porrexisse; & angelos qui vnā auxilium ferret, viros alium alia ex parte retinuisse, dixisse que Carpo Iesum porrecta iam manu: Feri me iam paratus sum enim rursum salutis hominū causa mortem perpetui mihi que hoc pergratum est, dum

dum alij homines non peccent. Sed vide, num tibi vtile sit hanc in hiatu & cum serpentibus mansionem mansioni, cum Deo & benignis hominūque amantibus angelis anteponere. Hęc sunt, que ego audita vera esse credo.

DIONYSIUS PONTIFEX

Vito pontifici.

Timotheus quidem, oprime Tite, cum discessit, num aliquid eorum quę Signis Theologicis constitui, non didicisset, ignoros: sed in Theologia, in qua de signis disputatur, omnia scriptorum diuinorum, quę de Deo plerisque monstruorum videntur esse, ei accuratissimē explanauimus. Etenim ex animis minus perfectis serupulum molestum euellunt, cum occulta sapientię patres per abstrusa quadam & obscura aigmata diuinam & mysterij plenam profanisque non parentem veritatem enunciant. Itaque verbis que de diuinis mysteriis sunt, pleriq; non credimus. Intuemur enim ea solū per signa que sub sensum cadunt, & eis coniuncta & cognata sunt, cum etiā eis detrahit ipsa p se nuda & pura aspicere debeamus. Si enim ita aspicimus, fontē vitę in se influentē, & in se stantem venerabimur,



372. B. DIONYS. AREOPA.
 cernentes etiam vna quendam vim, simp-
 licem, per se mobilem, per se agentem, se
 non deserventem, sed scientiam quae est scien-
 tiarum omnium scientia, & semper se per
 semetipsam intuetur. Quare & ei & aliis
 formas varias sacrosanctae scientiae fingen-
 di Dei significandi causa, nobis pro vitili
 parte explanandas putavimus. Ea enim
 quae extra eam sunt, quantis, quae so, incre-
 dibilibus commentis que portetis referta
 sunt: velut cum in Dei quidem generatio-
 ne quae essentiam omnem superat, ven-
 trem Dei corporis instar, Deum genera-
 tem effingit, & Verbum in aera fufum ex
 viri corde quod illud eructat: Spiritumque
 ex ore prodeuntem scribit, & sinus qui
 Deum generant, corporeo mote comple-
 dentes vlnis Deum Iesum, nobis laudat:
 aut cum eadem, eam quae oriuntur e terra
 ritu effingit, & arbores quae sunt, germina,
 flores, radices profert: aut fontes aqua-
 rum manantes, aut splendorum quae vim
 gignendi habent procreaciones, aut ali-
 quas alias interpretes & indices caelestium,
 aut diuinarum rerum descriptiones. In
 spiritualibus autem Dei administrationi-
 bus, aut donis, aut expressionibus, aut vir-
 tutibus, aut proprietatibus, aut sedibus,
 aut mansionibus, aut emanationibus, aut

Psal. 109
Psal. 44
Psal. 32
Prouer. 3
Apoc. 2
Isaie 53
Isaie 11
Esierc. 2
Psal. 35
Psal. 109
Psal. 144

distinctionibus, aut vnitatibus, siue con-
 iunctionibus, cum hominis figuratum, be-
 stiarum, aliorumque animalium, stirpium,
 & arborum, atque lapidum variam for-
 mam affingit: aut ornatum ei muliebrem,
 aut barbarorum arma attribuit, fictiliamque
 omnia & fornacem ut opifici vulgari adhi-
 beret: equos, currus, & solia subscernit,
 & rationes quasdam cibi coquendi com-
 parant: bibentemque, & ebrium, ac dor-
 mientem, & crapula distentum fingit. Quis-
 nam commemorabit iras, tristitias, iurciu-
 randa omnium generum? quis poeniten-
 tias, imprecationes, futores? quis multi-
 plices & obliquas non seruatorum promisso-
 rum artes & astutias? quis illam Gigantum
 pugnam quae in Genesi exponitur, in qua
 insidias metu coactus facere dicitur vitis
 illis potentibus, atque id cum edificatio-
 nem non aliquibus aliis nocendi, sed suae
 ipsorum salutis causa moliebantur? quis
 consilium illud, quod in caelo fallendi
 Achab causa captum est? quis multas illas
 & corporeas amatoriasque affectiones, quae
 in canticis canticorum exprimuntur: alia-
 que omnia audentis diuinae effectionis sa-
 cras compositiones, quae videntur verum
 occultarum vela esse, earum quae simpliciter
 sunt, & indiuidue multitudines & diuio-

Gen. 1.8
Exod. 3
Matt. 13
Luc. 6
1. cor. 20
Apoc. 1

Gen. 11

3. Reg. 27
Cant. 4.5



374 B. DIONYS. AREOPA.
nēs: figuræ atque formæ earum quæ formis & figuris carent: quorum si quis possit pulchritudinem & dignitatem quæ intus latet, aspiciere. is mysterij plena & diuina, magniq; ac Theologici luminis plena inueniet omnia. Nō est enim quod effectiones, quæ videntur propter se perfectas esse, putemus, sed propter occultā, & ad eam quæ à multis cerni nō potest scientiam, obrectas tamen, ne sacra à profanis & scelestis facile caperetur, sed solis viris sanctitatis studiosis & amatoribus aperiretur, vt qui omnē puerilē speciē in sacris signis & mysteriis deponerent, mentisque simplicitate, ac contēplandi facultate peruenire possent ad simplicem & exitiam summamq; signorū veritatem. Hoc etiam præterea intelligendum est, duplicem esse Theologorum traditionem: alteram quidem occultā & mysticā, alteram planā & notiorē; & illam quidem signis cōtineri, atq; perficiendī vim habere. hanc sapientię studiosam esse, & demonstrandi habere vim. Iunctum etiam & cōnexum est, id quod apertum est, cum eo quod occultum: atq; illud quidem probat, & confirmat eorum quæ dicuntur veritatem, hoc autem efficit, & collocat in Deo obscuris, & quæ doceri non possunt, modis & instructioni

EPISTOLÆ. 375
tutionibus. Nec verò in sanctissimis etiā perficiendis mysteriis sacrosancti nostræ aut legis traditionis præceptores à diuinis abstinuere. Quin & sanctissimos angelos per ænigmata res diuinas mysticè profertre in lucē æternimus: & Iesum ipsum in parabolis de diuinis rebus disserere, & per figuratū mensæ apparatus diuina tradere mysteria. Cōsentaneum enim fuit, non solum inuoluta à multis sancta sanctorum seruari, sed etiā ipsam hominum vitam, quæ & indiuidua est, & diuidua, pro modo suo illustrari diuinis notioribus: & eam quidem animi partem, quæ est impatibilis, ad simplicia & intima diuinorū signorum spectacula secerni, eam autē quæ patibilis est, cognata sibi ratione & curari & ad diuina duci ante elaboratis typicorum signorum simulacris. Nam cognata & naturalia eiusmodi integumenta solent esse. idq; declarāt omnes, qui audita apertē sine integumentis Theologia in se fingunt simulacrum quoddam, quod eos ad Theologiæ quam dixi intelligentiā perducit. Atq; etiam ipsa mundi qui cernitur fabrica, diuinarum rerum quæ non videntur est integumentum, quemadmodū dicit & Paulus & vera ratio. Itaq; Theologi alia ciuilitè & legitime considerant, alia



376 B. DIONYS. AREOPA.
 autem purè & sanctè : atque illa quidem
 mote hominum, & medio interiecto: hæc
 autem mote humano superiori, & effica-
 citer. Et interdum à legibus quæ non vi-
 dentur, interdum ab institutis quæ non
 videntur, conuenienter propositis sacris
 rebus, animis atque mentibus. Non enim
 historiam nudam, sed vitalem perfectio-
 nem continet & omnis, & vbiq; oratio.
 Nòs ergo etiã debemus prætermiffa po-
 pulari & eis opinione ad sacra signa vt
 deet, peruenire, nec ea debito honore
 fraudare, cum sint diuinarum figurarum
 germina & expressa simulachra, clarèque
 abstrusorũ marabiliumq; spectaculorum
 imagines. Etenim non solum lumina quæ
 essentiam superant, animoq; cernuntur,
 atque vno nomine, diuina figuratis signis
 distinguuntur: vt Deus qui omni essentia
 præstat, ignis dicitur, & Dei eloquia quæ
 ratione intelliguntur, ignita: verum etiã
 angelorum qui & animo cernuntur, &
 mente sunt præditi, diuini ordines tũ va-
 riis formis depinguntur, tum multiplici-
 bus & igneis figuris. Alioque modo ipsa
 ignis species cum in Deo, qui intelligen-
 tiam superat, dicitur, accipienda est, alio-
 cum in spiritalibus eius prouidentis aut
 sermonibus, aliter cum in angelis: ac pri-
 ma

*Deuter. 4.
 1. sul. 10;
 Luc. 12*

11. 110

ma quidè ex causa, altera, ex essentia, ter-
 tia ex communione: & alia alio modo, vt
 eorum contemplatio, & à scientia profe-
 cta distinctio cõstituit: nò sacra signa for-
 tèt, temerè & casu confundenda, sed expla-
 nanda, congruentèr causis, aut essentiis,
 aut facultatibus; aut ordinibus, aut digni-
 tatibus earum rerum, quarum sunt inter-
 piores indicèsq; imagines. Ac ne modum
 & fines epistolæ tranſeamus, ad ipsam iam
 positam quæſtionem veniendum est. Di-
 cimus quidem, cibum omnem perſicere
 ea quæ aluntur, quòd absoluit & explet id
 quod in eis minus perfectum est, & indi-
 gètiã, infirmitatè & imbecillitatè cu-
 ret, eorũq; vitam tueatur, faciãq; vt re-
 florescant & renouent, & vitalem eis con-
 sensionem impertiat, ac planè, & tristitiæ
 atq; eius quod minus perfectũ est, expul-
 titis sit, & lætitiæ ac perfectionis suppedi-
 tatrix. Rectè igitur sapiētissimã benignis-
 simãq; sapiētia à setiptis diuinis laudatur,
 quòd & myſterij plenum crãtera ponat, &
 sacrum eius poculum profundat, & magis
 quòd ante hæc firmos solidosque cibos
 apponat, & cum excelso præconio ipsa eos
 qui se egent, benignè inuitet. Duplicè er-
 go cibum diuina sapientia apponit, alte-
 rum firmum & stabilem, alterum liqui-

*Prover. 9
 Matt. 13
 Luc. 14*



378 B. DIONYS. AREOPA.
dum atque profluentem: atque in cratere
& calice benignissima providentia suae
praebet munera. Calix quidem cum rotun-
dus sit, & parente apertoq; ore, parentem
& omnia obeuntem omnium providen-
tia, quae principio & sine caret, significat.
Sed quoniam cum ad omnia progredia-
tur, tamen in se manet, atq; in eodem statu
perstat immobilis, nec ab eo penitus dis-
cedit: sit ut eius ita stabilis, crater & calix
ipse constanter maneat. Aedificare etiam
sibi domum divina sapientia dicitur, atq;
in ea & solidos firmosque cibos, & pocu-
lum atque calicem proponere, ut sit per-
spicuum iis qui divina pro dignitate Dei
conferunt, providentiam etiam perfectam
esse, cum qui sit causa cur sint, & bene sint
omnia, & ad omnia peruenire ac pertine-
re, & in universo esse, & continere omnia:
rursusq; eundem qui sit in eodem excel-
sitate, nihil in vlla re, vlla ex parte esse, sed
secretum esse ab omnibus, cum in se ipse
eodem aeternoque modo sit, perstatque &
maneat, atq; semper idem sit, eodemq; mo-
do habeat, nec vilo modo se ipse deserat,
neq; sedem suam immobilisq; mansionem
& quasi larem relinquat: sed & in ea omni
perfectaq; providentia suae munera perficiat:
& procedat ad omnia, & in se maneat:
& insi

EPISTOLAE. 379
& insistat semper, & moveatur, & neq; in-
sistat, neque moveatur: sed ut ita dicam, &
providentia actiones in stabilitate atque
institione, & institutionem mansionemque
habeat naturaliter, & praeter naturam in
providendo. Sed quis est solidus, quis li-
quidus & fluctans cibus? hos enim quod
dat, atque provideat, divina laudatur sa-
pientia. Solidum quidem cibum significare
arbitror, mentis participem stabilemque; ac
eodem in statu manentem perfectionem,
qua divinarum rerum participes sunt sensus
illi mentis perstantem potentem: sin-
gularem individuamque scientiam, quibus
cum divinus Paulus a sapientia acceptum
revera solidum cibum communicat. *Hebr. 5*
Liquidum autem fluxionem quae vim habet
diffusionis, & foras excurrere studet, va-
riisq; etiam ac multis & diuisis eos qui
educantur, pro captu & modo suo ad sim-
plicem, stabilemque Dei scientiam benignè
deducit. Itaque & rori, & aquae, & lacti, &
vino, & melli divina spiritaliaq; scripta, &
verba comparantur, similiaq; ducuntur esse
propter vim & procreandi, ut aqua, & au-
gendi, ut lac, & recreandi, ut vinum, & pur-
gandi pariter & tuendi, ut mel, habet. Haec
divina sapientia dat iis, qui ad ipsam accedunt,
ipsis largè perceptum conuiuorum
affluen

Hebr. 5

Isaia 45

Osae 14

Eccles. 15

1. Cor. 3

1. Pet. 2

Prout. 9

Psal. 118



affluentes suppeditans profundensq; copias. Hoc quidē est verē epulari: ob eamque causam laudatur, quōd & generet, & paruulos educt, & renouet, & perficiat. Ex hac autem sacra conuiuij interpretatione ipse etiam bonorum omnium auctor Deus ebrius esse dicitur, propter redundandem, & quæ mentem superet, Dei *innoxius* id est, in conuiuio, aut vt verius dicam, *innoxius*, id est, infirmitates perfectumque, & incredibilem modū transiitum. Vt enim in nobis in malo ebrietas, & immoderata expletio est, & mentis sensumque dimotio: sic etiam in bono in Deo ebrietas nihil aliud intelligenda est, nisi redundans per causam foras excurrens in eo omnium bonorum immensitas. Quinetiam dimotio mentis & sensus, quæ ebrietatem comitatur, Dei excellentia quæ omnem mentem superet, accipienda est, quæ ab intelligentia secerisur, cum totū hoc, quod est intelligere & intelligi, & ipsum esse longē superet: ac planē omnibus quæ bona sunt ebrius pariter, & dimorus est Deus, quippe cum & eorū omnium sit plenissimus omnis immoderationis exuperantia, & rursus secretus ab omnibus. His quidem adducti, sanctorum etiam in Dei regno conuiuia eodem modo

modo interpretabimur. Transiens enim, inquit ipse rex, faciet eos recumbere, & ipse ministrabit eis. Hac autem declarant communem quandam concordemque sanctorum in diuinis bonis societatem, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, iustorumque spiritus, qui & bonis omnibus perfecti sunt, & bonis omnibus referti. Accubationem etiam quietem esse censemus multorum laborum, vitam tutam, diuinumque viuendi genus in lumine ac regione viuorum plenum omnis sanctæ voluptatis largamque, omnis generis, & beatorum bonorū suppeditationē, per quam omni gaudio complentur: atque id Iesu eos & exhilarante, & in mensa collocante: eisque & ministrante, & æternam quietē largiente, & perfecta bona tribuente & infundente. Scio etiam te postularum esse somni Dei, qui celebratur, & vigiliæ explanationem: cum dicemus diuinum quidem somnum esse Dei secretionem ab iis quæ providentia gubernantur, & communitatis priuatione: vigiliam autem providendi iis, qui institutionis & salutis indigent attentionem: ad alta Theologica signa venturum. Itaque superuacaneum rati eadem iisdem verbis reperendo, alia videri dicere, consciisq; nobis nos in iis qua:



382 B. DIONYS. AREOPA.

quæ bona sunt, parère: epistolæ quidam hoc loco finem facimus, quod plus reddidimus, quàm quantum literis nostris debirum esset: ipsam autem rotam de signis differetem Theologiam mittimus, in qua inuenies cum sapientia domo & columnas septem diligenter explanatas, & solidum eius cibum, qui in hostias & panes diuisus est, & quæ sit vini temperatio & mixtio, ac rutilus quæ Dei ex ebrietate crapula. Ea etiam quæ modo breuiter dicta sunt, in ea fusè ac distinctè tractauimus: estque, vt opinor, omnium quæ de diuinis rebus signis, exprimentur inuentis bona, sacrisque diuinorum librorum traditionibus ac veteratibus conuenit.

DIONYSIVS IOANNI

Theologo, Apostolo & Euangeli-

sta exultanti in Papho

insula.

Salutem, sancta anima, charissime. Est hoc mihi apud te magis proprium quàm multis. Gaude tu qui verè charus es ei qui verè amandus est, expectandus & diligendus. Quid mirum, si Christus vera dicit, & iniqui discipulos ex urbibus expellant, qui sibi ea quæ meriti sunt tribuunt, & à sanctis seclerati ac infarij homines disunguntur

Mat. 23
Luc. 12

383 A. EPISTOLÆ. 383

guntur atque discedunt? Sunt reuera ea quæ videntur, eorum quæ sub aspectum non cadunt, certæ claræque imagines. Neque enim in seculis quæ vètura sunt causa erit Deus iustarum à se secretiorum, sed ij, qui se penitus à Deo secreuerint: quemadmodum etiam alteros hęc iam cum Deo versari: quandoquidè cum veri studiosi sint, ab omni quidem resam corporarum voluptate abducuntur, liberi autem ab omnibus malis, Deique amore impulsii, omnium bonorum pacem diligunt, & sanctimoniam, atque ab hac vita principum futuræ faciunt, cum inter homines angelorum vitam imitentur, cum omni animi tranquillitate, Dei nominis appellatione, benignitate, cæterisque virtutibus. Te quidem nunquam ira amens sim, vt aliquid pari arbitrer, sed corporis mala, hoc tantum quod ea diiudices, sentire credo. Eos autem, qui tibi iniuriam inferunt, & à se exterminari te Euangelij solem non rectè putant, cum iure reprehendam, opto, vt iis prætermisiss, quæ in se faciunt, ad bonum ipsum se conferant, & te ad se alluciant, siantque participes luminis. Nos verò ne contrarium quidem Ioannis clarissimo radio priuabit, quod futurum est, vt nunc quidem veræ, The



384 B. DIONYS. AREOPA.

Theologiæ tuę calamus memoriam & re-
nouationem : post verò (video enim hoc,
etsi audax est) tecum coniungamur. Sum
autem planè dignus, cui fides habeatur,
cum id quod tibi antè cognitum est, & di-
dicerim à Deo, & dicam, te liberatum iri
ex Parhmi ergastulo, & in Asiam
rediturum, in qua facturus sis
benigni Dei imitationes,
ac posteris prodi-
turus.

HIERO

385
HIERONYMVS

IN LIBRO DE VIRIS

ILLVSTRIBVS, DE

epistolis & martyrio

B. Ignatij.



Gnatus Antiochenę eccle-
się tertius post Petrum Apo-
stolum episcopus, persecu-
tionem commouente Tra-
iano dānatus ad bestias, RO-
mam vinctus mittitur. Cumque nauigans
Smyrnam venisset, vbi Policarpus auditor
Ioannis, episcopus erat, scripsit vnā epi-
stolam ad Ephesios, alteram ad Magnetha-
nos, tertiam ad Trallianos, quartam ad Ro-
manos, & inde egrediens scripsit ad Phila-
delphenos, & ad Smyrnæos, & proprie ad
Polycarpum, commēdans illi Antiochen-
sem Ecclesiā. In qua & de euangelio quod
nuper à me translātū est, super personam
Christi ponit testimonium, dicens: Ego
verò & post resurrectionem eum in carne
vidi, & credo quia sit: & quando venit ad
Petrum, & ad eos qui cum Petro erant, di-
xit eis: Ecce palpate me & videte quia nō
sum dāmonium incorporale, & statim re-
tulerunt eum & crediderunt. Dignum au-



386 B. DIONYS. ARFOPA.
tem videtur quia tanti viri fecimus men-
tionem, & de epistola eius quā ad Roma-
nos scripsit, pauca ponere. De Syria, in-
quit, vsq; Romā pugnō ad bestias in mari
& in terra, nocte ac die ligatus cum duo-
decim leopardis, hoc est, militibus qui me
custodiunt, quibus si benefeceris, peiores
fiunt. Iniquitas autem eorum mea do-
ctrina est: sed nō idcirco iustificatus sum.
Vtina n̄ fruar bestiis, quę mihi preparatę
sunt. Quas & oro veloces mihi esse ad in-
teritum, & aliciam ad comedendum me,
ne sicut & aliorū martyrum non audeant
corpus attingere. Quod si venire noluer-
int, ego vim faciam vt deuorer. Ignoscite
mihi filioli, quid mihi profit ego scio.
Nunc incipio esse discipulus Christi, nihil
de his quę videntur desiderans, vt Iesum
Christum inueniam. Ignis, crux, bestia,
contractio ossium, membrorumq; diuisio,
& totius corporis contritio, & tormenta
diaboli in me veniant, tantum vt Christo
fruar. Cūque iam damnatus esset ad be-
stias, & ardore pascendi rugientes audiret
leones, ait: Frumentum Christi sum, den-
tibus bestiarum molar, vt panis mundus
inueniar. Passus est autē xj. Traiani anno,
reliquię corporis eius Antiochię iacent
ad portam Dapniticam, in cimiterio.

DIVI

387
DIVI IGNATII

EPISTOLÆ DVO-

DECIM, QVAVRM

prima est ad Mariam

Castabolitam.

IGNATIVS QVI ET

Theophorus, misericordiam consequutus,
& gratiam Dei patris alissimi & do-
mini nostri Iesu Christi, qui pro nobis
mortuus est, fidelissimę & Deo digne
Christicolę sive Marię plurimam in Deo
Salutem.



Prima quidem figuratio li-
terę, velut pars chori sensus
continens, non solum his
quibus impetit affectum,
honorat accipientem, sed &
in ipsis qui suscipiunt amplius auget de-
siderium. Et quomodo nauigantribus in
tempestate gratus est portus, ita & nobis
litterarum tuarum acceptabilis est mo-
dus. Quem tanquam tutissimum solati-
um a tua fidelissima mente de longin-
quo suscepimus conspicientes in eo il-
lud quod est bonum. Omnium namque
bonorum largitor est Deus. O sapientis-

C 2



388 EPISTOLA IGNATII.
 fima mulierum, tuam animam purissimis fontibus assimilamus, illis videlicet, qui transeuntes etiam non sitientes visio-
 ne sui attrahunt, & potum haurire inui-
 tant. Ita enim tua prudentia pollicitatio constringit nos, iubens de illis sanctis li-
 quoribus, qui in anima tua redundant, haustum sumere. Ego autem potavi non
 in eis tantum nunc, quantum publicano-
 rum contrariis sententiis exagitor. Quæ
 quidem sunt fugæ & carceres ac vincula.
 Sed nihil horum recuso. In iniustitiis au-
 tem eorum magis edoceor, ut Iesum me-
 rear adipisci, lucror ego periculis mihi
 preparatis. Quia non sunt condignæ pas-
 siones huius temporis ad futuram glo-
 riam, quæ reuelabitur in nobis. Quæ
 autem per epistolam à te intimata sunt,
 promptè adimpleui, de nullo eorum du-
 bitans, quos tu bene habere probasti.
 Agnoui enim te iudicio Dei testimonium
 memoratis viris perhibuisse, & non gra-
 tia carnali. Non valde autem assidua fue-
 runt spatia, quibus tua scripta perlege-
 rem, neque adhuc in te negocium per-
 ceperam. Nec enim habui quomodo ocu-
 lis percurrerem illam ineffabilem tue sen-
 tentiæ relationem, pro anima tua ego ef-
 ficar. Quia diligis Dominum Iesum fi-
 lium

AD MARIAM CASSOB. 389
 lium Dei viui, propterea & ipse tibi di-
 cit: Ego eos qui me diligunt diligo, & *Prouer. 8*
 qui querunt me inueniunt pacem. Ob-
 uenit itaque mihi dicere, quia verus est
 sermo, quem audiui de te causante Romæ
 apud beatum Papam Anacletum, cui suc-
 cessit beatitudine dignus Clemens Petri
 & Pauli auditor. Et nunc adiecisti super
 eum centupliciter, & adhuc adicies te
 ipsam. Valdè enim desiderabam venire ad
 vos, & conuiescere vobiscum, sed non
 mihi fuit opportunum, præpediebat enim
 propositum meum, non sinens illo per-
 gere militaris custodia. Quia nullus talia
 perfecit vel passus est, qualia ego. Quæ
 propter secunda consolatio est inter ami-
 cos, scriptis se inuicem releuare. Saluto
 sacratissimam animam tuam, rogans su-
 peradiicere ad propositum tuum. Præfens
 enim labor paruus est, merces verò que
 speratur multa est. Fuge eos qui negant
 passionem Christi, & natiuitatem eius se-
 cundum carnem. Multi sunt enim qui hæc
 sanitate infirmate conantur. Sed tu con-
 tra huiusmodi consuesce etiam alios mo-
 nere. Quia in omni opere & verbo bono
 perfecta es, potens & alios erudire in do-
 mino. Salutant te presbyteri & diaconi,
 præ omnibus verò sanctus Hieronymus.



390 **EPISTOLA IGNATII**
 Salurant te Cassianus hospes meus, & for-
 tor mea coniunx eius, & dulcissimi filij
 eorum. Incolumem & carnali & spirituali
 salute Dominus sanctificet semper, & vi-
 deam te à domino consecratam coronam.

DIVI IGNATII

AD TRALLIANOS

EX SMYRNA,

Epist. II.

Trallis vrbs est Asiatica, in vertice quo-
 dam plano, promontorium natura
 munitum habet, Asiaticarum
 vrbiū opulentissima,
 vnde & dicuntur.
 Tralliani.

*IGNATIUS, QUI ET
 Theophorus, dilecte à Deo patre, & Domi-
 no Iesu Christo ecclesie sancte, que est in
 Trallis, electe & Deo digna, pacificata in
 carne & spiritu Iesu Christi, spe nostra in
 passione per crucem & mortem, atque re-
 surrectionem, quam & saluto in plenitudine
 apostolica forme, & opto plurimum in Deo
 gaudere.*

Immaculatum animum & sine dolo in
 perseverantia cognoui vos habere, non in

AD TRALLIANOS. 391
 in hesitatione, sed in fidei possessione,
 prout significavit mihi Polybius episco-
 pus vester, qui peruenit voluntate Dei
 patris, & domini Iesu Christi filij eius,
 & cooperatione spiritus Smyrnā, & sic
 mihi congratulatus est victo in Christo
 Iesu, vt omnem plenitudinem in ipso cō-
 spicerem. Suscipiens ergo, eum secundum
 Deum, vestram benevolentiam per ipsum
 agnoui, inueniens vos imitatores esse Iesu
 Christi saluatoris nostri. Episcopo subie-
 cti estote, sicut Domino. Ipse enim vigilat
 pro animabus vestris, tanquam rationem
 redditurus Deo. Propter quod videmini
 mihi non secundum carnem viuere, sed
 secundum Iesum Christum, qui pro nobis
 mortuus est, vt credentes in mortem eius,
 per baptismum participes resurrectionis
 eius efficiamur. Necessarium est enim vos
 nihil præter episcopū facere, neq; aliquid
 agere: Sed & presbyteris subditi estote, vt
 Apostolis Iesu Christi spei nostræ, in quo
 perseverantes in seipso inuentiamur. Opor-
 tet ergo & diaconis qui sunt in ministe-
 rium Iesu Christi omnimodo placere, non
 enim in cibo & potu sunt miristri, sed mi-
 nisterij ecclesie Dei. Oportet igitur præce-
 pta eorum obseruare, sicut ignem arden-
 tem. Ipsi verò sint tales, vos autē reueren-



mini eos tanquā Dominum Iesum Christum, quoniā custodes sunt loci eius, sicut episcopus forma est patris omnium, presbyteri verō sicut confessus Dei & coniunctio Apostolorum Christi. Sine ipsis enim ecclesia electa non est, neq; collectio sanctorum, neq; congregatio sancta. Confido enim & vos sic consistere. Exempla enim charitatis vestrae accepi, & habeo penes me ipsum in episcopo vestro, quoniam ipsius constitutio magna doctrina est. Nam & mansuetudo eius virtus est, quam arbitror etiā illos qui sine Deo sunt reuereri, quia autem diligo vos, parco frequentius vobis scribere, ne videat aliquibus contrariū aut tardiosus esse. Vincitū sum enim pro Christo, sed nondum Christo dignus sum: nisi autem cōsummauerō, forsitan ero. Non sicut Apostolus præcipio, sed inerior me ipsum, ne in gloriatione mea peream, bonum est enim in Domino gloriari. Et si saluatus fuero apud Deum, plus me oportet timere, & nō attendere ad eos qui magnificant me. Hi verō qui me laudant, potius flagellant. Eligo enim pati, sed nescio an dignus sum. Zelus enim inimici, multis non videtur, me autem impugnat. Debeo ergo esse mansuetus, vt dissoluatur princeps seculi huius diabolus. Nunquid non poteram

poteram vobis secretiora scribere: sed timeo ne parulis vobis constitutis, lassitudinem imponā. Et ignoscite mihi, quia non valeo ferre vinculorum onera, quemadmodum ego vincitū sum. Et possum quidem intelligere caelestia, angelorū scilicet atque archangelorum ordines militiarum diuersitates virtutum & dominationum differentias, sedium atq; potestatum distantias, thronorū magnificentias, cherubim & seraphim excellentis spiritus sublimitate, Domini regnū, & super hæc omnia omninentis Dei incomparabilitatem. Hæc igitur ego cognoscens, nō omnino perfectus sum, aut discipulus esse possum, qualis Paulus, aut Petrus. Multum enim mihi restat, ne à Deo derelinquar. Rogo autem vos nō ego, sed dilectio Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadē scientia. Sunt enim quidam vaniloqui & mentis seductores, non Christiani sed Christum mercantes seductione, circūferentes nomen Christi, & cauponantes verbum euangelij, & venenum, erroris commiscentes dulci blandimento, sicut puro melli virus admiscentes, vt qui biberit illius potus sensuales illecebras, dulcedine captus inobseruan-



uater morti addicatur. Monet autem quidam antiquorum, vt nemo bonus dicatur, qui malum bono admisuerit. Nominant enim Christum, non vt Christum prædicent, sed vt Christum spernant. Et legem profertunt, nõ vt legem statuãt, sed vt legem contraria annuncient. Christũ enim alienant à patre, legem verò Christi & natiuitatem ex virgine abiciunt, crucem erubescientes & passionem, & negantes, resurrectioni non credentes, Dominum incognitum profitentur, Christum ingentum putant, & neq; quia est Spiritus sanctus confitentur. Qui iam verò eorum filium hominum purum esse dicunt, alij autem ipsum patrem esse dicunt, ipsum filium ipsumq; Spiritum sanctum. Et creaturã non operã Dei esse per Christum dicunt, sed alterius cuiusdam extraneæ virtutis. Caute ergo à talibus, ne sumatis laqueos animabus vestris, & vitam vestram inexplorabilem opponite omnibus hominibus, ne efficiamini mucipula explorationis, & sicut tentoria extensa. Qui enim sibi nõ parit in operibus suis, frater est pollutis semetipsum. Si ergo & vos deponatis naturalẽ superbiam inflatilem & tumidam extollentiã, possibile erit vobis inseparabiles esse à Deo, propè est enim Dominus timetibus eum.

Psal. 84

Et

Et in quem (inquit) respiciã nisi in humilem & quietum & tremetum verba mea? Veneremini autem & episcopũ vestrum, secundum quod vobis beati Apostoli præceperunt. Qui enim inter altare est constitutus, mūdus est. Propter quod obedite episcopo vestro & presbyteris. Qui enim extra altare cõstitutus est, extra episcopũ, & presbyteros, & diaconos aliquid agens, qui talis fuerit, pollutus est cõscientia, & est deterior infideli. Quid est enim episcopus, nisi omnem principatũ & potestatem omnium illorum tenens quemadmodum deceat hominem tenere imitationem Dei factum secundum virtutem? Quid est presbyterium, nisi institutio sancta consiliarij & confessoris episcopi? Quid etiã diaconi, nisi imitatores Christi ministrãtes episcopo, sicut Christus patri, & operantes illi operationem mundã & immaculatã, quomodo S. Stephanus beatissimo Iacobo, & Timotheus & Linus Paulo, & Anacletus & Clemes, Petro. Qui igitur istis inobediens fuerit, hic sine Deo omnino erit & impius & cõtempnens Christum, & ordinationem ipsius minorãs. Ego verò hæc vobis mado, nõ q; aliquos inter vos tales agnouerim: nec permittat deus aliquid huiusmodi aliquãdo in aures meas introire, q; filio suo

Isa. 66

NON



non pepercit propter sanctam ecclesiam, sed prauidentis seditiones iniqui pramonitione conforto vos sicut filios meos charissimos & fideles in domino, prapotans vos medicamine pramuniente contra imminentem pestilentiam, quam etiam vos tanquam morbum fugite, beneplacentes in Christo Domino nostro. Vos ergo succincti mansuetudine, imitatores estote passionum Christi & dilectionis eius quia dilexit nos, dans semetipsum pro nobis redemptionem, ut nos sanguine suo mundaret ab antiqua impietate, & vitam nobis prastaret, incipientibus nobis iam perire pro malitia qua erat in nobis. Nemo ergo vestrum aduersus proximum aliquid habeat, dicente Domino: Dimitte & dimittetur vobis. Nolite occasionem dare gentibus, ne propter aliquos paucos insipientes, verbum Domini & doctrina blasphemetur: ne in vobis compleatur quod propheta ex persona Dei ad huiusmodi dicit: Quoniam per vos nomen meum blasphematur in gentibus. Obturate autem aures vestras, quando vobis quis sine Iesu Christo filio Dei loquitur, qui factus est per Mariam ex semine Dauid, qui verè natus ex Deo & ex virgine, quia hoc ipsum est, quod & Deus. Suscepit

Matt. 6

Isaie 25

pit enim verè corpus. Verbum (inquit) caro factum est, & habitauit in nobis sine peccato. Quis enim ex vobis arguet me de peccato? Manducauit enim verè & bibit: & crucifixus est & mortuus sub Pontio Pilato, sed & secundum placitum voluntatis suae verè crucifixus est & verè mortuus, videntibus caelestibus & terrestribus & infernis. Caelestibus quidem tanquam incorporalibus creaturis, terrestribus verò, ut Iudaeis & Romanis, & ceteris hominibus, qui tunc eodem tempore praesto erant, quando crucifixus est Dominus. Infernis autem, ut multitudinem eorum qui cum Domino resurrexerunt. Multa (inquit) sanctorum corpora dormientium resurrexerunt de monumentis patefactis. Descendit autem in infernum solus, ascendit verò cum multitudine, & ditupit maceriam qua erat à seculo, & medium patientem eius dissoluit, & resurrexit tertia die resuscitante eum patre, & post dies quibus conversatus est cum Apostolis assumptus est ad patrem, & sedet ad dexteram eius, expectans donec ponatur omnes inimici eius scabellum pedum eius. Die ergo parasceues tertia hora accepit sententiam à Pilato permittente patre, sexta verò crucifixus est, nona autem emisit

Ioan. 3
Ioan. 8

Matt. 27

Psa. 109



spiritu. Ante vero solis occasum de cruce depositus est, & sepultus in monumento nouo. Sabbatho vero misit sub terra in sepulchro, quo posuit eum Ioseph ab Arimathia. Dominica autem die resurrexit a mortuis, secundum quod dictum est ab eo, sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Continet autem dies perasceue passionem eius, Sabbathum vero sepulturam & requiem. Dominica autem resurrectionem. Quidam autem tanquam sine Deo increduli & infideles, dicunt eum putatiue tantum fuisse hominem, & non verum corpus suscepisse, atque putatiue passum & mortuum. Ego vero pro passione & morte Domini mei victus sum, & opto ad bestias pugnare. Si enim putatiue & non vere passus est & mortuus, ergo ego gratis moriturus sum, mendacia de cruce Domini constringens, sed & propheta superfluè dixit: Videbunt in quem compunxerunt, & plangent inter seipso tanquam super dilectum, & dolerunt dolore tanquam super primogenitum. Ergo infideles illi & increduli non minus sunt, quam illi qui eum crucifixerunt. Ego sic deuoui spem habere in eum, qui pro me vere mortuus est, quia alienum est ab eo mendacium. Vere etenim peperit

Mat. 12

Zach. 12

Mari

Maria corpus, Deo in eo habitans, & vere natus est Deus verbum ex virgine, corpus simile nobis passibile sine peccato induens, vere conceptus est in utero, & factus est in utero, formans & facies sibi corpus ex virgine, sine semine scilicet & colloctione viri, portatusque in utero sicut & nos, tempore portati sumus, & vere lactatus est & nutritus, sicut & nos, & cibo & potu sicut & nos usus est, & triginta annos agens, baptizatus est à Ioanne in veritate & non in phantasmate, & tribus annis predicauit euangelium, & fecit signa & prodigia coram falsis Iudæis, & à Pilato præfide iudicatus est, flagellatus est, colaphis cæsus est, consputus est, spinam coronam purpureamque vestem portauit, condemnatusque, crucifixus est vere, voluntarie complacens, non imaginariè neque fallaciter mortuus est, sed vere, & sepultus est, & resurrexit à mortuis, sicut ipse alieni orans patrem dicebat: Tu autem Domine resuscita me & reddam illis. Et pater qui semper eum exaudit respondens ait, Exurge Deus, iudica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Qui ergo resuscitauit eum pater, ipse eam nos per eum resuscitatus est, non sine vera vita, hoc est non

Psal. 40
Psal. 51

sine



400 EPISTOLA IGNATII

sine ipso qui ait: Ego sum vita, qui credit in me, licet moriatur, vivit, Et omnis qui vivit & credit in me, non morietur in aeternum. Fugite illas sine Deo haereses. Diaboli enim sunt adinuertio, serpentis auctoris malorum, qui per mulierem seduxit Adam patrem generis nostri. Fugite verò & malas soboles eius. Simonem dico primogenitum generis ipsius, & Menandrum, & Basilidem & totam collectionem malignitatis ipsius, & illos hominis cultores Hebionitas, quos maledictos esse Hieremias propheta asseruit. Fugite quoque & illos immundissimos Nicolaitas amatores libidinis, malos calumniatores. Nam talis fuit Apostolorum minister Nicolaus. Fugite etià ipsius nequissimos nepotes, Theodorum scilicet & Cleobolum, qui generant fructum mortiferum, de quo si quis degustaverit statim morietur, non morte temporalis, sed aeterna. Hi autem omnes non sunt plantatio Dei patris, sed progenes maledicti. Omnis autem plantatio (inquit Dominus) quam non plantavit pater meus caelestis, eradicabitur. Quod si fuissent rami patris, non utique essent inimici crucis Christi, sed sunt rami illorum, qui occiderunt dominum glorie, nunc autem crucem

AD MAGNESIANOS. 401

crucem negantes & passionem erubescentes operantur Iudaeorum iniquitates, illorum scilicet qui & Deo rebelles extiterunt, & Dominum occiderunt. Parum est enim eos dicere prophetarum esse interfectores. Vos ergo inuitat Christus ad suam incorruptionem, per passionem suam & resurrectionem, qui estis membra eius. Saluto vos ex Smyrna vna cum presentibus mihi ecclesiis Dei, quae & praesentes me id requisierunt in omni carne & spiritu. Postulant vos vincula mea, quae propter Iesum Christum porto, rogans Deum ut mereamini in consensu & oratione inuicem permanere. Deceat enim unumquemque vestrum bene obsequi presbyteris, episcopum in honorem Dei patris, & in honorem Iesu Christi, atque Apostolorum venerari. Deprecor vos ex affectu audire me, ut non sit in testimonium quod vobis scripsi, & orate pro me indigete misericordia Dei ac vestra charitate, ut mereat obsequi forte cui subiaceo, ne reprobus inueniar. Salutar vos dilectio Smyrneorum & Ephesiorum memores vestri, ecclesiarumque quae est in Syria, unde non sum dignus dici vltimus eorum qui ibi sunt. Incolumes estote in Christo Iesu, subiecti estote episcopi, similiter & presbyteris atque diaconis, omnes



402 EPISTOLA IGNATII
inuicem corde inseparabili. Castificet vos
Spiritus meus, non solum nunc, sed & quan-
do Deum meruero adipisci. Adhuc enim
in periculo sum, sed fidelis est pater Iesu
Christi adimplere petitionem meam &
vestram, in qua inueniamur immaculati,
& acquisiti in Domino, Amen.

AD MAGNESIA-
NOS EX SMYRNA.

Epistola III.

Magnesia Æolica ciuitas est, quæ ad Meân-
dram uersa dicitur. Nam, ut inquit,
Strabo, ei proxima est, unde Ma-
gnesij & Magnesiani.

IGNATIUS XVI ET THEO-
phorus, benedictæ ecclesiæ Magnesiana.

GRatia Dei patris in Christo Iesu sal-
uatore nostro, in quo saluto ecclesiã
quæ est in Magnesia iuxta Meandrum, &
oro in Deo patre & Iesu Christo Domino
nostro, in quo plurimũ uos gaudere opto.
Cognoscens uestrã secundum Deum be-
ne dispositã dilectionem, exultans assump-
psi in fide Iesu Christi alloqui uos, dignus
effectus sancti atq; desideratissimi nomi-
nis, in his quæ gesto uinculis. Laudo Ecce-
sias in quibus iubilare opto carne & spiri-
tu Christi Iesu, qui est saluator omnium ho-
minum, maximè fidelium, cuius sanguine re-

AD MAGNESIANOS. 403
dempti estis, per quem cognouistis Deũ,
immò cogniti estis ab eo, in quo sustinẽ-
tes seculi huius tentationẽ effugite. Fide-
lis est autẽ, qui non permittit tentari uos
super id quod potestis sufferre. Caterum,
ego merui uidere uos, per Deo dignũ epi-
scopum uestrum Damam, & Deo dignos
presbyteros uestros Bassum scilicet &
Apolloniũ & conuiuam meum Socionem
quæ ego nutriui, quoniã subditus est epi-
scopo & presbyteris in gratia Dei & lege
Iesu Christi. Et uos oportet nõ cõtemnere
ueteratẽ episcopi, & secundũ sententiam Dei
patris omnem uenerationẽ ei exhibere, &
secundũ quod cognoui etiã sanctos pres-
byteros ei deferre, non propter iuuentutẽ
(quæ in eo uidetur) arbitrantẽ contem-
nendum, sed in sapientia Dei ei obedire,
quandoquidem non longi temporis sunt
sapientes, neq; senes sciunt prudentiam,
sed spiritus qui est in hominibus. Deniq;
Daniel sapientissimus duodecim annorum
effectus, Spiritu sancto repletus est, & il-
los seniores canitiem uanam habentes, ca-
lũniatores & alienã pulchritudinis appe-
titores esse manifestauit. Samuel etiã cum
esset pusillus, nonagenariũ Heli sacerdo-
tem per increpationẽ redarguit, quod fi-
lios suos honorificaret super Deũ. Simili-

Dan. 13

1. Reg. 1

Hier. 1



ter & Hieremias audit à Domino. Noli dicere quia iuuenis sum ego, Salomō quoque & Iosias in iuuetute mirifici & sapientes in operibus suis apparuerant. Salomon quidem duodecimo anno ætatis suæ regnare incipiens, arduā & ininterpretabilem mulierum pro paruulis quæstionem, terribili iudicio dissoluit. Iosias verò octo annorum existens, aras & monumenta subuertere cœpit, lucos excidere, templa deiicere, quæ nō Deo sed dæmonibus fuerant consecrata. Nam & falsos sacerdotes interfecit vt corruptores & seductores hominū, non diuinitati sed diabolo seruientes. Propter quod nō est contemnenda iuuentus quum Deo adiacuerit atque adhæserit, sed illa ætas quæ ex sententiā nocet, etiamsi inueterata fuerit dierū malorum. Iuuenis fuit etiā Christophorus Timotheus, sed audite quid ei scripsit magister: Nemo (inquit) iuuentutem tuā contemnat, sed forma estō fidelium in verbo, in conuersatione. Dignum est ergo & vos obedire episcopo vestro, & in nullo ei cōtradicerere. Terribile est enim tali cōtradicerere. Nō enim istum visibilem quis spernit, sed illum inuisibilem in eo cōtemnit, qui nō potest à quoquam contemni. Hic enim nō ab homine, sed à Deo habet promō-

4 Reg. 22

1. Tim. 4

motionem, dicit enim Deus Samueli de contemptoribus eius. Non te spreuerunt, sed me. Nam & Moyfes populo aduersus se murmurāti ait: Nō enim aduersus nos murmurastis, sed aduersus Dominū Deū. Nemo enim inultus remansit, qui se contra potiores extulit. Denique in lege, Dathan & Abiron Moyfi resistentes viui ad inferos depositi sunt. Sed Chore & qui conspirauerunt cum eo, aduersus Aaron ducēti quinquaginta, igne cōsumpti sunt. Absalon etiā parricida existens diuino iudicio arbori appensus est, sed & cor eius (quod mala cogitauerat) sagittis transixū est. Nam & Achab & Naman nihilominus propter simile causam morte plexus est. Ozias quoque leprosus factus est, qui contra sacerdotes sacerdotiū ausus est arrogare. Saul etiam sacrificare præsumēs, regali dignitate dehonorus est, nō expectans principem sacerdotum Samuelem. Oportet ergo & nos reuereri potiores, & dignū est nō solum vocari nos Christianos, sed etiā esse. Nō enim dicere, sed esse, facit beatum. Quidam autem episcopum quidem vocāt, & præter ipsum omnia faciunt. Talibus igitur etiam ipse Christus dicit (qui & verus & primus est episcopus, & solus natura pōtifex.) Quid me vocatis

1. Reg. 8

Exod. 6

Num. 16

2. Reg. 18

2. Par. 26

1. Reg. 13



406 EPISTOLA IGNATII
Domine Domine, & non facitis ea quę dico? Tales enim non bonę sciētīę sed derisores esse, mihi videntur. Quoniam verò negotia finem habent, & adiacet quidem vita ex obseruatione, mors verò ex inobediētia, & necesse est vt vnusquisq; in loco quem sibi de præteritis elegerit, in futuro esse præcipiatur, fugiamus igitur mortē, & eligamus vitā. Duos enim characteres dico in hominibus inueniri, vnū quidem verę monētę signaculum, alterum verò adulterinę. Pius enim homo & religiosus, vera moneta est, quę à Deo formata vel expressa est, impius verò & irreligiosus, falsa moneta est, noxia, adulterina, praua, quę nõ à deo sed à diabolo facta est. Hęc autē asserens nõ duas naturas hominum esse dico, sed vnum eundemq; hominem, qui aliquando quidem Dei, aliquando autem diaboli efficiatur. Si quis igitur pius fuerit homo, Dei est, si verò quis impius extiterit, diaboli est, non ex natura, sed ex sententiã factus. Infideles enim imaginem habent principis nequitię, fideles autem formam habent authoris omniũ Dei patris, & Christi Iesu filij eius. Propter quod si nõ elegerimus pro veritate mori in passione ipsius, vita eius non est in nobis. Et quoniam in præsertis personis multitudinem

AD MAGNESIANOS. 407
dię vestri contēplatus sum, in fide & dilectione moneo, vt vnanimis in Deo omni: facere festinetis, assidente episcopo in loco Dei, & presbyteris in loco consistorij Apostolorum, & diaconis dulcissimis mihi, quibus creditum est ministerium Iesu Christi qui ante secula genitus est à patre Deus verbum, vnigenitus filius, & in consummatione seculorũ ipse permanet. Regni eius non erit finis, inquit Daniel propheta. Omnes in cõcordia inuicē diligamus, & secundũ carnē nemo cõsideret propositi suũ, sed secundum Christũ Iesum. Nihil sit in vobis, quorũ vos, possit se parare, sel ad unamini episcopo, subiecti per ipsum Deo in Christo. Sicut ergo Dominus sine patre nihil facit (nõ enim possum, inquit, à me ipso facere quicquã) sic etiã & vos sine episcopo, siue presbyteri, seu diaconi, siue laici. Non ergo aliquid rationabile vobis videatur extra ipsius sententiam, tale enim iniquum est, & ideo odiosum. Omnes in id ipsum ad rationem simul conuenite, vna deprecatio sit cõmunis, vnus animus, vna spes, dilectio immaculata in fide Iesu Christi, qua nihil aliud melius est. Omnes adunati ad templum Dei concurrite, sicut ad vnum altare, sicut ad vnum Iesum Christum pontificem in

Dan. 3
6.7

Ioan. 5

geniti Dei patris. Nolite errare in aliera gloria, neq; intendatis fabulis, & genealogiis interminatis, & Iudaicis inflationibus. Vetera enim transierunt, & ecce facta sunt omnia noua. Si enim nunc usq; secundum legem Iudaicā & circumcisionē carnis viuamus, negamus nos gratiā accepisse. Sancti etenim prophetae secundum Iesum Christum vixerunt, ideoque & persecutionē passi sunt inspirate gratia ad manifestationē incredulis, quia vnus est Deus omnipotēs, qui manifestauit seipsum per Iesum Christum filium suum, qui est verbum ipsius, nō prolatiuū scilicet, sed substantiale, nō locutio articulatae vocis, sed operatio Deitatis, substantia scilicet genita in omnibus benè placēs suo genitori. Si ergo ex antiquis scripturis cōuersi, ad vancuā spē venerunt expectantes Christū (sicut ipse Dominus docet dicēs: si crederetis Moysi, crederetis etiq; & mihi, de me enim ipse scripsit. Nam & Abraham, inquit, pater vester exultauit vt videret diē meū, & gauisus est. Ante Abraham enim, inquit, ego sum, quomodo nos poterimus viuere sine ipso, cui & prophetae serui fuerūt, spiritu prauidentes eum, & tanquam magistrum expectabant, & sperabāt vt Dominum & Saluatorem, dicētes: ipse veniet & saluabit

I. Cor. 5

Ioan. 5

saluabit nos. Non ergo sabbatizemus Iudaicē, vt feriis gaudentes. Qui enim non operatur, nō manducet. Et iterum: In sudore vultus tui māducabis panem tuum, dicuat eloquia. Sed vnusquisque vestrum sabbatizet spiritualiter, meditationi legis congaudens, non corporis dimissione fabricationē Dei admirans, velut Iudaeus, non omnia comedens & tepidum bibens, & mensurate ambulans, & saltationes atque plausum manuum nunc habens. Sed pro sabbatizatione diem festum celebret omnis christianus, dominicam resurrectionem, regalem, eminentissimam omnium dierum, de qua propheta expectans dicebat, in finem pro octauo. In quo die & vita nostra exorta est, & mortis in Christo facta victoria, quam filij perditionis negant, inimici scilicet saluatoris, quorum Deus venter est, qui terrena sapiunt, amatores voluptatum & non Dei, speciem quidem pietatis praeseferentes, virtutem autem eius abnegantes, Christum mercantes, verbum Dei in tabernis praedicantes, & Dominum nostrum Iesum Christum vendentes, mulierū corruptores aliena concupiscentes, & pecuniarum amatores, a quibus eruamini, misericordia faciente, per Dominū nostrum Iesum.

I. Thes. 3
Genes. 3

Psal. 5. 11



Isaia 61

410 EPISTOLA IGNATII
 Christū. Nō enim sentimus vtilitatē eius,
 nisi nos tentauerit. Secundū autem quod
 agimus iā non erimus, nisi ipse nostri mi-
 seratus fuerit, si enim iniquitates obserua-
 verit, quis sustinebit? Efficiamur ergo di-
 gni cognomento quod accepimus. Qui
 enim alio nomine præter illud vocatur,
 hic nō est Dei, nō enim suscipit prophetiā
 dicentem de nobis, quoniā vocabitur no-
 mine nouo, quo Dominus vocauit eum,
 & erit populus sanctus. Quod & cōpletū
 est primō in Antiochia Syria, vbi acqui-
 serūt discipuli nomen Christianū, Paulo
 & Petro fundantibus ecclesiam. Abiicite
 ergo malum vetus fermentum, quod cor-
 rumpit & putrefacit, & percipite nouum
 gratiæ fermentum. Exultate in Christo,
 vt non alienus dominetur vestri. Ineptum
 est enim Iesum Christum lingua tantū
 proferre, & Iudaismum in animo habere.
 Non enim Christianitas in Iudaismum
 credidit, sed Iudaismus in Christianitatē.
 Omnes denique gentiles aequaliter credi-
 derunt. Omnis lingua Christum confessa
 ad Dominum collecta est, & facti sunt &
 lapidei corde, filij amici Dei Abrahę, & in
 semine eius benedicti sunt omnes, qui in
 vitam æternam deputati sunt in Christo.
 Hęc autem dilectissimi mihi taliter scri-
 bens,

AD MAGNESIANOS. 411
 bens, non agnoui aliquos ex vobis sic ha-
 beri, sed sicut minimus vestrum volo vos
 cōseruatos esse, vt nō incidatis in hamos
 inanis glorię, sed vt ad plenū instructi sitis
 in Christo, qui ante secula genitus à pa-
 tre, postea aurē factus est ex Maria virgi-
 ne sine colloccutione viri, & nobiscū con-
 uersatus sanctē & sine querela, omnē in-
 firmitatem omnēmq; languorem curauit
 in populo, & signa atq; prodigia pro be-
 neficiis hominum fecit, & illis qui longe
 erāt, & illis qui propē in multitudine vnū
 & solum verum Deum patrem suum an-
 nunciavit, & passionem pertulit, & ab in-
 terfectoris suis Iudeis sub Pōtio Pilato
 præside, & Herode rege, crucem sustinuit,
 & mortuus est, atque resurrexit & in ca-
 los ascēdit ad illū qui misit eū, & seder ad
 dexteram eius, venturūque est in cōsum-
 mationē seculi in gloria paterna iudicare
 viuos & mortuos, & reddere vnicuiq; se-
 cundū opera sua. Hęc qui in pleno cogno-
 uerit & crediderit, beatus est, quomodo &
 vos amici Dei & amatores Christi estis in
 plenitudine spei vestre, à qua nulli vestrū
 auerti cōtingat. Acquisiui vos in omnibus
 siquidē dignus ero. Si enim vincus sum,
 sed ad solutionem omnium vestrum, non
 sum vincus. Scio enim quia nō inflamini,
 quia



412 EPISTOLA IGNATII
 quia Iesum habetis in vobis. Et magis cū
 laudauero vos, scio quia reueremini, sicut
 scriptum est: Quoniam iustus sui accusator
 est in primordio sermonis. Et dic tu,
 inquit, primus peccata tua vt iustificeris.
 Et cum feceritis (inquit) omnia que man-
 data sunt vobis, dicite serui inutiles sum?
 Quoniam in hominibus qui se exaltauerit
 delinquit ante Deū. Dicit enim Deus, pro-
 pitius factū sum peccatori. Propter quod
 magni illi Abrahamā & Iob terrā & cinerē se
 metiplos ante Deū nominauerūt. Et Da-
 uid: Quis sum ego (ait) coram te Domine,
 quoniam gloriās glorificasti me vsq; nunc?
 Nā & Moses supra oēs homines māsueris-
 simus dicit ad Deū: Gracilis voce & tardus
 lingua sū ego. Humiles ergo estote & vos-
 ipsi vt exaltemini. Qui enim se humiliaue-
 rit, exaltabitur, & qui se exaltauerit, humi-
 liabitur. Studete ergo cōfirmari in dogma-
 tibus domini & Apostolorū, vt ex omni-
 bus quæ facitis dirigamini in viā rectam
 carnē & spiritū, fidē, & dilectione, cū hono-
 re digno episcopo vestro, & corona digno
 atque spiritali Stephano presbytero ve-
 stro, & secundū Deum diaconis. Subiecti
 estote episcopis & inuicem, quomodo Ie-
 sus patri, vt laus sit in vobis secundū Deū,
 videntes vos repletos omnibus bonis.

Com

Prov. 18

Luc 16.

18

1. Para.

17

Exod. 4.

Matt. 23

AD TARSENSIS. 413

Compēdiose rogavi vos in dilectione Ie-
 su Christi, mementote mei in orationibus
 vestris, vt Deum merear adipisci, & eccle-
 siæ quæ est in Syria, cuius non sim dignus
 vocari episcopus. Indigeo enim illa lauda-
 bili vestra oratione, vt dignus sim illā quæ
 in Syria est ecclesiam per bonā operatio-
 nem vestram pascere in Christo. Salutant
 vos Ephesij de Smyrna vnde scribo vobis,
 præficientes, quomodo in gloria Dei in om-
 nibus refecistis me simul cū Polycarpo
 Et cætera ecclesiam in honore Iesu Christi
 salutāt vos. Incolumes estote, in vnanimi-
 tate possidētes inseparabilem spiritum in
 Christo Iesu per voluntatem Dei, Amen.

AD TARSENSIS

EX PHILIPPIS,

Epist. IIII.

Tarsus ciuitas metropolis Cilicię prouin-
 ciz, Pauli Apostoli natalibus celeberrima,
 ab Argiuis, vt scribunt Geographi,
 condita, hinc Tarsenses.

IGNATIUS, QUI ET

Theophorus, salutem cōsecuta in Christo Ec-
 clesia: laude digna, & memoria digna, & di-
 lectione digna, quæ est in Tarsis: misericordia
 & pax à Deo patre & domino Iesu Christo

Sauicia



414 EPISTOLA IGNATII

Sauciatus sum, in omnibus à Syria Romā vsq; cū bestiis depugnās nō ab irrationabilib; scilicet bestiis vorat; ille enim voluntate Dei pepercerūt Danieli, sed humanā figurā habentibus, quæ sunt immanes bestia. Obsidēt enim me noctē dieq;, ac deuorāt. Sed nulli iniquorū istorū facio sermonē, neq; habeo naturā meā tam honorabile mihī vt plus eā quā dominū diligā, propter quod paratus sum ad ignē, ad bestias, ad gladios, & crucē, tantū vt Christum videā saluatōrem meū & Deum, qui

1. Cor. 16

pro me mortuus est. Rogo ergo vos ego vincētus Christi qui per terrā & mare exagitor, stāte in fide cōfirmati, quoniā iustus ex fide viuīt. Estote inclinabiles & vnanimēs in fide, quoniā Dominus habitare fecit vnanimēs in domo. Agnoui enim quoniam quidā ex ministris satanæ voluerunt vos conturbate, quorum quidam dicunt quia Iesus putatiuē natus est, & putatiuē crucifixus. Quidam verō quia nō est filius eius qui fecit mundū. Alij autē quia ipse est ille qui est sup omnia Deus. Alij quoq; quia homo est purus. Quidam verō quia caro eius non resurrexit, & quia oportet terminabilem vitam haberi, atq; hanc esse finem bonorum, quæ non multō pōst corrumpitur. Quibus quidem multorū malorum

Abac. 2

Rom. 1

Galat. 2

Psal. 67

AD TARSENSES. 415

lorum agger vos nō intēdatis mēdaciis corū. Pauli enim estis ciues & discipuli, qui ab Hierosolymis & in circuitu vsq; ad Illyricum cuncta repleuit Euangelio, & stigmata Christi in corpore suo portauit. Cuius memores estote omnibus modis, & cognoscite quia Dominus Iesus Christus verē natus est de Maria, factus ex muliere, & verē crucifixus est. In qua cruce gloriatur Paulus dicens: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi. Et verē passus est & mortuus, & resurrexit. Si enim passibilis (inquit) Christus, & si primus ex mortuis resurrexit, & qui mortuus est peccato, mortu⁹ est semel. Quod autē viuīt, viuīt Deo. Insuper quæ necessitas vinculorū? Christo non mortuo, quæ necessitas tolerātiæ, aut quæ necessitas flagellorum? Quid quod Petrus crucifixus est? Paulus & Iacobus gladiis obruncati sunt, Ioannes in Pathmon relegatus est. Sed & Stephanus à Domini interfectoribus Iudæis, lapidibus extinctus est. Sed nec in hoc quidem est victoria, verē enim crucifixus est Dominus ab impiis. Et quia iste qui natus est ex muliere filius est Dei, & qui crucifixus est primogenitus est omnis creaturæ, & Deus verbum, & ipse fecit omnia, iussione patris

Galat. 6

Rem. 6

Act. 7

418 EPISTOLA IGNATII
mentis sunt, audiēt vocē filij Dei, & q̄
audierint viuēt. Quod etiā Apostolus cōfir-
mat dicēs: Oportet corruptibile hoc indue-
re immortalitatem. Et quia oportet castē
ac iustē viuere, Iterū dicit: Nolite errare,
neq; fornicarij, neq; molles, neq; masculo-
rū cōcubitores, neq; maledici, neq; ebrio-
si, neq; fures, neq; rapaces, regnū Dei pos-
sīdebunt. Et si mortui nō resurgunt, neque
Christus resurrexit, vacua est ergo prædi-
catio nostra, vacua est fides vestra, & adhuc
estis in peccatis vestris, ergo & q̄ dormie-
rūt in Christo perierūt. Si in hac vita tan-
tū sperātes sumus in Christo, miserabi-
liores sumus omnibus hominibus. Si mor-
tui nō resurgūt, māducemus & bibamus,
craftina eam die moriemur. Si autem sic
cōsīdīmus, quæ est differentia hominū, &
canū, vel asinorū, qui nihil de futuro cogi-
tant, qui comestione tantūmodo appeti-
tores sunt, & post comestione in seij sunt
quid interius moueatur? Acquisiui vos in
Domino, elaborare vnusquisq; omnē ma-
litiā ponere & ferocē animū, & maliloq̄a,
& calumniā, & turpiloquiū, malā cōuersa-
tionē, susurratiōē, inflationē malignam,
auaritiā, inanē gloriā, inuidiā, & omnia
quæ his similia sunt. Induite autē Domi-
nata nostrū Iesum Christū. Et carnis curā

ae

AD TARSENSES. 419
ne feceritis in concupiscentiis. Presbyte-
ri, subditi estote episcopo, diaconi pres-
byteris, populus diaconis, pro animabus
hanc ordinationem custodientibus, ego
efficiar & Dominus sit cum eis indeficien-
ter. Mando vobis o viri diligite coniuges
vestras, filij honorate patres, & vos paren-
tes nutrite filios in eruditione & disciplina
Domini. Eas quæ in virginitate sunt ho-
norate, sicut sacras Christi, viduas pu-
dicas vt sacrarium Dei venerimini. Domi-
ni cum paritate estote, serui cum timore
dominis seruite. Nemo ociosus in vobis
sit. Mater enim egestatis est inertia. Hæc
autem dicens, non impero quantum
oportet, & si quidem vincus sum: tan-
quā fratres commoneo. Et si Dominus
est vobiscum, acquisiui vos. Orationi-
bus vestris incumbite vt Iesum merear
adipisci. Commendo vobis ecclesiam,
quæ est in Antiochia. Salutant vos & ele-
ctæ Ecclesie Philippensium, vnde & scri-
bo vobis. Salutat vos Philon diaconus
vester, cui & ego gratias ago bene mihi
seruienti in omnibus. Salutat vos Aga-
thopus diaconus de Syria, qui me sequi-
tur in Christo. Salutate inuicem in oscu-
lo sancto. Saluto vniuersos & vniuersas
qui sunt in Christo. Incolumes estote

E 2



420 EPISTOLA IGNATII
corpore, & animo, & spiritu, & me in ob-
liuiscamini. & sit Deus nobiscum, Amen.

AD PHILIPPENSES

DE BAPTISMO PER

EUPHANIVM LECTOREM,
naum iam ascensurus.

Epist. v.

Philippi ciuitas est in prima parte Mace-
doniæ, & hinc quoque dicitur
Philippenses.

IGNATIUS, QUI ET

*Theophorus, ex imperio Dei patris misericor-
diam consecutus in fide & patientia & dile-
ctione sine dolo ecclesie quæ est Philippi, mi-
sericordia & pax à Deo patre & Domino
Iesu Christo, qui est saluator omnium homi-
num maximeque fideium.*

MEmores charitatis vestræ & sollicitu-
dinis, quæ est in Christo, quæ osten-
ditis in vobis, decens esse arbitrari sumus
scribere ad fraternali in Domino vnani-
mitatis vestræ dilectionem. Commonitos
vos faciens cursus nostri, vt id ipsum dica-
tis omnes vnũ sentientes, in hoc ipso fidei
regulas præceptaque feci. sicut & Paulus
erudiens vos dicit: Vnus est enim omnium
Deus

AD PHILIPPENSES. 421

Deus pater Christi, ex quo omnia, & vnus
Dominus noster Iesus Christus filius Dei
vnigenitus, dominator vniuersorum, per
quem omnia. Vnus autem etiam Spiritus
sanctus qui operabatur in Mose & Pro-
phetis & Apostolis. Vnum quoque est ba-
ptisma, quod datur in morte Christi. Vna
itaque Ecclesia etiã esse debet & vna fides,
quæ est in Christo, secundum dictum eius-
dem Apostoli dicentis: Vnus Deus, vna fi-
des, & vnum baptisma. Vnus Deus & pa-
ter omnium, qui est super omnes, & per
omnes & in omnibus. Vnus est ergo Deus
pater, & non duo vel tres. Vnus scilicet
qui est, & nõ est præter eum solum verus.
Dominus enim (inquit) Deus tuus, Deus
vnus est, & iterum: Nonne vnus Domi-
nus creauit nos, & vnus pater est omnium
nostrum? Vnus quoque & filius, Deus ver-
bum, vnigenitus (inquit) qui est in sinu pa-
tris. Et rursum. Vnus Dñs Iesus Christus.
Et alibi. Quod est nomen eius, aut quod est
nomen filii eius. Scitote autem quia vnus
est etiã Spiritus sanctus, paracletus. Sicut
idẽ Paulus ait: Vnus Spiritus sicut vocati
estis in vnã spem vocationis vestræ. Et ite-
rum: Omnes, inquit, in vno spiritu potati
sumus. Manifeste autẽ omnia dona grati-
æ vnus ipse vnus atque idẽ Spiritus operatur.

Eph. 4

Deut. 6

Malac. 2

Ioan. 7

1. Cor. 8

Prou. 30

Eph. 4

1. Cor. 12



422 EPISTOLA IGNATII

Ergo neque tres sunt patres , neque tres filij , sed neque tres paracleri , sed vnus pater & vnus filius , & vnus paraclerus . Propter quòd & Dominus mittens Apostolos docere omnes gentes , praecepit eis baptizare eas in nomine Patris , & Filij , & Spiritus sancti . Non in vnum quendam trinomium , neque in tres vnus eiusdemque honoris , quia vnus est tantum qui homo factus est , non pater scilicet neque paraclerus , sed solus filius , non putariue , neque in phantasmate , sed certissima veritate . Verbum enim caro factum est , & inhabitauit eam . Sapientia namque aedificauit sibi domum , & factus est sicut homo Deus cum corpore , quod suscepit ex virgine , non ex colloctione scilicet aut semine viri . Virgo enim , inquit , in vtero concipiet & pariet filium . Vere natus est , & verè creuit , verè manducauit , & bibit , verè crucifixus est , & mortuus , & resurrexit . Qui hæc credit , vt vera eius continet natiuitas , beatus est , qui autem hæc non credit , nihil refert ab eis qui cum crucifixerunt . Princeps enim huius mundi in hoc gaudet , quando quis crucem negauerit . Interitum enim sibiipsum esse cognouit confessionem crucis . Hoc enim trophæum est contra eius virtutem , quod

Matt. 28

*Ioan. 1
Prover. 9*

*Isa. 7
Matt. 1*

AD PHILIPPENSES. 423

quod videns expauescit & audiens timeret . Nam & antequam facta esset crux , festinabat facere hoc , & operari in filiis diffidentia , operatus autem in Iuda , in Pharisæis , in Sadduceis , in senioribus , in iuuenibus , & in sacerdotibus . Cùm autem properaret vt fieret , conturbabatur , & postea desperationem immisit proditori , & laqueum ei ostendit , & suspendium eum docuit , & mulieri immisit timorem in somno ipse conturbans & compescere tentans patibulum crucis , ipse omnia euocans mouet in suam perniciem , non recognoscens . In tantum enim mala erant non omnia . Malignus autem sentiebat suam perditionem . Initium enim illi fuit ad damnationem crux Christi , principium mortis , initium perditionis . Propter quod & in aliquibus quidem operatur negare crucem , passionem erubescere , qui vt funestum putant , vocari de virgine generationem , circumcidere ipsam naturam , diffamare quasi odiosam . Iudæorum auxiliator est ad negationem crucis , paganorum ad calumniam Mariæ , hæreticorum ad phantasiam . Multiformis est enim malitiæ princeps , futans sensus , contrarius sibi metipsum , & alia quidem suggestens , alia verò ostentans . Sapientia est enim



414 EPISTOLA IGNATII

ad malè faciendum , quod bonum est autem nescit aliquando , gnorantia enim repletus est per inobediētiam. Quomodo enim non sit talis qui non sibi proponit suum sermonem? Si enim homo purus est dominus ex anima & corpore , quid circumcidis natiuitatem communem naturæ hominum? Quid tanquam paruam gloriam in homine factam passionem, simulationem vocas , & mortem immortalis gloriam existimas? Si Deus est homo, quid vnicum vocas Dominum gloriæ, illum videlicet natura immutabilem? Quid sine lege dicis legislatorem , qui non humanam naturam habuit: Verbum caro factum est, verbum homo, sed non in homine. Quomodo igitur magus est ille, qui in principio omnem sensibilem & intelligibilem naturam voluntate patris præparauit: qui cum esset in carne, omnē infirmitatem atque languorem curauit: Quomodo autem non est Deus ille , qui mortuos resuscitauit, claudos sanauit, leprosos mundauit, cecos illuminauit, aquã in vinum cõuerit, tumq̃ exercitum verbo tantum fugauit? Quid ergo deiicis naturam virginis, & mēbra turpia vocas? Hæc ergo præfeminas, & nundari iubes masculos in facie feminatū , feminas verò in illicitū

Ioan. 1

deside

AD PHILIPPENSES. 415

desideriū masculorum. Tūc omnia turpia videntur , & pudicum teipsum facis, cum tu sis fornicationis spiritus. Ignoras quia tunc fit aliquid turpè, quando illicitè perpetratur? Cæterum nihil turpe est , quod sine peccato geritur, nihil prauum, sed omnia bona valdè. Et tu non videns pessundas eam. Quomodo rursus nō tibi videtur natus esse Christus ex virgine, sed ille qui est super omnia Deus, ille scilicet omnia potens? Quis ergo est qui hanc misit dicitio , quisue huic dominatur, vel cuius sententiæ subiectus fuit , aut cuius legem adimpleuit? Tu qui nullius sententiam vel potestatem habes, Christum separas à generatione, legislatorem ingenitū esse pronuncias, & cruci affixum illum qui est sine principio. Cuius ergo permissu hoc factū est, non est dicere. Nō me latuit tuum antiquum consilium, neq; ignoto, quoniam sine cura, & lubricè incedis, et autem ignorans quis est qui intus est qui omnia scire te fingis. Multa enim te latent, virginitas scilicet Mariæ, gloriosus partus , de cuius corpore Deus processit, Stella oriētis quæ apparuit munera ferētibus Magis, archangeli saluatio ad virginem facta, virginis gloriosa cõceptio, desponsatæ puellæ prædicatio , & virginis in vtero infantis præ-

E 5



426 EPISTOLA IGNATII
uisio, angelorum hymno gloriae ad gen-
tium pastores annunciatio. Herodis timor
in extollentia regni, praecipio ad paru-
lorum necem, in Aegyptum transmigra-
tio, atque exinde reuersio, cunabula in-
fantilia, descriptio humana, lactis nutri-
tio, uomen patris non seminantis, praesepe
vbi positus est, eo quod non fuerit locus
nulla humana praeparatio, profectus eta-
tis, cremetum corporis, humana loquela.
Sed & quod esuriit, sitiuit, iter ambulauit,
laborauit, sacrificiorum oblatio, circumci-
sio, baptisma. Vox Dei desuper ad bap-
tizatum, qui vel fuerit, vel vnde fuerit,
testificatio spiritus & Dei vox, Ioannis
prophetia significantis passionem per agni
appellationem, diuersorum signorum ope-
ratio, variae curationes, imperium Do-
mini quo mari imperauit, & ventos seda-
uit, & spiritus iniquos fugauit. Te ipsum
torquens, & manifestatione virtutis suae
affligens, haec omnia videns non habes,
quid facias, nisi tenebrosas vertigines. Et
quod virgo peperit ignoras. Sed confun-
dit te angelorum laudatio, Magorum ado-
ratio, stellae apparitio. Ignorantiam igitur
olim incurristi per contumaciam, parua tibi
videntur cunabula, passiones, circumcisio,
lactis nutritio, indigna tibi Deo esse haec
viden

AD PHILIPPENSES. 427
videntur? Iterumne vidisti hominem qua-
draginta diebus & quadraginta noctibus,
ingustato cibo humano perseverasse, & an-
gelos ei ministrantes quos & tu timebas,
videns primo quasi comunem hominem
baptizatum, & causam ignoras? Post iei-
nium vero esurienti insidiabaris, & ten-
tabas quasi comunem hominem, igno-
rans quis esset. Dicebas enim, Si filius Dei
es, dic vt lapides isti panes fiant: hoc enim
Si filius Dei es, ignoratis est, nam si vere
cognosceres, scires sine dubio quia quae
impossibilia videntur ad faciendum, & diffi-
cilia ad conuertendum, factori omnia possi-
bilia sunt. Et propter ventrem tentans eum,
qui pascit omnes esca indigentes, audes ten-
tare Dominum gloriae, oblitus per tuam
maltitiam, quia, Non in pane solo uiuit
homo, sed in omni verbo quod procedit
ex ore Dei? Si scires quia filius Dei erat,
cognosceres vtrique quia in quadraginta
diebus, & quadraginta noctibus nullo
egens, reddens corruptibile corpus etiam
in continuatione, hoc facere poterat. Sed
idecirco esuriit, vt ostenderet quia vere su-
scepit corpus passibile, simile hominibus.
Propterea & primo ostendit quia Deus
erat, & secundo quia & homo fuit. Tu
ergo qui tanquam fulgur de sublimi glori-
a

Matt. 4

Deut. 8



428 EPISTOLA IGNATII
 ria cecidisti, audes dicere Domino, mitte
 te deorsum, cui ea quæ sunt æstimantur,
 quasi quæ non sunt? & ad inanem gloriam
 prouocas eum qui non extollitur, & fin-
 gis te scripturas de eo legere dicens: Scri-
 ptum est enim, quoniam angelis suis man-
 dauit de te, ne quãdo offendas ad lapidem
 pedem tuum, & fingis te sequentia igno-
 rare, auferes ea quæ de te ac tuis ministris
 prophetauit dicēs: Super aspidem & basi-
 liscum ambulabis, & conculcabis leonem
 & draconem. Si ergo conculcatio es pedū
 Domini, quomodo tentas intentabilem?
 immemor legislatoris qui dixit: Non ter-
 tabis Dominum Deum tuum. Et audes
 impudētissime opera Dei assumere, & di-
 cere quia tibi traditus est principatus eo-
 rum, & casum tuū ostendis contra Domi-
 num Deum tuum, & promittēs te ei dare
 quæ sunt ipsius, dicens: Hæc omnia tibi
 dabo, si cadens in terram adoraueris me.
 Quomodo non timuisti talem vocem cō-
 tra Dominum emittere, tu qui omnium
 malignorum spirituum malignissimus es,
 & pro malitia ventre & pectore in terram
 reperere iussus es, & per inanem gloriam in-
 honoratus es? Qui per auaritiā & arro-
 gantiam ad impietatem deductus es? Tu
 incensor, draco, apostata, serpens perplexus
 à Deo

Deut. 16

AD PHILIPPENSES, 429
 à Deo discedens, à Christo separatus, à
 sancto spiritus alienus, & à choro angelo-
 rum exulans. Iniuriator legis Dei, & legi-
 timorum inimicus, qui super ptoroplastos
 surrexisti, & à mandato Dei auertisti, eos
 qui nihil te læserunt, qui aduersus Abel
 Caim parricidā excitasti, qui in Iob mala
 exercuisti. Tu ergo huiusmodi dicis Do-
 mino, si cadens in terram adoraueris me.
 O audacia, o puniēde serue fugitiue serue
 flagellāde, exterminator bonorum. Domi-
 no dominorum perfectō Deo omnium
 intelligibilium atque sensibiliū dicis, si ca-
 dēs adoraueris me? Dominus autem lon-
 ganimis est, qui nō in præsentī & illicō in-
 terficet eum, qui per ignorantiam & auda-
 ciam talia dicit, sed māsuetē respōdet di-
 cens. Vade Satana. Nō dixit reuertere post
 me, non enim es reuersurus aliquãdo, sed
 vade, inquit, satana in ea quæ tibi elegisti
 loca, vade in ea quibus prouocatus es à
 tua malitia. Ego autem scio quis sum, &
 à quo missus sum, & scio quæ debeo ad-
 rare. Dominū enim (inquit) Deum tuum
 adorabis, & illi soli seruias, Scio eum &
 noui vnum solum, cui non denego ferti-
 re, à quo tu apostata factus es. Non sum
 Antitheus, hoc est contrarius Deo, sed
 confiteor eius eminentiam, & non recuso
 adorare

Matt. 4

Deut. 6
 & 10



410 EPISTOLA IGNATII
adorare eum, quem noui natiuitatis mea
autorem & dominum, atque mea perse-
uerantia custodem. Ego enim uiuo pro-
pter patrem. Hæc autē fratres per dispo-
sitionem Dei coactus sum mittere ad vos,
monens vos ad gloriam Dei, non quasi
extraneus, sed sicut frater. Subiecti estote
episcopo, & presbyteris, & diaconis. Dili-
gite inuicem in domino sicut Dei simula-
chra. Videte ergo uiri, ut diligatis uxores
vestras ut propria membra. Mulieres uero
sicut unitatis tactu uiros uestros amate.
Qui castus est uel continens non extolla-
tur, ne perdat mercedem suam. Dies festos
nolite inhonorare. Quadagesimam uero
nolite pro nihilo habere, imitationē enim
continet Dei conuersationis. Hebdoma-
dam etiā passionis nolite despiciere. Quar-
ta uero & sexta feria ieiunare, reliquias
pauperibus porrigētes. Quicumq; domini-
cam aut sabbatum non ieiunauerit preter
vnum sabbatum Paschæ, ipse est Christi
intersector. Orationes uestræ protendantur
ad ecclesiam Antiochiæ, Vnde & via-
ctus ducor Romam. Saluto sanctum epi-
scopum Polycarpum. Saluto sanctum Epi-
scopum Vitalem, & sacrosanctum presby-
terum, & conseruos meos Diaconos, pro
quorum animabus ego efficiar. Adhuc di-
ca

AD PHILADELPHIEN. 411
co episcopo & presbyteris in Domino,
quicumque cum Indæis pascha egerit, aut
solennia dierum festorum eorum susce-
pit: participabit eis qui Dominum &
Apostolos eius occiderunt. Salutant vos
Philon & Agathopus diaconi. Saluto cō-
gregationem virginum, legionem uidua-
rum, à quibus adiutus sum. Saluto popu-
lum domini à minimo usq; ad maximum.
Trasmisi uobis hæc mea scripta per Eu-
phanium lectorem, uirum Deo honorabi-
lem & fidelissimum, qui mihi occurrit in
regionem iam nauim ascensuro. Memēto-
te vinculum meorum, ut consummer in
Domino Incolumes estote carne & ani-
ma & spiritu perfecta sentientes, diuitan-
tes operarios iniquitatis, & corruptores
verbi ueritatis, confortati in gratia Do-
mini nostri Iesu Christi, Amen.

AD PHILADEL-
PHIENSES EX TROIA.

EPISTOLA VI.

Philadelphia Mysiæ urbs, frequentibus
terræ succussionibus patens, frequentibus-
que agitata terræ tremoribus, idcirco
maledictos



432 EPISTOLA IGNATII
 malefidos parietes habens, vt qui (quod
 & Geographi tradunt) crebris con-
 cussionum iniurijs discutiantur,
 rimisque pateant. Hinc Phi-
 ladelphienfes.

IGNATIUS, QUI ET
Theophorus, ecclesie & Dei patris & Domini
noſtri Ieſu Chriſti quæ eſt in Philadelphia, miſe-
ricordiam conſecuta in dilectione & confir-
matione, in concordia & exultatione Dei, in paſſio-
ne domini indutiſe, & in reſurrectione eius, re-
plete omni miſericordia, quam & ſaluto in ſan-
guine Ieſu Chriſti, quod eſt gaudium ſempiter-
num, & ſingulari, maxime iſ qui ſunt in vnum,
cum epiſcopo, cum preſbyteris, & diaconis preba-
tis in voluntate Dei patris, per dominum Ieſum
Chriſtum, qui ſecundum ſuam voluntatem ſoli-
dauit firmiter eccleſiam eius ſuper petram ædificio
ſpirituali nõ manu factõ, quam flumina inunda-
tia & flantes vèti non valuerunt ſubuertere, nec
valebunt aliquando ſpiritus nequitiæ, ſed debili-
tantur virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Videns autem epiſcopum veſtrum, co-
 gnoui quia non à ſemetipſo, neque
 ab hominibus promotus eſt in miniſteriuſ
 ad communionem pertinens, neque per
 inanem gloriam, ſed in dilectione Ieſu
 Chriſti, & Dei patris, qui reſuſcitauit eum
 à mor

AD PHILADELPHIEN. 433
 à mortuis, cuius expauſco manſuetudi-
 nem, quomodo tacens amplius poteſt à
 loquente. Apus eſt enim mādatis Domi-
 ni, & iuſtitia eius, ſicut chordæ citharæ, &
 eſt irreprehenſibilis nõ minùs à Zacharia
 ſacerdote, propter quod beatificat ani-
 ma mea illius ſecundum Deum diſpoſi-
 tionem, cognofcens innocentiam, & per-
 ſectam, & immobilem, & ſine ira circa o-
 mnes eius manſuetudines tanquam Dei
 viu. Sicut ergo filij lucis fugite diuiſionẽ
 vnitatis, & malam doctriinam hæretico-
 rum, ex quibus exit coinquatio in om-
 nem terram. Vbi ergo paſtor eſt, illuc ſi-
 cut oues congregantur, multi enim lupi
 pellibus ouium induti, voluntate mala ca-
 ptiunt decurrentes ad Deum, ſed in veri-
 tate veſtra non inueniunt locum. Abſti-
 nete itaque vos à verbis malis, quæ Ieſus
 Chriſtus nõ ſeminauit, ſed hominum in-
 terfectrix beſtia, propter quod non ſunt
 plantatio patris, ſed ſeminarium nequiſſi-
 mi. Non ergo ſeparationẽ inueniens apud
 vos hæc ſcribo, ſed muniens vos vt filios
 Dei. Quorquot ſunt Chriſti, ipſi ſunt
 epiſcopi. Qui autem declinant cum vel
 communionem eius, & ſociant ſe cum
 maledicis, ipſi cum illis ſimul abſcindun-
 tur. Non enim ſunt agricolæ Chriſti, ſed



434 EPISTOLA IGNATII
 inimici seminarium, à quibus eruamini
 semper precibus assidentis pastoris vestri
 fidelissimi & mitissimi. Rogo itaque vos
 in Domino, quicumque poenitentes vene-
 rint ad vnitatem ecclesie, suscipite eos cum
 omni mansuetudine, vt per humanitatem
 & bonam demonstrationem, de luto &
 muscipula diaboli eruti, & digni Iesu Chri-
 sto effecti, sempiternam salutem percipiant
 in regno Christi. Nolite ergo errare fra-
 tres. Quicumque ergo separatum à veritate
 fuerit secutus, regnum Dei non heredita-
 bit. Et qui non discesserit à falsiloquo pre-
 dicatore, in gehennam damnabitur. Vnde
 nec à iustis discedere, neque iniustis appro-
 pinquare oportet. Quicumque enim alie-
 na sententia ambulauerit, ipse non est Chri-
 sti nec passionis eius particeps, sed est frau-
 dator & corruptor vinee Christi. Tali ne
 commisceamini, ne simul cum eo pecea-
 tis, nec si pater sit vel filius, aut frater aut
 domesticus. Non enim (inquit) parcat oculus
 tuus super eum Qui ergo odio habent
 Deum, oportet etiam vos eos odire, & su-
 per inimicos eius tabescere, non quidem
 persequi eos, aut percutere eos oportet se-
 cundum gentes quae non nouerunt Deum,
 sed inimicos arbitrari, & separari ab eis, &
 monere eos, & ad poenitentem prouoca-
 re, si

Deut. 7

AD PHILADELPHIEN. 435
 re, si forte audiant & acquiescant. Amator *2.Tim. 2*
 enim hominum est Deus noster, & vult
 omnes homines saluos fieri, & ad agnitio-
 nem veritatis venire, propter quod & so- *Matt. 5*
 le oriri facit super bonos & malos, & pluit
 super iustos & iniustos. Cuius utilitatis
 etiam Dominus volens esse imitatores, di-
 cit: Estote perfecti sicut & pater vester
 caelestis perfectus est. Ego confido in vo-
 bis quoniam in Domino nihil aliud sapi-
 tis. Propterea fiducialiter scribo Deo di-
 gnae dilectioni vestre, rogans vos vt in ius-
 tis vni fidei, vni praedicationi, vna gratia-
 rum actione videntes. Vna est enim caro
 Domini Iesu, & vnus eius sanguis, qui pro
 nobis effusus est, vnus etiam panis, pro om-
 nibus contractus, & vnus calix totius Ec-
 clesie vnus episcopus simul cum omnibus
 presbyteris & diaconis cõseruis meis, quia
 & vnus est ingenuus Deus pater, & vnus
 vnigenitus filius Deus verbum & homo, &
 vnus paraclerus spiritus veritatis, vna etiam
 praedicationi, & fides vna, & vni bap-
 tisma, & vna Ecclesia, quam fundauerunt sancti
 Apostoli à finibus vsque ad fines in san-
 guine Christi propriis sudoribus & labo-
 ribus. Et vos ergo oportet sicut populum
 sacerdotalem & gentem sanctam, in con-
 cordiam omnes in Christo consummari,



436. EPISTOLA IGNATII

Mulieres vero subditæ estote viris vestris in timore Dei, virgines Christo in incorruptione, non execrantes nuptias, sed meliora diligentes, non in criminatione contagij, sed propter legis meditationē. Filij subditi estote parētibus, & diligite eos tāquam cooperarios Dei ad vestram generationem. Serui subditi estote dominis vestris in Deo, vt Christi liberti efficiamini. Viri diligite vxores vestras sicut cōseruas in Domino vt proprium corpus, sicut socias vitæ & cooperatrices ad filiorum procreationem. Virgines solum Christū præ oculis habete & eius patrem; in animabus vestris illuminatæ à Spiritu sancto. Memor sum sanctitatis vestræ sicut Heliæ, sicut Iesu Naue, sicut Melchisedech, sicut Helisei, sicut Hieremiæ, sicut Ioannis Baptistæ, sicut dilectissimi discipuli, sicut Timothei, sicut Titi, sicut Euodij, sicut Clementis, vel eorum qui in castitate de vita exierunt. Non detraho autem cæteris beatis qui nuptiis copulati fuerūt, quorum nunc memini. Opto enim Deo dignos ad vestigia eorū, in regno ipsius inueniri, sicut Abraham & Isaac & Iacob, sicut Ioseph & Esaias & cæteri Prophætæ, sicut Petrus & Paulus & reliqui Apostoli, qui nuptiis fuerūt sociati, qui nō libidinis cau-

sa, 29

AD PHILADELPHIEN. 437

sa, sed posteritatis subrogandæ gratia coniuges habuerunt. Patres nutrite filios vestros in eruditione & disciplina Domini, & docete eos sacras literas, & artes honestas vt non ocio gaudeant. Benè enim (inquit) nutrit pater iustus, in filio autem sapiente letabitur cor eius. Domini benignè in domesticos vestros intendite, sicut sanctus Iob docuit: Vna enim est natura, & vnum genus hominum. In Christo autem neque seruus neque liber. Principes subditi estote Cæsari, milites principibus, diaconi presbyteris vt sacrorum administratoribus, presbyteri verò & diaconi atque omnis clerus simul cum omni populo & militibus atque principibus, sed & Cæsares obediant episcopo, episcopus verò Christo, sicut patri Christus, & ita vnitas per omnia seruatur. Sint autem viduæ nō vagæ neque gulosæ, neque proteruæ, sed pudicæ, & sobriæ sicut Iudith & Anna. Hæc autem non sicut Apostolus præcipio, quis enim sum ego, aut & quæ domus est patris mei, vt æqualem me illis dicam? sed sicut commilitō vester obedientiæ ordinem continens. Fratres mei valdè pronus sum ad dilectionem vestrā, superexultans de vnanimitate vestra. Moneo enim vos non ego, sed dominus Iesus per me, in

Prone. 23

Galat. 3



438 EPISTOLA IGNATII
quo vinctus sum. Adhuc magis timeo; quia nondum perfectus sum, sed oratio vestra faciet me perfectum apud Deum, ut cum in quo vocatus sum, merear adipisci, confugiens ad euāgelium tanquam ad corpus Iesu Christi, ad Apostolos tanquam ad presbyteros Ecclesie. Et prophetas quidem diligo, ut Christum prænunciantes, continentes eius spiritum sicuti & Apostoli. Sicut enim pseudopropheta & pseudoapostoli unum eundemque malignum & seductorem, & populum errate facientem spiritum assumpserunt, sic iterum veri propheta, & veri apostoli unum eundemque sanctum principalem bonum, & verum atque doctorem per Christum acceperunt spiritum. Unus enim Deus veteris & noui Testamenti, vnus & mediator Dei & hominum, ac facturam intelligibilium & sensibilium, & prouidentiam gerens omnium, vnus quoque & Paracletus, qui operabatur in Mose & prophetis & Apostolis. Omnes enim sancti cum Christo saluati sunt per ipsum, in ipsum sperantes, atque ipsum expectantes, & per ipsum salutem adepti sunt, qui erant digni dilectione & digni laude, sanctificati à Christo Iesu, testificantes in Euangelio spei communis. Si quis Deum legis & propheta

AD PHILADELPHIEN. 439
phetarum vnum prædicauerit: Christum autem negauerit filium esse Dei, mendax & quomodo & pater eius diabolus, & est huiusmodi inferioris circuncisionis Pseudoiudæus. Si autem quis confitetur Christum Iesum dominum, negat autem Deum legis & prophetarum patrem esse Christi, hic in veritate non stat, quomodo nec pater eius diabolus, & est huiusmodi Simonis magi, & non Sancti Spiritus discipulus. Si quis autem dicit vnum Deum confiteturque Iesum Christum, hominem verò purum putans dominum & non Deum unigenitum, & sapiētiam & verbum Dei, sed ex anima & corpore eum solum esse existimās, huiusmodi serpens est seductor, errorem prædicans ad perditionem hominum, huiusmodi pauper est sensu, sicuti vocatur & adinuētor erroris Hebion. Si quis enim hæc cōfiteretur, corruptionem autem & coinquinationem vocat legitimam cōmixturem & filiorum procreationem, aut aliquam escam execrabilem putat, huiusmodi habet cohabitorem Draconem apostaram. Si quis enim patrem & filium & spiritum sanctum confitetur, & creaturam laudat, simulationem verò dicit incarnationem, & passionem erubescit confiteri, huiusmodi fidem abnegat nihilo



440. EPISTOLA IGNATII
minus quàm interfectores Christi Iudæi.
Si quis autem hæc confessus fuerit, & quia
Deus verbum in humano corpore habi-
tauit, sicut & anima in corpore propter
quod inhabitare dicimus Deum in corpo-
re, sed non in humana anima, dicit autem
quasdam iniquas mixtiones aliquid boni
esse, & finem beatitudinis voluptatem ponit
(qualis ille falso nomine Nicolaita) hic
neq; Dei amicus, neq; Christi amator esse
potest, sed corruptor propriæ carnis, &
propterea à spiritu sancto desertus est, & à
Christo alienus. Huiusmodi omnes statucę
exanimis sunt, & sepulchra mortuorum,
in quibus scripta sunt tantum nomina de-
functorum. Fugite ergo malas artes, insidias
spiritus qui operatur in filiis seculi huius,
ne quando tribulati infirmemini in dile-
ctione, sed omnes id ipsum estote insepara-
biles corde, & in vnanimitate vnũ semper
sentientes in id ipsum, de hoc ipso glorifi-
cãtes in requie, & in periculis, & in tristi-
tiis, & in gaudiis. Grãtias ago Deo per Ie-
sum Christum, quia benè mihi conscius
sum in vobis, & non habet quis vnde glo-
riari neque clam, neque palãm, & publicè,
quòd grauauerim aliquẽ aut in modico,
aut in magno. Et omnes quibus locutus
sum, precor vt non in testimonium illud
possi

AD PHILADELPHIEN. 441
possideant. Si enim secundum carnem me
vouerunt quidem oberrare, sed spiritus
meus non oberrat, à Deo etenim eum ac-
cepi, noui enim vnde venerit, & quò eat, &
occulta arguet. Clamauit enim voce ma-
gna inter eos quibus loquebar, non meum
sermonẽ, sed Dei proferens, Episcopo in-
tendete, & presbyteris & diaconis. Hi ve-
rò despexerunt me tanquam prohibentem
diuisionẽ quorundã fieri. Hoc autẽ dicenti
testis ille est propter quẽ ego vincus sum,
quia de humano ore hæc nõ cognoui, sed
spiritus mihi præconizauit dicens: Hæc
præter episcopum nefeceritis, carnem ve-
stram, vt tẽplum Dei custodite: vnitatem
diligite, diuisionẽ fugite. Imitatores esto-
te Pauli & cæterorum Apostolorum, quo-
modo & ipsi Christi. Ego quidem quod
meum fuit, feci vt homo in vnitate perse-
cutus, adiiciens etiam hoc, quia vbi dissen-
sio mentis & iracundia & odium, illic Deus
non habitat. Omnibus igitur peniten-
tibus dimittit Deus, si ad vnitatem Chri-
sti concurrunt, & ad consensum Episcopi.
Credo gratiæ Iesu Christi, quia soluit
à nobis omne vinculum iniustitiæ. Ro-
go autem vos vt nihil secundum iracun-
diam agatis, sed secundum Christi mili-
tiam. Audiui enim quosdam dicentes, si



442 EPISTOLA IGNATII
non inuenero Euangelium in antiquis nõ
credam. Talibus autem ego dico, quia
mihi antiquitas Iesus Christus est, cui nõ
obedire manifestus & irremissibilis inter-
ritus est. Principatus enim eius est crux
& mors ipfius, & resurrectio & fides, in
omnibus iis, in quibus volo vos & nos in
orationibus uestris iustificari. Qui non
credit Euangelio, omnibus simul non cre-
dit, qui non præiudicat antiquitati spiri-
tus.

Act. 9 Durum est enim contra stimulum cal-
citrare, durum etiam Christo non crede-
re, durum quoque Apostolorum præ-
dicationem spernere. Boni enim sunt sa-
cerdotes & sermonis ministri, melior
autem est pontifex, cui credita sunt sancta
sanctorum, cui soli commissa sunt secre-
ta Dei. Bona sunt etiam officia virtutis
Dei, bonus quoque spiritus, qui est su-
per omnia sancta sanctissimus, & verbi
minister, sed super omnes sanctos san-
ctissimus est Summus pontifex & prin-
ceps pontificum, qui est legatus, & mi-
nister patris & princeps legionum mili-
tariæ caelestis, per quem pater omnia fecit,
atque omnem prouidentiam gerit. Ipse
enim est via quæ ducit ad patrem, ipse
est petra, maceria, clauis, pastor, sacer-
dotium,

AD PHILADELPHIEN. 443
dotium, sacrarium, ianua scientiæ & agni-
tionis, per quam introiit Abraham, &
Iaac & Iacob, Moyses quoque & omnis
chorus Prophetarum, & columna mundi
Apostoli, & sponsa Domini ecclesia, pro
qua dotis nomine sanguinem suum fu-
dit, ut eam redimeret. Omnia igitur hæc
in unitate vnius & vnigeniti veri Dei.
Quid autem præcipuum habet Euange-
lium? præsentiam aduentus saluatoris no-
stri Iesu Christi, passionem, sed & ipsam
resurrectionem. Quæ enim Prophetæ an-
nuntiauerunt, dicentes: Donec veniat cui
repositum est, & ipse erit expectatio gen-
tium. Hæc in Euangelio completa sunt,
dicente Domino: Pergite & docete om-
nes gentes, baptizantes eos in nomine
patris, & filij, & spiritus sancti. Omnia
ergo hæc bona sunt simul, Lex, Prophe-
tæ & Apostoli, omnis congregatio quæ
per ipsos credidit. Solam autem restat,
ut nos inuicem diligamus, quoniam se-
cundum orationem uestram, & viscera
quæ habetis in Domino Iesu, annuncia-
tum est mihi pacificare Ecclesiam, quæ
est in Antiochia Syriæ. Decet enim vos
tanquam Ecclesiam Dei, ordinare Epi-
scopum ad mittendum illuc uisitationem
Dei, concedere eis in idipsum constitutis
glori

Gene. 48

Matt. 28



444 EPISTOLA IGNATII
glorificare nomē Dei. Beatus est in Chri-
sto Iesu, qui dignus effectus fuerit tali mi-
nisterio. Et vos quidem festinātes glorifi-
camini in Christo. Volunt autem vobis
quod nō est omnibus impossibile pro no-
mine Dei, quomodo & semper vicinē Ec-
clesiæ consueuerunt mittere vobis episco-
pos, presbyteros, & diaconos. De Philone
verò diacono viro religioso à Cilicia, qui
nūc mihi ministrat in verbo Domini, vnā
cum Gaio, & Agathopo viro multū ele-
cto, qui à Syria me sequitur, testificor
vobis quia renunciauerunt seculo, & mar-
tyrium consummare elegerunt. Et ego
gratias ago pro vobis rogās, vt suscipiatis
eos in Domino, vt & vos suscipiat Iesus
Christus. Qui enim eos diffamauerunt,
redempti sunt in gratia Iesu Christi, qui
non vult mortem peccatoris, sed pœni-
tentiam. Salutat vos dilectio fratrum, qui
sunt in Troia, vnde & scribo vobis per
Burgum, qui missus est simul ab Ephesis
& Smyrneis ad verbum honoris, quos Ie-
sus Christus redimat, in quem sperant,
carne & anima, spiritu & fide, dilectione
& concordia. Incolumes estote in Domi-
no Iesu Christo cum omni spe nostra in
spiritu sancto, Amen.

Eze. h. 18
35.

A D

AD SMYRNENSES. 445
A D S M Y R N E N -
S E S E X T R O I A,
Epist. VII.

Smyrna (vt scribit Hieronymus) ciuitas
est Lyciæ prouinciæ in Asia, eamque iuxta
Ephesum inter Tracheam & Leprā actam
ponit Strabo, vnde Smyrnæi. Troia in-
ter Propontidos fluenta & montem Idam
sita, memoratur monti vicinius adia-
cens, Asiaticarum vrbium va-
rum poëtarumque mo-
numentis fama-
tissima.

IGNATIUS, QVI ET
Theophorus, Ecclesiæ Dei Patri altissimi &
dilecti filij eius Iesu Christi, misericordiam
consecute, & gratia repleta, in fide & dile-
ctione fundata, & totius gratiæ Dei decen-
tissime sanctissimæque sanctificata, quæ est in
Smyrna; immaculate spiritu & verbo Dei
plurimam salutem.

Glorifico Deum & patrem Domini
nostri Iesu Christi, qui per seipsum
vos tantum illuminauit. Agnoui enim
vos perfectos esse in fide immobili, tan-
quam clavis affixos cruci Domini no-
stri



446 EPISTOLA IGNATII
 stre Iesu Christi carne & spiritu, & confirmatus in charitate in sanguine Christi & verè, ad plenum instructos in domino Iesu Christo filio Dei, primogenito totius creaturæ, Deo verbo vnigenito filio qui est ex genere David secundum carnem, ex Maria virgine, baptizatus à Ioanne, vt adimpleretur omnis iustitia ab eo, qui conuersus sanctè sine peccato, sub Pontio Pilato & Herode Tetrarchia verè clavis confixus est pro nobis in carne, à quo & nos redempti sumus per diuinam & beatam eius passionem, vt tollat secum sibi coniunctos in secula per resurrectionem ad sanctos & fideles suos, siue ex Iudæis, siue ex gentibus in vnum corpus ecclesiæ suæ. Hæc enim passus est pro nobis, & verè passus est, non putatiuè, sed verè sicuti & resurrexit. Sed non vt quidam infidelium crubescens, plasmationem hominis & crucem & ipsam mortem dicit, quasi putatiuè & non verè suscepit corpus ex virgine, & putatiuè passus est, immemores illius qui dixit. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et iterum: Soluite templum hoc, & ego in triduo resuscitabo illud. Et in alio loco: Quam exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.

Ioan. 1. 2.
 & 12.

AD SMYRNENSES. 447
 meipsum. Ergo Verbum habitauit in carne, sapientia enim ædificauit sibi domum. Verbum ergo templum sui ipsius ab aduersariis dissolutum resuscitauit tertia die. Verbum vtique exaltata carne sua veluti illo æneo serpente in eremo, attraxit ad se omnes ad salutem æternam. Ego autem non solum natum eum & crucifixum in corpore factum scio, sed etiam post resurrectionem in carne eum noui, & credo esse. Nam quum ad eos qui cum Petro erant venisset, ait illis: Palpate me & videte, quia non sum demonium in corporeum. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere, & Thomas dixit: Iniice digitum tuum in fixuram clauorum, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Et statim crediderunt quia ipse erat Christus. Propter quod & Thomas ait illi: Deus meus & Dominus meus. Propterea ergo mortem contempserunt, parum ducentes esse iniurias & plagas, & alia nonnulla propter ipsum sustinere. Nam & postquam ostendit se eis quia verè & non putatiuè resurrexisset, manducauit cum eis & bibit. Et sic videntibus eis assumptus est cum carne ad eum qui

Prover. 9

Luc. 24.

Ioan. 20

448^o EPISTOLA IGNATII

qui miserat illum, in qua & iterum venturus est cum gloria & virtute, secundum quod dictum est ab angelis ad Apostolos: Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum. Si ergo sine corpore dicunt eum venturum esse in consummatione seculi, quomodo visuri sunt eum illi qui compunxerunt in eum, & cognoscetes plagent inter se? Nam incorporatum, neque species neque figura, sed neque effigies quidem aliqua animalis formæ haberi poterit, in qua fixuræ clavorum vel lanceæ foramen appareat propter simplicitatem naturæ. Hæc autem moneo vos charissimi, sciens quia & vos sic haberis, præcustodio autem vos à bestiis hominum figuras habentibus, quas non solum devitare, sed etiam fugere oportet vos. Tantum orate pro illis, ut forte pœniteant. Si enim putativè in corpore fuit Dominus, & putativè crucifixus est, ergo & putativè ego vinc-tus sum: Quare autem & me ipsum tradidi ad mortem, ad ignem, ad gladium, ad bestias? Sed non putativè, sed verè omnia sustineo propter Christum, ad compatiendum ei, ipso me confortante, quia non est mihi tanta virtus. Quem profecto quidam ignorantes negaverunt, & confen-

AD SMYRNENSES. 449

consentiunt magis mendacio quam veritati, quibus nec persuaserunt prophetæ, neque Lex Moysi, sed nec nunc usque Evangelium, nec nostræ speciales passiones. Nam & de nobis hoc ipsum sentiunt. Quid enim me iuvat, siue me quis laudaverit, Dominus autem meum blasphemaverit, si non eum confessus fuerit incarnatum esse Deum? Hoc autem qui non dixerit perfectè eum negat, sicut mortuum baiulans. Nomina verò eorum infidelium non mihi est nunc visum scribere, sed neque contingat mihi ut mentionem eorum faciam donec pœniteat. Nemo se ipsum seducat. Si enim non crediderit Christum Iesum in carne fuisse conversatum, & confessus fuerit crucem eius, & passionem & sanguinem, quæ effudit pro mundi salute, vitam æternam non consequetur, siue rex, siue sacerdos, seu princeps, seu priuatus, seu dominus, siue servus, seu vir, siue mulier, qui capit, capiat, & qui audit, audiat. Locus ergo & dignitas atque diuitiæ neminem inhiunt, ignobilitas & paupertas nullum humiliet. Sed cum his omnibus fides eius sit in Deum & in Christum, & spes fruitionis futurorum bonorum cum dilectione quæ est circa Deum & circa proximum. Diliges

Matt. 19

Luc. 3. 14

Matt. 11

13.

Deut. 6

*Matth. 22.**Luc 10.**Ioan. 13.**Matth. 22.**Zach. 3.*

euim dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut te ipsum. Sed & Dominus dicit: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, & i' lud Ioannis. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. In his enim duobus mandatis tota lex pendet & Propheta. Dicit ergo eis qui taliter docent, quomodo legem ponunt, incognitum sille patrem Christi prædicantes? Quomodo etiam, quum infidelem inimicitiam inuicem habent, dilectionem autem futurorum negligunt, præsentia dissimulant, quæ ventura sunt tanquam præsentia esse putant, & tanquam somnia & phantasia existimant, mandata contemnunt, viduam & orphanum despiciunt, afflictum despuunt, vinctum derident, crucem erubescunt, passionem ludibrio habent, resurrectionem negant? Huiusmodi omnes nepotes sunt illius inueterati malorum auctoris spiritus, qui & Adam per mulierem mandatum transgredi persuasit, qui & Abel per Cain occidit, qui & Iob decipere conatus est, qui & Iesu filio Iosedech resistere tentauit, qui & Apostolorum fidem subvertere voluit, & Iudæorum multitudinem aduer-

aduersus Dominum suscitauit, qui & nunc operatur in filiis dissidentia, à quibus eruat nos dominus Iesus Christus, qui Patrem deprecatus est, vt non deficeret fides Apostolorum, non quod non sufficeret custodire eam, sed gaudens de Patris eminentia, ipsum deprecatus est pro eis. Dignum est ergo à talibus abstinere, & neque proprium cum his, neque commune colloquium habere, sed intendere Legi & Prophetis, & euangelizantibus vobis salutare verbum. Ne fandas verò hæreses & schismata facientes fugite, sicut principatum malorum. Omnes Episcopum sequimini, sicut Christus Iesus Patrem, presbyteros sicut Apostolos, diaconos autem veneramini sicut Dei mandato ministrantes. Nemo præter Episcopum aliquid agat eorum, quæ ad Ecclesiam pertinent, firma Eucharistia reputetur quæ ab episcopo concessa fuerit: vbi episcopus præsens fuerit, illic & plebs congregetur, sicuti & vbi Christus est, omnis cælestis militia adest, tanquam principi militia virtutis Domini, & ipse est dispensator totius intelligibilis naturæ. Præterea non licet sine episcopo neque baptizare, neque offerre, neque sacrificium immolare, neque missas celebrare.



452 EPISTOLA IGNATII

Sed si ei visum fuerit secundum beneplacitum Dei, tunc demum tutum & firmum erit. Ergo omnia quaecunque agitis & facitis iam mutabilia sunt, ut corrigamus nos in Deo, quum tempus habemus penitendi. Quod enim incertum est, non habet confessionem. Ecce enim homo (inquit) opera eius cum eo. Sicut scriptum est: Honora (inquit) fili Deum & regem. Ego autem dico, honorate quidem Deum, ut autorem omnium & Dominum, Episcopum autem tanquam principem sacerdotum, imaginem Dei ferentem, principatum quidem secundum Deum, sacerdotium verò secundum Christum, & post hunc honorare oportet etiam regem. Nemo enim potior est Deo, neque similis ei, neque Episcopo honorabilior, in Ecclesia sacerdotium Deo gerenti pro mundi salute, neque regi quis similis est in exercitu, pacem & benevolentiam omnibus principibus cogitanti. Qui enim honorat Episcopum, honorabitur à Deo: & qui inhonorauerit eum, à Deo inhonorabitur. Si enim quis contra regem insurgens, damnatione dignus est, utpote qui tranquillitatem & pacem communem dissoluat, quomodo vltionem euadere poterit, qui praeter Episcopum aliquid egerit?

Sacer

Psal. 6

1. Petr. 2

AD SMYRNENSES. 453

Sacerdotium enim summa est omnium bonorum, quae in hominibus consistunt quod si quis inhonorauerit Deum, inhonorat & Dominum Iesum Christum primogenitum totius creaturae, & solum naturam principem sacerdotem Dei. Omnia bene vobis ordinate, quae mandata sunt in Christo. Laici diaconis subditi sint, diaconi presbyteris, presbyteri episcopo, Episcopus Christo, sicut ipse patri. Secundum quod vos me refecistis fratres, & vos Dominus Iesus Christus. Absentem me & praesentem dilexistis, retribuatur vobis Deus propter quem tanta in vinculo eius ostendistis, & siquidem non sufficiens, sed tamen deuotio vestra grandis est. Si quis enim honorauerit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem prophetae accipiet. Manifeste & qui honorat vinculum Christi Iesu, mercedem martyrum accipiet. Philoni & Gaio & Agathopo, qui me sequuntur in verbo Dei, qui sunt ministri Christi, bene fecistis suscipiendo eos sicut ministros Dei, qui & maximas gratias agunt Domino pro vocis, quoniam refecistis eos omnibus modis. Nihil vobis reputabitur ad peccatum de iis, quae eis impendistis. Det vobis Dominus inuenire misericordiam apud Deum in illa die, pro anima

Matt. 10



454 EPISTOLA IGNATII
bus vestris spiritus meus & vincula mea
sunt, quæ non spreuistis, & non erubui-
stis. Hęc est perfecta spes in Christo Iesu.
Orationes vestræ appropinquauerunt ad
Antiochenam Ecclesiam, cui & pacifici
estis. Vnde & vincus omnes saluto, qui
non sum dignus esse vltimus eorum. Sed
secundũ Dei voluntatem dignus effectus
sum, non ex mea prouidentia, sed ex
gratia Dei. Quam opto perfectam mi-
hi tribui, vt per vestras orationes Deum
merear adipisci, vt opus vestrum perfe-
ctum sit in celo & in terra. Decet ergo
vos in honorem Dei curam agere Deo
dignæ Ecclesiæ Dei quæ est in Syria, &
gratulari eis qui pacifici sunt, & perce-
perunt suam magnificentiam, & restitu-
ta est in corpore eorum. Sed mihi visum
est mittere illuc cum epistola, vt glori-
ficent tranquillitatem quę eis secundo con-
tingit, & quietem. Ego verò merui por-
tum rutissimũ orationibus vestris, quum
sitis perfecti, perfecta cogitate, sentite,
sapite, volentibus enim vobis bene agere,
etiam Deus paratus est vobis prestare.
Salutat vos dilectio fratrum vestrorum
quæ est in Troia, vnde & scribo vobis per
Bargum, quem misistis mecum vnã cum
Ephesiis fratribus vestris, qui me refecit
in

AD SMYRNENSES. 455
in omnibus, & debuerant quidem omnes
imitari, quia exemplũ est ministerij Dei.
retribuet ei Dominus gratiam in omni-
bus. Saluto Deo dignum episcopum ves-
trum Polycarpum, & Deo decentissimum
presbyterum, & Christophoros diaconos
meos, & conseruos, & specialiter, & ge-
neraliter, omnes in nomine Domini Iesu
Christi, & in sanguine ipsius, & in passio-
ne, & in resurrectione carnali, & spiritua-
li, in vnitare Dei & vestra. Gratia vobis, &
misericordia, & pax, & patientia in omni-
bus in Christo. Saluto domos fratrum
meorum cum vxoribus & filiis, sed & vir-
gines & viduas. Incolumes estote in vir-
tute Dei patris. Salutat, vos Philon con-
diaconus, qui est mecum. Saluto domum
Gauia, quam opto firmari in fide & de-
uotione carnali & spirituali. Saluto Alcem
desiderabile nomen mihi, & Daphnium
spiritalẽ & bonum filium, & omnes no-
minatim. Incolumes estote in gratia
Dei & domini nostri Iesu Chri-
sti, repleti spiritu sancto &
sapientia sancta at-
que diuina,
Amen.



456 EPISTOLA IGNATII
AD POLYCARPVM

EPISCOPVM SMYR-

NENSIVM DE IL-

luminatis, Epistola

VIII.

IGNATIVS EPISCOPVS

*Antiochie, qui & testis Iesu Christi, Poly-
carpo Episcopo Smyrnesium.*

Suscipiens in Deo tuam sententiã tan-
quam super immobilem petram fun-
datam, quoniam desidero promereri fa-
ciem tuam immaculatam, quam acquisiui
in Domino, rogo te gratia Dei, qua indu-
ctus es, adiicere ad cursum tuũ, & rogare
omnes vt saluentur in Christo. Defende
locum tuum in omni diligentia. Vnitatis
curã habeto, qua nihil melius est. Omnes
baiula, quomodo & te Christus. Omnes
suffer in dilectione, orationibus indefinẽ-
ter vaca, ampliorem prudentiã quam ha-
bes postula. Vigila inobdormibilem spiri-
tum possidens. Secũdum adiutorium Dei
loquere. Omnium infirmitates porta vt
perfectus athleta, quomodo & Dominus
omnium. Ipse enim (inquit) infirmitates
nostras portauit, & languores nostros ab-
stulit.

AD POLYCARPVM. 457

stulit. Vbi enim magnus fuerit labor, ibi
etiam maius lucrum est. Si bonos discipu-
los amaueris, nõ est tibi gratia: magis pe-
stiferos subiuga in mansuetudinem. Non
omne enim vulnus vno emplastro cura-
tur, acredines atq; vehemẽcias, embrocha
compesce. Astutus esto vt serpens, & sim-
plex vt colũba. Propterea enim ex anima,
& corpore carnaliter & spiritaliter extas,
vt omnia quę ostensa fuerint, in facie cor-
rigas. Quę autem tibi inuisibilia fuerint,
pete vt tibi manifestetur, vt tibi nihil re-
stet, sed totius gratiã abundans sis. Tẽpus
deposcit te tanquam gubernatorem pro-
spera petere, & sicut naui periclitanti,
portum aptum ad salutem requirere. Sic
& te Dei athletam præsta, vt vestẽ incor-
ruptionis & vitam æternam percipias, pro
qua & tu confidis in omnibus. Pro anima
tua ego efficiar, & vincula mea quę dile-
xisti. Qui se arbitrantur fide dignos esse,
& aliter doceant, non te circunueniant, sed
sta firmus sicut incus quę percutitur.
Magni enim athleta est vapulare & vin-
cere, maximẽ autem pro Deo omnia
oportet nos sustinere, vt ipse sustineat nos
in regno. Plurimum adde ad festinatio-
nem, continuanter curre, tempora co-
gnosce, vt in ipsis semper vincas. Hic est

Isa. 53

Matt. 14



458 EPISTOLA IGNATII
enim stadium, illic corona expectat Christi-
stum filium Dei, in temporalem in tem-
pore, inuisibilem natura, visibilem in car-
ne, impalpabilem & intactum, ut corpo-
reum verò propter nos & contrectabilem,
impassibilem ut Deum, passibilem verò
propter nos ut hominem, Amen.

AD ANTIOCHEN-
SES EX PHILIPPIS,

EPIST. IX.

Antiochia ciuitas est Syriæ, prima Petri
Apostoli sedes, prima in qua Christiani
(qui baptisma suscepissent) à Christo
nuncupari cœperunt, in qua Paulus
& Barnabas ordinati sunt, quæ
& postea diu Ignatij mo-
derationibus credita
est, à qua Antio-
chenses.

IGNATIUS QUI ET
Theophorus, Ecclesie Antiochensi miseri-
cordiam à Christo consecutus, habitanti in
Syria (quæ prima Christi cognomen acce-
pit) quæ est in Antiochia, in Deo patre,
& domino Iesu Christo salutem.

Leuia

AD ANTIOCHENSES. 459
L Euia mihi & inonerosa fecit Domi-
nus vincula, quum didicissem paci-
ficus vos esse, & in omni concordia car-
nali & spiritali vos transigere. Rogo igitur
vos ego victus in Domino, dignè
ambulare in eavocatione qua vocati estis,
custodientes vos ab introeuntibus hære-
sibus malignis, ad seductionem & perdi-
tionem consentientium eis, intendere au-
tem Apostolorum doctrinæ & legi, atque
Prophetis credere, omniumque Iudæo-
rum aut Paganorum errorem abiicere,
& neque Deorum multitudinem admit-
tere, neque Christum ad excusationem
vnius Dei negare, Mose fideli famulo Dei
ad populum dicente: Dominus Deus tuus
Deus vnus est. Et vnum atque solum præ-
dicans Deum, confessus est statim etiam
Dominum nostrum dicens: Pluit Domi-
nus super Sodomam & Gomorram ignem
& sulphur à Domino de celo. Et ite-
rum: Dixit Deus: Faciamus hominem ad
imaginem & similitudinem nostram. Et
rursum: Et fecit Deus hominem, ad ima-
ginem Dei fecit illum. Et paulò post: Ad
imaginem Dei fecit hominem. Et quia
nasciturus erat homo, sic ait: Prophetam
fufcitabit vobis Dominus Deus vester si-
cut me. Nam & Prophetæ ex persona Dei
dixit

Deut.

Gen. 19

Gen. 1. 2

Deut. 18



460 EPISTOLA IGNATII
 dixerunt: Ego Deus primus & ego post
 hæc, & præter me non est Deus. Hoc au-
 tem de prætere omnino dixerunt. De Do-
 mino uostro Iesu Christo rursus Pro-
 phetæ proclamauerunt, dicentes: Ecce
 puer natus est nobis, & filius datus est no-
 bis, cuius imperium est desuper, & voca-
 bitur (inquiunt) nomen eius magni con-
 silij angelus, admirabilis cōsiliarius, Deus
 fortis, potestatem habens, princeps pacis.
 Nam & de incarnatione eius ex uirgine
 dicunt: Ecce uirgo concipiet in uero, &
 pariet filium, & uocabitur nomen eius
 Emanuel. Et de passione eius nihilomi-
 nus adiecerunt dicentes: Sicut ovis ad oc-
 cisionem ductus est, & sicut agnus coram
 tondente sine uoce. Et iterum ipse de se
 ipso referens dicit. Ego autem sicut agnus
 innocens ductus sum ad immolandum.
 Nam euangelistæ unum solum testantes
 uerum Deum esse Patrem, etiam ea quæ
 ad Dominum nostrum Iesum Christum
 pertinent, non prætermiserunt, sed potius
 exactè scripserunt dicentes: In principio
 erat uerbum, & uerbum erat apud Deum,
 & Deus erat uerbum, hoc erat in princi-
 pio apud Deum, & omnia per ipsum fa-
 cta sunt, & sine ipso factum est nihil quod
 factum est. Sed & de incarnatione eius
 subiun-

Isa. 43

Isaie 9

Isaie 7.

Isaie 53

Iere. 11

Ioan. 17

Ioan. 1

AD POLYCARPVM. 461
 subiunxerunt, dicentes: Et uerbum caro *Matt. 1*
 factum est, & habitauit in nobis. Et ite-
 rum: Liber (inquiunt) generationis Iesu
 Christi filij David, filij Abrahæ. Apostoli
 quoque Christi afferentes quia Deus unus
 est, adiecerunt dicentes: Unus Deus, unus
 & mediator Dei & hominū. Et de incar-
 natione eius ac passione eius non erubue-
 runt, sed potius fiducialiter subiunxerunt,
 dicentes: Homo Christus Iesus, qui de-
 dit semetipsum pro seculi uita. Omnis
 ergo qui unum Deum annunciat, inter-
 cipit autem Christi diuinitatem, filius est
 diaboli, & inimicus omnis iustitiæ. Qui
 autem non confiteretur Christum filium
 eius esse, qui fecit mundum, sed alterius
 cuiusdam incogniti, præter eum quem
 prædicat Lex & Prophetæ, hic organum
 est ipsius diaboli. Quicumque autem in-
 carnationem Christi recusat, & crucem
 eius erubescit, propter quam ego uinctus
 sum, hic est Antichristus. Quicumque uerò
 purum hominem dicit esse Christum, ma-
 ledictus est secundum dictum Prophetæ, *Hiere 17*
 non in Deum fidens, sed in hominem
 tantum. Propterea & infructuosus est
 quemadmodum Thamariscus quæ est in
 deserto. Hæc scribo uobis, quum sim
 Christi nouella oliuæ, non ignorans uos
 taliter



462 EPISTOLA IGNATII
 taliter sapere, sed præcustodio vos sicut
 pater filios suos. Videte ergo malignos
 operarios, inimicos crucis Christi, quo-
 rum finis est interitus, quorum Deus ven-
 ter est, quorum gloria in confusione eor-
 um, videte canes rabidos, serpentes su-
 per pectus repentes, dracones squamo-
 sos, & aspides, basiliscos, scorpiones.
 Hi enim sunt thoes, vulpes, & similia,
 humana imitantes. Pauli & Petri sancti
 estis discipuli, nolite perdere depositum
 quod vobis commendauerunt. Memen-
 tore dignè beatiss. Enodij pastoris vestri,
 qui primus vobis ab Apostolis antistes
 ordinatus est.

Non confundamus patrem, sed effi-
 ciamur certi filij & non adulterini. Sci-
 tis qualiter conuersatus sum inter vos.
 Quæ ergo præfens dicebam vobis, hæc
 nunc & absens scribo vobis. Si quis non
 diligit dominum Iesum, sit anathema.
 Imitatores mei estote, pro animabus ve-
 stris ego efficiar quando Christum me-
 ruero adipisci. Mementore vinculorum
 meorum. Presbyteri pascite gregem qui
 vobis commissus est, donec ostendat Deus
 eum qui futurus est in vobis rector. Ego
 autem nunc festino vt Christum lucrif-
 faciam. Diaconi agnoscant cuius sint di-
 gnit

2. Cor. 16

AD ANTIQCHENSES. 463
 gnitatis, & studeant esse inculpabiles, vt
 sint Christi imitatores. Populus subditus
 sit presbyteris & diaconis, virgines agno-
 scant, cui se consecrauerunt, viri diligant
 vxores, memores quia vna vni in princi-
 pio creaturæ data sunt in possessionem.
 Mulieres honorificēt viros suos sicut cam-
 nem suam, & non audeant proprio no-
 mine eos vocare. Sciant autem solos vi-
 ros suos compares esse, quibus coniun-
 ctæ sunt secundum ordinationem Dei.
 Parentes erudite filios eruditione sancta,
 filij honorate parentes, vt bene sit vobis,
 & sitis longæui super terram. Domini
 nolite superbè seruis vtī, imitantes pati-
 entissimum Iob, dicentem, si præuē
 iudicauī seruum aut ancillam meam, iu-
 dicer ego ab eis: quid enim faciam, si
 interrogationem fecerit Dominus de me
 & cætera quæ sequuntur, bene nostis.
 Serui nolite iracundiam in aliquos pro-
 uocare dominos, ne fortè aliqui malè fa-
 ciant vobis, & vos ipsi vobis eritis rei. Ne-
 mo ociosus manducet, ne vagus fornica-
 rius efficiatur. Ebrietas, iracundia, inui-
 dia, multiloquium, clamor, blasphemia
 non nominentur in vobis. Viduæ non in
 deliciis agant, ne per luxuriam abiciant
 verbum.

Iob 31

Eph. 5

Cæsari



464 EPISTOLA IGNATII

Celsari subditi estote in iis quibus sine periculo est ipsa subiectio. Principes nolite exasperare, ne detis occasiones aduersum vos querentibus eas. De maleficiis autem & veneficiis vel homicidio ex abundantia est scribere vobiscum, quando hæc etiam in gentibus abominabile sit agere. Hæc autem non sicut Apostolus præcipio, sed sicut vester cõseruus, commemorans vobis. Saluto sanctũ presbyterum vestrum. Saluto sanctos diaconos, & desiderabile mihi nomen eius, quem reseruari post me cupio in spiritu sancto, quum Christum meruero adipisci, pro cuius anima ego efficiar. Saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, atque confessores. Saluto custodes sanctorum portarum, diaconissas quæ sunt in Christo. Saluto susceptrices Christi virgines, quas ego nutriui in domino Iesu. Saluto pudicissimas virgines. Saluto plebem Domini à minimo vsque ad maximum, & omnes sorores meas in domino. Saluto Cassianum hospitem meum, & coningem eius, & amabiles natos eius. Salutat vos Polycarpus dignè decentissimus Episcopus, qui & curam vestri gerit, cui & commendaui vos in Domino, & omnis Ecclesia Smyrnesium memor est vestri

AD ANTIOCHENSES. 465

vestri in in oratione apud Deum. Salutant vos Onesimus Ephesorum pastor. Salutant vos Damas Magnesiæ Episcopus. Salutant vos Polybius Trallianorum antistes. Salutant vos Philon & Agathopus diaconi, qui me sequuntur. Salutate inuicem in osculo sancto. Hæc autem à Philippis scribo vobis. Incolumes vos ille qui est solus vnigenitus per illum qui ante secula natus est, spiritu & carne custodiat, & videam vos in Christi regno. Saluto eum qui pro me futurus est princeps vester, quem & acquisiui in Christo. Incolumes estote Deo & Christo, illuminati spiritu sancto, Amen.

AD HERONEM

ECCLESIAE ANTIO-

CHENSIS DIACONVM

quem ei Dominus ostendit

id est in sede

episcopatus, ex Philip-

pis, Episto-

non in vobis

IGNATIUS QUI ET

Theophorus, Deo honorabili, & considerabili, pu-

dico, Christifero, spiritifero in fide & dilectio-

ne Heroni diacono Christi ministro Dei, gra-

tia



466 EPISTOLA IGNATII

tia & misericordia & pax ab omnipotente Deo & Christo Iesu Domino nostro vnigenito filio eius, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt redimeret nos de hoc presentis seculo in ligno, & saluos faceret in regnum suum celeste.

ROgo te in Domino adiiicere ad cursum tuum, defendere dignitatem tuam, concordia quæ est ad sanctos curam gerere. Infirmiores suffer, vt adimpleas legem Christi. Ieiuniis & orationibus vaca, sed non vltra mensuram, ne te ipsum deicias Vino & carnibus nõ ex toto abstineas, non enim ex toto sunt abominabiles. Bona (inquit) terræ comeditis, & carnes & olera manducabitis. Sed & vinum lætificat cor hominis, & oleum exhilarat, & panis confirmat. Sed & mensuratè & ordinatè, tanquam Deo concedente. Quis enim manducat, aut quis bibit præter eum? Quoniam quicquid bonum est, eius est, & quicquid optimum est, est ipsius. Lectioni intende, vt non solus ipse scias leges, sed etiam aliis eas expones, vt Dei athleta. Nemo militas Christo implicat se negociis secularibus vt placeat ei cui se probauit. Sed nec vi athleta coronabitur, nisi legitime certauerit.

AD HERONEM. 467

Pro anima tua ego vnctus sum. Omnis igitur qui dixerit præter illa quæ tradita sunt, tamen si fide dignus sit, tamen si ieiunet, tamen si virginitatem seruet, tamen si signa faciat, tamen si propheter, lupus tibi appareat in grege ouium corruptionem operans. Si quis crucem negauerit, & passionem erubuerit, sit tibi tanquam aduersarius, tamen si substantiam suam pauperibus distribuat, tamen si montes transferat, tamen si corpus suum combustioni tradat, sit tibi execrabilis & abominabilis.

Si quis improbauerit legem & prophetas, quos Christus præsens adimpleuit, sit tibi tanquam Antichristus. Si quis hominem tantum dixerit Dominum, Iudæus est, Christi interfector. Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Pupillos tuere. Deus est enim pater pupillorum, & iudex viduarum. Sine episcopis nihil agas, sacerdotes enim sunt, tu verò minister sacerdotum. Illi enim baptizant, sacerdotium agunt, ordinant, manus imponunt, tu verò eis ministras, sicut sanctus Stephanus Iacobo, & cæteris presbyteris in Hierosolymis. Congregationem noli negligere, nominatim omnes require,

*1 Tim. 5
Deut. 20
Exod. 12*

Gen. 9

1 sal. 103

2. Tims. 2



Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed forma esto fidelium in verbo & conversatione. Domesticos ne confundas, communis est enim nobis & ipsis natura. Mulieres noli execrari, ipsæ enim pariunt & nutriunt. Diligi ergo oportet eas generationis causa tantum in Domino, quia sine muliere vir omnino generare non potest. Honorare ergo oportet eas, ut cooperarias generationis, quia neque vir sine muliere, neque mulier sine viro aliquando originem fortiri poterit, nisi in solis illis protoplastis, quia corpus Adæ ex quatuor elementis est factum, Eva verò de latere Adæ, gloriosum verò habitaculum Domini de sola virgine. Execrabilis quidem videretur legitima commixtio, sed Deo condécens est ipsius generatio. Decebat enim opificem non secundum humanam consuetudinem naturitate vti, sed gloriose & nouè, ut decebat nasci factorem, Superbiam fuge. Superbis enim Deus resistit. Falisloquium execrare, perdes enim omnes (inquit) qui loquuntur mendacium. Inuidiam caue, author enim eius est Diabolus, & successor ipsius Cain fratri inuidens, & de inuidia homicidium perpetrans. Sorores meas mone Deum diligere, & solis viris suis sufficere debe-

re. Similiter fratres meos mone suis coniugibus sufficere debere. Virgines custodi, tanquam Christi sacramenta. Longanimis esto, & multus sis prudentia. Pauperibus secundum quod habueris, benefacere ne neglexeris. Elcemofyna enim & fide purgantur peccata. Te ipsum castum custodi tanquam Dei habitaculum. Templum Christi constitutus & organum spiritus sancti existens, scito quemodo te enutierim. Et si minimus quidem suus, amulator meus esto, & imitare conversationem meam. Non enim glorior in mundo, sed in Domino. Heronem filium meum moneo, ut qui gloriatur, in Domino glorietur, cuius & memini filij desiderabilis, cui custos fiat ille vnigenitus Deus & Dominus Iesus Christus, non omnibus credere, neque de omnibus presumere, ne quis te subintrat. Multi enim ministri sunt Satane, & qui cito credit, leuis est corde. Memento Dei & nunquam peccabis. Noli esse duplex animo in oratione tua, beatus est enim qui non dubitauerit. Credo ergo in Patrem Dominum nostri Iesu Christi, & in vnigenitum filium eius, quia offendit mihi Heronem in sede mea. Ergo adde ad cui sum tuum, precipio tibi coram Deo qui est

1oh 12

1er. 9

1. Cor. 1

Cor. 13



470 EPISTOLA IGNATII
super omnia, & coram Christo præsen-
te, & spiritu sancto, & coram ministran-
tibus legionibus, custodi depositum meum
quod ego & Dominus Christus com-
mendauius tibi. Et ne indignum te iu-
dicaueris eorum, quæ ostensa sunt mi-
hi de te à Domino. Commendo ergo
tibi Ecclesiam Antiochensium. Com-
mendaui vos Polycarpo in Domino Iesu
Christo. Salutant te episcopi Onesimus,
Vitus, Damas, Polybius, & omnes à Phi-
lippiis, vnde scripsi tibi. Saluta Deo de-
centes presbyteros. Saluta sanctos con-
diaconos tuos, quos ego enutriui in Do-
mino in carne & spiritu. Saluta populum
Domini à minimo vsque ad maximum,
secundum omnia quæ tibi commendo, si-
cut Moyses Iesu duci exercitus, & non ti-
bi videatur onerosum quod dictum est
de te, & si tales non sumus quales illi fue-
runt, sed tamen oramus vt tales simus,
quia filij Abrahamæ sumus. Confortare er-
go Hero potèter, & age viriliter. Tu enim
introduces, & educes ex hoc nunc popu-
lum Domini qui est in Antiochia, &
non erit synagoga Domini sicut oues non
habentes pastorem. Saluta Cassianum ho-
spitem meum, & illam pudicissimam eius
coniugem, & dilectissimos filios eorum,
quibus

AD EPHESIOS. 471
quibus det Deus inuenire misericordiam
apud Deum in illa die ministracionis quæ
est ad nos, quos & cõmendo tibi in Chri-
sto. Saluta eos qui sunt in Laodicia fideles
omnes secundum nomina in Christo. Eos
qui sunt in Tarso noli negligere, sed assi-
duè eis intende confirmans eos in Euan-
gelio. Marium episcopum qui est Neapoli
secus Zarbo saluto in Domino. Intende
etiam pudicissimæ Mariæ filiaæ meæ, quæ
est abundè doctissima, & ei quæ in domo
eius Ecclesiæ, quæ facta est mihi pro ani-
ma mea exemplum piissimarum mulie-
rum. Sanum te & in omnibus probabilem
pater Christi xpo longiore per ipsum vni-
genitum suum custodiat ad vtilitatem
Ecclesiæ. Incolumis in Domino ora pro
me, vt consummem. Amen.

AD EPHESIOS
DE VNITATE EX
SMYRNA.
Epist. XI.

Ephesus ciuitas in Asia ab Amazonibus
olim condita, sepulchro Ioannis Euan-
gelistæ dilectissimi Apostoli cele-
bris, à qua & Ephesij.



472 EPÍSTOLA IGNATHI

IGNATHI, QUI ET

Theophorius, benedictæ curæ magni Dei patris, & prædestinata ante secula, ut si semper in singulari gloria inconvertibilis & adunata, & electa in passione vera, in voluntate Dei patris & Domini nostri Iesu Christi, saluatoris, Ecclesie beatissime dignæ quæ est Ephesi in Asia plurimum in Christo Iesu & immaculato gaudio, Salutem.

Suscipi vestrum in Domino multum desiderabile nomen quod possidetis natura iusta secundum fidem & dilectionem in Christo Iesu saluatore nostro, cum sitis imitatores humanitatis Dei, ut viuificati in sanguine Christi regenerationis, charitatis geminum opus consummate, audientes me de Syria vinctum pro Christo spe communi confidentem orationibus vestris, ut merear Romæ cum bestiis dimicare, ut per martyrium possim discipulus eius esse qui pro nobis seipsum obtulit Deo hostiam & oblationem in odorem bonæ suauitatis. Quoniam ergo suscepi multitudinem in nomine Domini Christi in Onesimo dilecto scriptore vestro, vestro autem Episcopo, obsecro eum secundum Iesum Christum diligere vos, & vos

AD EPHESIOS. 473

& vos omnes in concordia eius in ipso esse. Benedictus enim Deus qui vobis talibus talem Episcopum donauit habere in Christo. Pro conseruo nostro autem Birro secundum Deum Diacono vestro, & in omnibus benedicto, deprecor permanere enim immaculatum in honore Ecclesie, & beatissimi Episcopi vestri. Crocus verò Deo dignus, quem tanquam exemplar dilectionis vestræ, suscepi in omnibus me refecit, & catheram meam non erubuit, simul cum Onesiphoro & Birro & Euplo & Phrontone, quibus refrigeret pater Domini nostri Iesu Christi, per quem vos omnes in dilectione habui. Acquisiui vos in omnibus siquidem dignus fuero. Dignum est enim omnibus modis glorificare Iesum Christum qui vos glorificauit, ut in vna perfectione perfecti sitis in eodem sensu & in eadem sententia, ut id ipsum dicatis omnes de eo ipso, ut subiecti episcopo & presbyteris secundum omnia sanctificati. Non præcipio vobis quasi aliquis sim. Et siquidem vinctus sum pro nomine Iesu Christi, tamen necdum consummaui. Nunc etiam initium habeo eruditionis, & alloquor vos tanquam conseruos. Me autem oportebat à vobis committeri fide, moni-



474 EPISTOLA IGNATII
tione, patientia, longanimitate, quoniam
dilectio nō permittit me tacere de vobis,
propterea pr̄ueni vos vt concurratis di-
sp̄ositioni Dei, quia & Iesus Christus om-
nia secundū disp̄ositionem patris agit,
sicut & ipse in quodam loco dicit: Ego
quæ placita sunt ei facio semper. Ergo &
nos oportet secundū disp̄ositionem Dei
viuere in Christo, & æmulari secundū
quod paulus ait: Imitatores mei estote,
sicut & ego Christi. Vnde & vos decet di-
sp̄ositionem pastorum sequi, qui secun-
dū Deum vos pascunt. Quod etiam ipsi
facitis sapienter à spiritu sancto instructi.
Illud ergo dignè nominandum, & Deo
dignum presbyterium ita coaptatum sit
Episcopo, quomodo chordæ in cithara
colligatæ. Ita & ipsi in concordia & con-
sona dilectione, cuius dux & custos est
Iesus Christus. Et qui sunt sigillatim om-
nes vnus chorus fiant, vt consonantes
facti in vnitate, coniunctionem Domi-
ni in similitudinem morum recipientes,
in vnitate vnum effecti consentu, Deo
patri & dilectissimo filio eius Iesu Chri-
sto Domino nostro, secundū quod ipse
patrem rogans dicit: Da illis pater san-
cte, vt sicut ego & tu vnum sumus, ita &
hi in nobis vnum sint. Vtile est enim vos
sine

Ioan. 3

1. Cor. 4

Ioan. 17

AD EPHESIOS 475

sine macula in vnitate esse cōiunctos Deo,
imitatores esse Christi, cuius & membra
estis. Si ego in paruo tempore talem con-
suetudinem habui circa Episcopum ve-
strum, quæ non humana sed spiritualis
fuit, quanto magis vos beatifico qui pen-
detis ad eum quomodo Ecclesia ad Do-
minum Iesum, & ipse Dominus ad Deum
patrem suū, vt in vnitate sibi omnia con-
sonantia sint? Nemo oberret. Si quis non
fuerit intra altate, fraudabitur pane Dei.
Si enim vnus aut duorum oratio tan-
tam habet virtutem vt Christus in eis cō-
sistat, quanto magis sacerdotis & sancti
populi supplicatio, consonanter ascen-
dens ad Deum, persuadet prestare eis om-
nes petitiones in Christo? Qui ergo à ta-
libus separatur, & non conuenerit in con-
gregatione sacrificiorum Ecclesiæ pri-
mogenitorum descriptorum in celo, lu-
pus est in grege ouium mansuetam de-
monstrans figuram. Festinate ergo dile-
ctissimi, subditi esse Episcopo & presby-
ris & diaconis. Qui enim istis subditus
fuerit, Christo obedit, qui eis hoc con-
cessit. Qui verò eis non consenserit, Iesu
Christo non consentit. Qui autem filio
non consenserit, non videbit vitam, sed
ira Dei manebit super eum. Huiusmodi
ergo



ergo temerarius & horribilis, & superbus, qui non est subditus peioribus. Superbis enim (inquit) Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Et iterum: Superbi inique gesserunt vsquequaque; Dicit etiã Dominus sacerdotibus. Qui enim vos audit, me audit, & qui me audierit, audiet illum qui me misit, & qui vos spernit, me spernit, & qui me spernit, spernit eum qui me misit. Quãdo enim videris tacere Episcopum, plus eum timere. Omnem itaque quem mittit paterfamilias pro sua dispensatione, sic nos oportet suscipere quemadmodum ipsum qui mittit. Ergo Episcopum manifeste sicut ipsum Dominum oportet contemplari, Domino assistentem. prospectorem enim verum & acutum in operibus suis regibus oportet assistere, & non assistere hominibus infirmis. Ipse enim Onesimus laudat vestram dispensationem, quia omnes secundum Deum vivitis, & quia nulla hæresis inter vos habitat. Sed nec obeditis alicui, nisi Iesu Christo vero pastori & doctori, & estis quemadmodum Paulus vobis scripsit, unum corpus & vnus spiritus, quoniam in vna spe fidei conclusi estis. Vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & Pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in

Matt. 10

Ioan 13

Luce 10

Ephes 4

in omnibus. Vos ergo estote tales, qui a tali eruditi estis, hoc est à Paulo Christifero, & Timotheo. Quidam autem fallaces consueverunt dolo maligno nomen Christi circumportare, sed aliquanta indigna Deo agentes, & contra doctrinam Christi sapientes, ad interitum suum vobismetipsis consentiunt, quos oportet vos tanquam bestias declinare. Iustus (inquit) declinans euadet interitum, extraneus etenim atque alienus erit ab impiorum perditione. Sunt igitur canes muti, non valentes latrare, rabidi, occulte quos observare oportet, insanabilem languorem habentes. Medicus autem noster, est solus verus Deus vnigenitus, & invisibilis, Dominus omnium, vnigeniti pater & genitor. Habemus autem medicum etiam Dominum nostrum Iesum Christum ante secula filium vnigenitum, & in principio verbum, postea verò & hominem ex Maria virgine. Verbum enim (inquit) caro factum est, incorporalis in corpore, impassibilis in corpore passibili, immortalis in corpore mortali, vita in corruptione, vt de corruptione, & morte liberet animas nostras, & sanet eas infusam morbo impietatis, & iniquis desiderijs. Nullus ergo vestrum: seducatur, quod &

Prov. 11

Esa. 56

1 Pet. 2

apud

dei



478 EPISTOLA IGNATII

de vobis confido, homines enim estis. Quādo etenim nihil in vobis fuerit quod vos potuerit coinquinare, & tormentum superinducere, secundū Deum viueris, & erit Christi subiectio vestra, & Ecclesiae Ephesiorum, quae est auxiliatrix, & multum amabilis. Carnales enim spiritualia non possunt agere, neque spiritualia carnalia, sicut nec fides ea quae sunt infidelitatis, neque infidelitas ea quae sunt fidei. Vos ergo repleti spiritu sancto, nihil carnale, sed omnia spiritualia agite. Vnusquisque vestrū perfectus sit in Christo Iesu qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium. Agnoui enim aliquos ex vobis à via veritatis discedentes, malam doctrinam habere alieni & nequissimi spiritus. Quibus non tribuistis secus viam seminare zizania, obturantes aures ad non suscipiendum errorem qui ab ipsis est praedicatus, scientes quia huiusmodi spiritus est erroris, non ea quae sunt Christi, sed sua loquens, falso loquens etenim est. Sanctus autem spiritus non sua propria loquitur, sed ea quae sunt Christi. Neque Christus sua nunciat. Sermo (inquit) quem audistis non est meus, sed eius qui me misit. De spiritu sancto dicit: Non enim loquetur à se, sed quae-

Ioan. 19

cunque

AD EPHESIOS. 479

cunque audierit à me. De se autem patris: Ego te glorificaui super terram, opus perfecti quod dedisti mihi vt facerem, manifestauit nomen tuum hominibus. De spiritu sancto ait: Ille me glorificabit super terram, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis.

Ergo vterque eorum ipsum glorificat, à quo & accepit quod faceret, & ipsum praedicat atque eius verba pronunciat. Erroris autem spiritus seipsum praedicat, sua propheta dicens, sibi placens etenim est, & seipsum glorificat. Acerbus nanque est, plenus existens falsiloquio, seductor, lubricus, superbus, arrogans, verbosus, dissonus, immensuratus, nigriformis, tumidus, de cuius operationibus liberauit nos Iesus Christus, fundans nos super petram tanquam lapides electos (qui apti sunt ad aedificium Dei patris, eleuari in altum à Christo qui pro nobis crucifixus est) confortatos spiritu sancto, in fide introductos, in spe & dilectione eleuatos à terra in caelum, ambulantes immaculatè. Beati enim (inquit) immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Via enim sine errore est Iesus Christus, sicut ipse ait: Ego sum via, veritas & vita.

Dedu



Deducit autem hæc via ad Patrem. Nemo enim (inquit) venit ad Patrem nisi per me. Beati ergo estis vos Desferi, Christi ferri, spiritiferi, templiferi, in omnibus ornati in mandatis Iesu Christi, regnum sacerdotale, gens sancta, populus in acquisitionem. In quibus exultans, dignus effectus sum, per quos scribo, alloqui sanctos qui sunt Ephesi, fideles in Christo Iesu. Gauleo enim in vobis quia vanitati non intenditis, neque ea quæ secundum carnem sunt diligitis, sed ea quæ secundum Deum sunt. Sed pro aliis hominibus orare indefinenter. Est enim in illis spes, ut Deum mereantur adipisci. Nunquid qui cadit (inquit) non adiiciet ut resurgat: aut qui auertitur, non conuertetur? Conuertimini ergo ad doctrinam, estote ministri Dei, & os Christi. Dicit enim Deus. Si abduxeritis preciosum ab indigno, os meum eritis. Estote ergo ad iracundias eorum humiles, renunciate blasphemias eorum, vos vero orationi instate, illis errantibus vos stabiles estote radicati in fide. Vincite eorum fœcè conuersitudinem per vestram mansuetudinem, & iracundiam per lenitatem. Beati enim (inquit) miles, Nam & Moyses mansuetus supra omnes fuit, & David mitis valde.

Exod. 20
1. Petr. 2.

Iere. 8

Iere. 17

Matt. 5

Propter quod Paulus monet dicens: *Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mitem esse, ad omnes docibilem, patientem, cum omni modestia corripientem eos, qui resistunt veritati. Nolite festinare, vlcisci volentos vos. Si reddidi retribuentibus mihi mala, fratres eos faciamus per mansuetudinem. Dicitis itaque his qui oderunt vos, fratres nostri estis, ut nomen Domini glorificetur. Imitemur scilicet Dominum, cui cum maledicebat, cum pateretur non comminabatur, cum crucifigeretur non contradicebat, sed pro inimicis suis orabat dicens: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Cui plus nocetur, ampliora sustineat. Beatus qui abiectus & reprobatus fuerit propter nomen Domini, ipse etenim verus est Christi. Videte ne herba Diaboli inueniatur in vobis, amara etenim est & salsa. Ergo sobrii estote & casti in Christo Iesu, iam enim nouissima tempora sunt. Reuertamur & timeamus longanimitatem Dei, & non simus diuitiarum aut vtilium rerum appetitores. Futuram iracundiam plus timeamus, quam presentem gratiam diligamus, presens enim gratia est, ut inueniamur in Christo Iesu, & in veritate viuamus.* *Extr. 23*

2 Tim. 2

1. Petr. 2

Extr. 23



482 EPISTOLA IGNATII
autem, nec respirare oportet aliquando.
Hæc est enim spes mea, hæc exultatio, hæc
denique indeficientes diuitiæ. In quo &
vincula mea à Syria Romam vsque suffe-
ro spirituales margaritas, in quibus mihi
contingat consummari orationibus ve-
stris, participem passionum Christi com-
munem & mortuis eius fieri & à mortuis
resurrectionis & vitæ æternæ, quam mi-
hi contingat percipere, vt in sorte Ephe-
siorum Christianorum inueniar. Qui &
cum Apostolis semper conuersati sunt in
virtute Iesu Christi, Paulo, Ioanne, & Ti-
motheo fidelissimo. Scio qui sunt & qui-
bus scribo.

Ego itaque minimus sum, & supplex
sub periculis & iudiciis & longè con-
stitutus, vos verè consecuti estis mi-
sericordiam firmi in Christo. Traditus
sum autem propter Deum generi interfe-
ctorum à sanguine Abel iusti ad sangui-
nem Ignatij minimi. Pauli enim sancti
estis comministri, & testimonium con-
summatis eius qui est vas electionis. Sub
vestigia eius merear inueniri & cætero-
rum sanctorum, quando Iesum Chris-
tum meruero adipisci, qui semper in suis
orationibus memor sit vestri. Festinate
ergo frequenter accedere, ad eucharis-
tiam

AD EPHESIOS. 483

stiam & gloriam Dei. Quando enim assiduè hoc ipsum agitur, expelluntur potestates Satanae, qui actus suos conuertit in sagittas ignitas ad peccatum. Vestra autem cõcordia & consonans fides, ipsius est interitus, & satellitibus eius tormentum. Nihil enim melius est quàm pacem habere, in qua omne telum euacuetur aëreorum & terrestriũ spirituum. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitie in caelestibus. Ergo nolite vos vulnerare in aliqua contagione diaboli, sicuti & Paulus dicit: habentes in Christo spem & dilectionem, quæ est principium vitæ & finis. Principium quidem est fides, finis verò eius est dilectio.

Ambæ verò simul iunctæ in vnitæte factæ hominem Dei perficiunt: sed & reliqua omnia quæ in beneuolentia sequuntur consummat. Nemo enim fidem annuncians, debet peccare, neque dilectionem possidens, debet fratrem suum odisse. Qui enim dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ipse iterum ait, & proximum tuum sicut



484 EPISTOLA IGNATII
seipsum. Qui enim annunciant esse Chri-
stum, non ex iis quæ dicunt tantummo-
do, sed ex iis quæ agunt agnoscuntur. Ex-
fructu enim arbor cognoscitur, Melius est
eum igitur tacere & esse, quam dicere, &
non esse, quia non in verbo est regnum
Dei, sed in virtute. Corde enim creditur
ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salu-
tē. Bonum est igitur docere, sed si fece-
rit ea quæ dixerit. Qui docuerit & fecerit,
hic magnus vocabitur in regno caelorum.
Dominus autem noster & Deus Iesus
Christus qui est filius Dei viui, primò vi-
delicet fecit & sic docuit, sicut restatur Lu-
cās, cuius laus est in Euangelio per om-
nes Ecclesias. Nihil enim latet Domi-
nium, sed etiam occulta nostra coram ipso
sunt. Omnia ergo faciamus tanquam ipso
in nobis habitante, vt simus eius templa,
& ipse habitet in nobis. Dominus itaque
Christus in vobis loquatur, sicut & in
Paulo, spiritus sanctus nos doceat quæ
sunt Christi respondere. Adiuncti illi no-
lite errare fratres mei, & ne sitis mascalotum
concupitores, quia huiusmodi re-
gnum Dei non possidebunt. Qui enim
habitaacula corrumpunt, morti condem-
nabuntur. Quomodo non magis qui
Christi doctrinam disrumpere conantur,
sempi

Rom. 10

Mat. 5

Act. 1

AD EPHESIOS. 485
sempiternam damnationem percipient,
propter crucem & mortem quam susti-
nuit Dominus Iesus vnigenitus Dei fi-
lius? Cuius doctrinam quicumque de-
prauauerit, abiectus & pollutus in ge-
hennam proicietur. Similiter autem &
omnis homo qui spreuerit quod à Deo
accepit, condemnabitur. Qui impium
pastorem secutus fuerit, & falsam glo-
riam tanquam veram susceperit, particeps
Christi esse non poterit. Quæ enim so-
cietas luci cum tenebris? aut Christo cum
Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?
aut templo Dei cum idolis? Dico autem
& ego, quæ communicatio veritati ad
mendacium? aut quæ societas iustitiæ
cum iniustitia? aut veræ gloriæ cum falsa
gloria? Propterea vnguentum accepit
Deus in capite, ait Ecclesia, vt fragret in
corruptione. Vnguentum enim exina-
nitum nomen tuum, propterea adole-
scentulæ dilexerunt te, attraxerunt te na-
ribus, post te in odorem vnguentorum
tuorum curremus. Ne vngatur quis fec-
tore huius seculi, sancta Dei Ecclesia
non captiuetur ab astutia illius, sicut
mulier prima Eva. Quapropter cum
simus rationabiles, non efficiamur stulti.
Quare plantationem quam à Deo per

2. Cor. 6

Cant. 1



486 EPISTOLA IGNATII
Christum accepimus, non custodimus sed
in iudicium per ignorantiam incidimus:
ignorantes gratiam quam accepimus, &
nescientes perimus, quia Christi crux in-
fidelibus quidem scandalum, fidelibus au-
tem salus, & vita aeterna? Vbi sapiens,
vbi scriba, vbi conquisitor, vbi exultatio
dictorum? Filius autem Dei qui ante se-
cula natus est, & omnia dispositione pa-
tris constituit, ipse in utero portatus est à
Isa. 7 Maria secundum dispositionem ex semine
Dauid & spiritu sancto. Ecce enim
Mat. 1 (inquit) virgo in utero concipiet & pariet
filium, & vocabitur nomen eius Ema-
nuel. Ipse enim baptizatus est à Ioanne,
vt fidelem faceret ordinationem quae tra-
dita est Prophetis à Deo, & lauit princi-
pem huius seculi virginitas Mariæ, & par-
tus eius similiter & mors Domini. Tria
mysteria clamaui in silentio. Dei enim
opera nobis manifestata sunt. Stella in
caelo fulsit super omnes quae ante ipsam
erant. Et lux eius inestimabilis & noua
atque peregrina apparuit videntibus eam.
Caetera vero sydera simul cum sole & lu-
na, corusca facta sunt illi stellae, illa verò
superabat omnes splendore suo, & facta
est perturbatio, vnde fuisset illa nouitas
quae apparuerat. Hinc hebetata est sa-
pientia

AD EPHESIOS. 487
pientia huius mundi, iniquitas & malicia
exterminabantur, maleficia adnullaban-
tur, magica deridebantur, tenebrae &
ignorantiae dissipabantur, & tyranni prin-
cipatus abolebantur, Deo vt homine ap-
parente, & homine sicut Deo operante.
Sed neque primo gloria, neque secun-
do puritas, sed illa veritas & conuersatio
principatum accepit à Deo, perfecta om-
nia in illo constabant, propter quod me-
ditatus est mortis solutionem. Stare ergo
fratres firmi in fide Iesu Christi, & in di-
dilectione eius atque resurrectione om-
nes. In omnibus enim his gratia in eius
nomine congregamini, communi-
ter in vna fide Dei Patris & Christi filij
eius vnigeniti & primogeniti totius crea-
tionis, secundum catenam quidem ex
genere Dauid. Eruditi à paraclito, obe-
dientes Episcopo, & presbytero indiui-
so sensu, frangentes panem qui est me-
dicamentum immortalitatis, antidotum
non moriendi, sed viuendi per Iesum
Christum in Deo, catharticum expel-
lens malum, sic in vobis. Pro animabus
vestris ego meam ponam, & eius quem
missis in honorem Domini ad Smyr-
nam, vnde & scribo vobis, gratias agens
Domino, diligens Polycarpum quomodo
I 4



488 EPISTOLA IGNATII
 & vos. Memores estote mei, sicut & vestri
 Iesus Christus, qui est benedictus in se-
 cula. Orate pro Ecclesia Antiochenisum,
 quæ in Syria est, vnde & vincus ducor
 Romam, qui sum vltimus illorum fide-
 lium, vnde sum vltimus ego, dignasque
 effectus in honorem Dei has sustinere ca-
 renas. Incolumes estote in Deo patre, &
 Domino Iesu Christo, communi spe, in
 spiritu sancto, Amen:

AD ROMANOS

DE SMYRNA PER

E P H E S I O S,

Epist. XII.

Roma (à qua & Romani) notior est quam
 vt historia lucem requirat, Italicarum vr-
 bium præclarissima, olim iam orbis caput,
 & vrbs per excellentiam dicta. Et

hæc pro communi argu-
 mento abundè dicta
 putentur.

IGNATIUS, QUI ET
 Theophrus, misericordiam consecute in ma-
 gnitudine Dei altissimi, patris Iesu Christi
 vnige

AD ROMANOS. 489

vnigeniti eius filij, Ecclesie sanctificate &
 illuminate in voluntate Dei (qui fecit omnia
 quæ sunt secundum fidem, & dilectionem
 Iesu Christi Dei & saluatoris nostri) quæ &
 præsidet in loco regionis Romanorum, Deo
 dignæ, eminentia dignæ, beatitudine dignæ,
 laude dignæ, fide dignæ, fundata in dilectione
 & fide Christi, paternum nomen habenti,
 spiritifere, quam & saluto in nomine Do-
 mini omnipotentis, & Iesu Christi filij eius
 qui est secundum carnem & spiritum, adu-
 natis in mandatis eius, repletis gratia Dei
 inseparabiliter, & ablutis ab omni alieno
 calore, atque immaculatis plurimam in Deo
 Patre & Domino Iesu Christo S.

DEprecans Deum, obtinui vt videre
 merear dignos vultus vestros, sicut
 plurimum optabam, promerere. Vincus
 enim in Christo Iesu spero vos salutare,
 siquidem fuerit voluntas illius, qui edi-
 gnum me faciat vsque in finem proposi-
 tum meum consummare. Illa verò prin-
 cipla bonæ conuersationis sunt, siquidem
 per gratiam meruero sortem meam vsque
 in finem sine impedimento percipere. Ti-
 meo enim dilectionem vestram, ne ipsa
 me lædat, vobis enim facile est quod vul-
 tis facere, mihi autem difficile Deum pro-



490 EPISTOLA IGNATII

mereri, tamen potero, si vos peperceritis mihi occasione amicitia carnalis. Nolo igitur vos homini placere, sed Deo sicuti & complacuisse, nec enim ego habui aliquando tale tempus, ut Deum promeruissem. Ergo si & vos tacueritis de me, ego efficior Dei. Si enim dilexeritis carnem meam, iterum forsitan absoluar. Multum enim mihi prestatis, si me offeratis Deo, cum iam altare paratum est ut in dilectione chorus effecti, caneretis Deo Patri in Christo Iesu: quoniam Episcopum Syria dignam fecit Deus inueniri in occidente, ab oriente promittens suam passionem, martyrem bonum proficiscentem de mundo ad Deum, ut in ipso oriar. Nunquam laesistis aliquem, alios docuistis. Ego autem rogo ut secundum illa firma quae docti estis ex omni virtute optetis mihi, ut non solum dicar, sed etiam inueniar Christianus. Si autem inuentus fuero, & dici possum & tunc esse fidelis, quando mundo non comparuero, nihil enim de iis quae videntur aeternum est. Quae enim videntur (inquit) temporalia sunt, quae autem non videntur aeterna sunt, non solum in opere, sed etiam in magnitudine. Christianitas enim est quae oditur a mundo,

A D E P H E S I O S. 491

do, amatur a Christo, quia non est ab hominibus sed a Deo. Si enim essetis (inquit) de mundo, mundus quod suum erat diligeret. Nunc autem quia non estis de mundo, propterea odit vos mundus, sed ego elegeri vos, manere in me. Ego scribo omnibus Ecclesiis, & omnibus mando, quia voluntarie pro Deo morior, si nos non praepedieritis. Rogo itaque vos ut non frustra sit in me dilectio vestra. Sinite in me ut bestiarum esca sim, per quam possum Deum promereri. Triticum enim Dei sum, dentibus bestiarum molar, ut possim panis Dei mundus inueniri: magis autem blandiamini bestiis, ut mihi sepulchrum sint, & nihil de meo corpore relinquatur, ut non obdormiens grauis alicui inueniar. Non sicut Petrus & Paulus praecipio vobis. Illi enim Apostoli sunt Iesu Christi, ego autem vsque nunc seruus, sed si passus fuero, libertus ero Iesu Christi, & resurgam in eo liber. Nunc dico vincetus nihil mundi concupiscere, aut aliquid vanum. A Syria Romam vsque cum bestiis depugno per terram & mare die ac nocte vincetus cum decem leopardis, hoc est cum militari custodia, qui ex beneficiis peiores fiunt, in iniustitiis autem eorum magis edoceor, sed ne in hoc quidem iustifi



492. EPISTOLA IGNATII
iustificor. Utinam fruar bestiis quæ mihi
paratæ sunt, quas & opto mihi veloces
esse ad meum interitum, & allici vt cele-
rius me comedant, ne sicut in aliis terris
sint, & non eos tetigerunt. Et si ipsæ no-
luerint, ego ipsis vim ingeram, ego vt-
gebo. Ignoscite mihi, ego scio quid mihi
expediat. Nunc incipio esse discipulus,
nulli æmulor visibillum & invisibillum,
vt Iesum Christum merear adipisci, ignis,
crux, bestiarumque constantia, abscisio,
separatio, confractio, dissipatioque mem-
brorum, interitus totius corporis, & fla-
gella diaboli omnia in me veniant, vt Ie-
sum Christum merear adipisci. Nihil me
iuuant quæ sunt mundi huius, neque re-
gnum temporale. Bonum enim mihi
mori in Christo Iesu, quam regnare in
finibus terra. Quid enim prodest ho-
mini si uniuersum mundum lucretur,
animam verò suam perdat? Dominum
namq; desidero filium veri Dei & patrem
Iesu Christi, ipsum utique quero, &
illum qui pro nobis mortuus est & resur-
rexit. Ignoscite mihi fratres, ne mihi im-
pedimenta opponatis ad vitam, Iesus est
enim vita fidelium, vt ne velitis me mori,
quia vita mors est sine Christo. Dei vo-
lens esse, mundo non placeam. Sinite me
puram

AD EPHESIOS. 493
puram lucem percipere, illuc perueniens
homo Dei ero. Concedite mihi vt sim
imitator passionum Dei mei. Qui enim
vult in seipso habere, intelligat quod vo-
lo, & compariatur mihi sciens quid sit in
me. Princeps enim mundi huius diripere
me vult, & in iudicio Dei mei dirumperè.
Nemo ergo de presentibus vobis auxili-
tur ei, magis autem mei adiutores estote,
hoc est Dei. Nolite dicere Iesum Chri-
stum, mandum autem honorantes. Faci-
nus in vobis non habet, neque si vos
presens rogauero consentiatis mihi, his
autem consentite quæ seribo vobis. Viuus
enim vobis seribo desiderans mori pro
Christo. Meus enim amor crucifixus est
& non est in me. Aqua autem alia viua
& non est in me intrinsecus mihi dicens, veni
ad patrem, non comedam escam corru-
ptionis, neque voluptates huius mundi
desidero, panem Dei volo, panem cele-
stem, panem vita, qui est caro Iesu Chri-
sti filij Dei viui (qui natus est in nouissimo
ex semine Dauid & Abrahæ) & potum
volo sanguinem eius, qui est dilectio in-
corruptibilis, & vita æterna. Iam nolo
secundum homines viuere, hoc autem
erit, si vos volueritis, Christo crucifigor,
quia iam ego non viuo, viuere verò in me
Christus.

Ioan. 6
Matt. 1
Rom. 8



494 EPISTOLA IGNATII

Christus. Per modica scripta rogo vos,
ne mihi obserueris. Credite mihi quia
Iesum diligo, quoniam & ipse dilexit me,
& seipsum tradidit pro me. Quid retribuam
ei pro omnibus que retribuit mihi?
Ipse autem Deus & Pater Domini nostri
Iesu Christi, & ipse Dominus Iesus Chris-
tus manifestauit nobis hæc omnia, quia
verum dico, & vos simul condeprecamini
mecum, vt laborem consequar in spiritu
sancto. Non secundum carnem vobis scripsi,
sed secundum dispositionem Dei. Si
autem passus fuero, dilexistis me. Sed si
reprobatus fuero, odio me habuistis. Me-
mentote in orationibus vestris illius, qui
pro me rectorus est Ecclesiam, quæ est in
Syria. Credite Domino dicenti: Ego
sum pastor bonus, qui visitauit eam, & sic
vestra in eo dilectio. Ego autem & erubescio
ex ipsis dici. Non enim sum dignus
esse vltimus, aut purgamentum, sed miserabilis
sum nunc, donec Deum merear
adipisci. Salutat vos spiritus meus, & dilectio
Ecclesiarum, quæ me susceperunt
sicut nomen Iesu Christi. Habentes enim
me non quasi transeuntem viam meam
aspiciebant, & per ciuitatem me deduce-
bant. Hæc igitur scribo vobis de Symrna,
per Ephesios beatitudine dignos. Est autem

Ioan. 10

AD EPHESIOS. 495
rem mecum simul cum aliis Crocus desiderabile
mihi nomen ex iis, qui aduenerunt mihi de Syria
ad Romam in gloria Dei. Credo vos agnoscere quæ mihi
mandastis adhuc proxime constituto. Omnes enim
digni sunt Deo, & apud vos me oportet
requiescere. Scripsi vobis hæc

nono Calendas Septembris.

Incolumes estote vsque

in finem in patientia

Iesu Christi

Amen.

*Epistolarum Diui Ignatii
martyris finis.*

POLY



POLYCARPI MAR-

TYRIS, SMYRNÆO-
RVM EPISCOPI DISCI-
puli Ioannis Euangelistæ,
ad Philippenses,
Epistola.

*Polycarpus & qui cum eo sunt presbyteri, Ec-
clesiæ Dei quæ est Philippis, misericordia vo-
bis & à Deo omnipotentis, & Iesui Christo
saluarore nostro abundet.*



ongratulatus sum vobis ma-
gnificè in Domino nostro Ie-
su Christo, suscipiens immi-
tabilia verba dilectionis quæ
ostendistis in illis, qui præ-
missi sunt viris sanctis, decoris vinculis
connexis, quæ sunt coronæ electæ Deo,
illius veri regni, per Dominum no-
strum Iesum Christum, & quia firmi-
tas fidei vestræ à principio vsque nunc
permanet, & sanctificatur in Domino Ie-
su Christo, qui sustinuit pro peccatis no-
stris vsque ad mortem, quem resuscitauit
Deus, dissoluens dolores inferni, quem
cum non videritis, nunc diligitis, in quem
nunc non aspicientes, creditis. Credentes
autem,

1. Pet. 1.

autem, gaudebitis gaudio inenarrabili, &
glorificato, in quo multi desiderat introi-
re, scientes quia gratia facti estis, non ex
operibus, sed in voluntate Dei per Iesum
Christum. Propter quod succincti lum-
bos vestros, seruite Domino cum timore
& in veritate dimisso inani vaniloquio &
multo errore. Credite ergo in illum qui
resuscitauit Dominum nostrum Iesum
Christum ex mortuis, & dedit gloriam &
sedem in dextra sua. Hæc subiecta sunt
omnia, cælestia, & terrestria, & subter-
ranæ, cui omnis spiritus seruit, qui ven-
turus est iudicare viuos & mortuos. Hu-
ius sanguinem requirit Deus ab eis qui
non crediderunt in eum, qui & resusci-
tauit eum à mortuis qui & nos resuscita-
turus est ad vitam, si fecerimus volunta-
tem eius, & ambulauerimus in mandatis
ipsius, & dilexerimus quæ & ipse dilexit,
auocâtes nos ab omni iniustitia, hoc est à
concupiscentia, ab auaritia, à detractiõne,
à falso testimonio, non reddentes malum
pro malo, aut iniuriã pro iniuria, aut con-
tumeliam pro contumelia, aut maledicã
pro maledicto. Mementote quod Domi-
nus docens dixit: Nolite iudicare, ne iu-
dicemini: & dimitte & dimittetur vobis,
misere mini, & Dominus miserebitur, ve-

Phil. 2

Matt. 7

Luc. 6



498 **EPIST. POLYCARPI**
 stri. Qua enim mensura mensi fueritis, reme-
 tietur eadem & vobis. Memento &
 illius quod dictum est: Beati pauperes spi-
 ritu, & qui persecutionem patiuntur pro-
 pter iustitiam, quoniam ipsorum est reg-
 num caelorum. Hac autem fratres mei
 non a meipso imperans scribo vobis de
 iustitia, sed quoniam vos prouocastis.
 Propterea quia neque ego, neque similis
 alius mei poterit sequi sapientiam bea-
 ti & gloriosi Pauli, qui fuit apud vos, &
 visus est secundum faciem illis qui tunc
 erant hominibus, qui docuit certissime
 atque firmissime verbum veritatis, & qui
 absens scripsit vobis epistolas, ad quas de-
 flectimini, vt possitis aedificari in fide, quae
 data est vobis, quae est mater omnium
 nostrum, subsequente spe, praecedente dile-
 ctione, quae est in Deo & in Christo, &
 in proximo. Si enim quis horum intrin-
 secus repletus fuerit mandatis iustitiae, &
 habuerit dilectionem, longe est ab omni
 peccato. Principium omnium malorum
 est auaritia. Scitote autem quia nihil in-
 tulimus in hunc mundum, neque auferre
 possimus. Armemur armis iustitiae, & do-
 ceamus nosmetipsos primum ambulare
 in mandatis Domini, & posthac mulie-
 res vestras in fide, quae data est eis, & dile-
 ctione,

1. Tim. 6

AD PHILIPPENSES. 499
 ctione, & castitate, amantes suos viros in
 omni veritate & charitate, diligentes om-
 nes aequaliter in omni continentia. Et si-
 lios erudite in omni disciplina, & timore
 Dei. Viduae vero pudicae circa fidem Dei
 interpellent incessanter pro omnibus, elon-
 gantes se ab omnibus diabolicis detractio-
 nibus & falso testimonio, & ab omni ma-
 lo, cognoscetes seipsas, quia sunt sacra-
 rium Dei, quoniam omnia Deus prospicit,
 & nihil eum latet, neque cogitatio, ne-
 que conscientia, neque aliquid abditum
 cordis. Scientes autem quia Deus non irri-
 detur, debemus digne in mandatis eius &
 gloria ambulare. Similiter diaconi incul-
 pabiles sint in conspectu iustitiae eius, sicut
 Dei & Christi ministri & non hominum,
 non eliminatores, neque detractores, neque
 avari, sed omnia tolerantes, in omnibus misc-
 ricordes, diligentes in omnibus, ambulantes
 in veritate Domini, qui factus est minister
 omnium. Huic si placeamus in hoc seculo,
 percipimus ea quae futura sunt secundum
 quod repromisit resuscitare nos a mor-
 tuis. Et si digne in eo conuersati fuerimus,
 & si crediderimus coregnabimus cum eo. Iu-
 uenes similiter inculpabiles sint in omnibus.
 omnem ignorantiam prauidentem, refran-
 tes ab omni malo. Bonum est enim abscindi



1. Cor. 6

500 EPIST. POLYCARPI
ab omnibus concupiscentiis, quoniã om-
nis concupiscentia aduersus spiritum mi-
litat, quia neque fornicarij, neque molles,
neque masculorum cõcubitores regnum
Dei possidebunt, neque illicita facientes.
Propter quod abstinere oportet ab omni-
bus his. Subiecti estote presbyteris, & dia-
conis sicut Deo & Christo. Virgines casta
conscientia ambulare. Presbyteri simpli-
ces sint, in omnibus misericordes, omnes
ab errore conuertentes, omnes infirmos
uiscitantes, viduas, pupillos, & pauperes
non negligentes, sed semper prouidentes
bona coram Deo & hominibus. Abstinere
vos ab omni iracundia & iudicio iniusto.
Longè ab omni auaritia estote, non cito
conscientiatis aduersus aliquem, ne prauar-
icemur in iudicio, sciẽtes quia debitores
sumus peccati. Si ergo deprecamur Do-
minum vt nobis dimittat, debemus etiam
nos dimittere. Ante conspectum oculo-
rum Domini sumus, & omnes oportet
nos astare ante tribunal Christi, & vnum-
quenque pro se rationem reddere. Seruia-
mus ergo ei cum timore & reuerentia se-
cundum quod Euangelizauerunt nobis.
Apostoli Domini, & prophetæ annun-
ciauerunt aduentum Domini nostri Iesu
Christi. Zelantes bona, abstinere à scan-
dalis

AD PHILIPPENSES. 501
dalis & falsis fratribus, qui in vanum por-
tant nomen Domini, qui oberrare faciunt
ianes homines. Omnis enim qui non
confitetur Iesum Christum in carne ve-
nisse, hic Antichristus est. Et qui non
confitetur mysterium crucis, è diabolo
est. Et qui deuiauerit eloquia Domini
ad propria desyderia, & dixerit neque
resurrectionem neque iudicium esse, hic
primogenitus Satanæ est. Propter quod
relinquentes vanitates multorum, & fal-
sas doctrinas, ad illud quod tradidit nobis
à principio verbum reuertamur. Sobri-
j simus in orationibus, ieiunia toleran-
tes, & supplicationibus petentes omnium
prosperatorem Dominum, ne nos indu-
cat in tentationem, secundum quod di-
cit Dominus: Spiritus quidem promptus
est, caro autem infirma. Indeficienter au-
tem toleremus propter spem nostram &
pignus iustitiæ, quod est Christus, qui
sustulit peccata nostra in corpore super
lignum, qui peccatũ non fecit, nec inuen-
tus est dolus in ore eius, sed propter nos
omnia sustinuit, vt viuamus in ipso. Imit-
tatores ergo efficiamur tolerantia eius, &
si passi fuerimus pro nomine eius, glo-
rificemus eum, hoc enim iudicium posuit
de seipso, & nos hoc credimus. Rogo igitur

1 Pet. 2



502 EPIST. POLYCARPI
tur omnes vos insistere verbo iustitiæ & patientiæ, quam oculara fide vidistis, non solū in beatiss. illis Ignatio scilicet & Zozymo & Rufo, sed in aliis qui ex vobis sunt, & in Paulo, & in ceteris apostolis, cōsidentes, quia hi omnes, qui non in vacuum cucurrerūt, sed in fide & iustitia, & ad debitū sibi locum cum Domino, cui & compassi sunt, abierunt. Quia non hoc seculum dilexerunt, sed cum qui pro ipsis & pro nobis mortuus est, & à Deo resuscitatus. In his ergo stete, & Domini exemplar sequimini, firmi in fide & immutabiles fraternitatis amatores, diligētes inuicē in veritate sociati mansuerudinem Domini alterutri præstantes, nullum despicientes. Quū potestis benefacere, nolite differre, quia elemosyna de morte liberat. Omnes vobis inuicem subiecti estote, conuersationem vestram considerantes irreprehensibilem in gentibus, vt ex bonis operibus vestris & vos laudem accipiatis, & dominus in vobis non blasphemetur. Vt autem illi per quem nomē Domini blasphematur. Sobrietatem ergo docete omnes in qua & vos conuersamini. Nimis contristatus sum pro Valente, qui presbyter factus est aliquādo apud vos, quod sic ignoretis locum qui datus est ei. Moneo itaque

AD PHILIPPENSES. 503
itaque vos vt abstineatis ab avaritiā, & sitis casti, veraces. Abstinetē ab omni malo. Qui autē in his non potest se gubernare, quomodo aliis pronunciat hoc? Si quis nō abstinerit ab avaritia, ab idololatria, coinquinabitur, & tanquam inter gentes iudicabitur. Quis ignorat iudicium Domini? An nescimus quia sancti mundum *1. Cor. 6* iudicabūt? sicut Paulus docet. Ego autem nihil tale sensi in vobis vel audiui, in quibus laborauit beatus Paulus, qui estis in principio epistolæ eius, de vobis etenim gloriatur in omnibus Ecclesiis, quæ Deū solæ tunc cognouerant, nos autem nondum noueramus. Valde ergo fratres contristor pro illo & cōiunge eius, quibus deo Dominus pœnitentiam vestram. Sobrius estote & vos in hoc, & non sicut inimicos tales existimeris, sed sicut passibilia membra & errantia eos reuocate, vt omniū vestrum corpus saluetis, hoc enim agentes, vos ipsos ædificatis. Confido enim vos bene exercitatos esse in sacris literis, & nihil vos latet, mihi autē nō est concessum modo, vt his scripturis dictum est: Irascimini *Ephes. 4* & nolite peccare. Et sol non occidat super iracundiam vestram. Beatus qui meminerit, quod ego credo esse in vobis. Deus autem & pater Domini nostri Iesu Christi,



504 EPIST. POLYCARPI
ipse sempiternus p̄r̄ifex Dei filius Christi-
stus Iesus, ædificet vos in fide & veritate
& omni mansuetudine, & sine iracundia,
in patientia, & longanimitate, & toleran-
tia, & castitate, & det vobis sortem & par-
tem inter sanctos suos, & nobis vobiscū,
& in omnibus qui sunt sub cælo, qui cre-
dituri sunt in Dominum nostrum Iesum
Christum, & in ipsius patrem, qui resusci-
tauit eum à mortuis. Pro omnibus san-
ctis orate. Orate etiam pro regibus & po-
restatibus & principibus, atque pro per-
sequentibus & odientibus vos, & pro mi-
micis crucis, vt fructus vester manifestus
sit in omnibus, vt sitis in illo perfecti. Scri-
psistis mihi & vos & Ignatius, vt si quis
vadit ad Syriam, deferat literas meas,
quas & dederò ad vos, si habuerimus
tempus opportunum, siue ego, seu legat-
us quem misero pro vobis. Epistolas sa-
nè Ignatij, quæ transmissæ sunt vobis,
habeo, & alias quantascunq; apud nos
habuimus, transmissimus vobis, secun-
dum quod mandastis, quæ sunt subiectæ
huic Epistolæ, ex omnibus enim vobis
magnus erit profectus. Continent enim
fidem, patientiam, & omnem ædifica-
tionem, ad Dominum nostrum pertinen-
tem. Et de ipso Ignatio, & de ipsis qui
cum

1. Tim. II

Matt. 5

AD PHILIPPENSES. 505
cum eo sunt, quod certius agnoueritis,
significate. Hæc vobis scripsi per Cre-
scentem, quem in præsentem diem com-
mendavi vobis, & nunc commendo. Con-
uersatus est nobiscum inculpabiliter, cre-
do quia vobiscum similiter. Sororem au-
tem eius habebitis commendatam,
cum venerit ad vos. Incolumes
estote in domino Iesu Chri-
sto in gratia cum om-
nibus vestris.

Amen.

K 5



MARTIALIS
APOSTOLI, AD
BURDEGALENSES
Epistola.

*MARTIALIS SERVVS DEI
& apostolus Iesu Christi cum sancto spiritu,
qui replevit corda nostra, qui subdidit sibi
omnem mundum, qui alligavit diabolum
& peccatum, Burdegalensibus, iam in Christo
renatis per aquam & spiritum sanctum,
filiis & filiabus cum sorte & hereditate
Dei, quæ data est per orationem.*



Dix vobis & misericordia, quia cognovistis veritatem. Manifestavi enim vobis nomen creatoris, qui solus est creator. Cælum enim & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, ipse creavit, & perfecit, & benedixit. Vos autem ignorabatis ipsum genus vestrum, nec vos de vno patre & vna matre creatos esse noueratis. Sed & vindictam quæ facta est per diluuium, nesciebatis: in quo omni mundo punito, quia contra creatorem se erexerat in omnem superb

superbiam, ille qui solus iustus inuentus est cum filiis in spiritali ecclesia, quæ nunc vobis apparet, reseruatus est. Nam & in illo seculo, ex quo primus homo cœpit à Deo formatus de limo, congregatio filiorum Dei, quæ iam congregatur, proclamabatur, donec pater generis nostri & Hebræorum, qui vocatus est Abraham, iustum filium suum dilectissimum Isaac, quem vnicum suscepit, Deo super altare immolandum hostiam obtulit. Vnde & fortis Deus eum non permisit occidi, quia, non delectatur, sed valde magis offenditur effusione sanguinis hominum. Victima autem arietis, quæ debita erat in lege Hebræorum, pro homine cæsa est: sed Deus non sanguine arietis, sed voluntate patris & filij iusta delectatus est.

2 Ipsa figura fratres videntibus oculis nostris in filio Dei nostro tempore perfecta est. Deus enim qui pater est omnium gentium, vnicum suum, quem solum genuit & vnicè dilexit, ad mortem venire iussit. Mori enim potuit, quia homo fuit, & quia de virgine Maria natus est homo. Filius Dei ante principium fuit: & quia Deus erat, diu teneri in morte nõ potuit. Resurrexit enim ante lucem in die tertia de



508 M A R T I A L I S
tia de loco in quo eum sepeliri vidimus:
& apparuit nobis, & latificauit nos. Te-
stes enim fumus, quia eum ascendere in
caelum vidimus, nec tamen à caelis vn-
quam recessit. Scitote autem quia de ca-
elis contemplantur bonos & malos: & bo-
nos quidem remunerabit ineffabiliter, ma-
los autem punit miserabiliter. Itaque
nolite retro respicere ad idola, quae co-
luistis & fabricastis: sed ipsum solū quem
vobis praedicaui, deum vnum colite &
adorate per omnem locum. Ipse enim est
cuius oculos nemo poterit effugere, cu-
ius potestatem nemo euadere potest. Si-
cut autem simulachra vestra antiqua di-
ruistis, ita subuersa sit infidelitas à cor-
dibus vestris.

3 Honorabaris sacerdotes, qui decipie-
bant vos sacrificiis suis, qui mutis &
surdis statuis offerebant, quae nec se,
nec vos inuare poterant: nunc autem
multo magis sacerdotes dei omnipoten-
tis, qui vitam vobis tribuunt in calice &
vivo pane, honorare debetis. Quem enim
vobis constitui dei iussu, iustum est à vo-
bis conferuari. Ipse enim Sygbertus, qui
antè consulebat daemonia, seruus creatur-
æ, nunc in fide domini nostri Iesu Chri-
sti perfectus, soli creatori seruiens, pro
sterco

E P I S T O L A. 509
stercore reputat ipsa daemonia, quibus
antè seruebat. Ignotū verò deum, quem
non nouerat, modò cognitum non san-
guine bestiarium, sed fide sincera, & iubi-
latione confessionis sibi & vobis propitia-
bilem facit. Nam dum altaria daemorum
in puluerem redigeretur, aram ignoti dei
ad consecrationem reseruati iussimus: quae
dedicata in nomine domini dei Israël, &
ipsius testis Stephanus, qui pro eo à Iu-
daeis passus est, non hominis cultum, sed
dei in ea frequentatis. Stephanus enim
non deus, sed amicus dei fuit qui pro te-
stimonio eius, animam suam posuit: cu-
ius sanguine ipsa mensa est decorata, quia
suo sanguine Iesus Christus comproba-
tus est esse deus: & qui crediderit, orna-
menta fidei maiora preceperit. Sacrifi-
cium enim duo creatori offertur in ara,
non homini, neque angelo. Nec solū
in ara sanctificata, sed vbique offertur deo
oblatio munda, sicut testatus est: cuius
corpus & sanguinem in vitam aeternam *Ioan. 4*
offerimus: dicentes, Spiritus est deus, &
eos qui adorant eum, in spiritu & veri-
tate oportet adorare. Ipse corpus habens
& immaculatum, & sine peccato, quia
conceptus est de spiritu sancto, natus ex
Maria virgine, in ara Crucis ipsum per-
misit



510 M A R T I A L I S
misit immolari. Quod autem Iudæi per
inuidiam immolauerunt, putantes se no-
men eius à terra abolere, nos causa sa-
lutis nostræ in ara sanctificata præponi-
mus, scientes hoc loco remedio nobis vi-
tam præstandam, & mortem effugandam:
hoc enim ipse dominus noster iussit nos
agere in sui commemorationem. Nam
de sacrificiis idolorum notum vobis à me
factum est, quia ea maximè de causa do-
minabatur vobis diabolus. Et sicut com-
muniõ viuì dei est vobis vita, sic partici-
patio mensæ simulachrorum, erat vobis
æterna mors, & infirmitates, & corru-
ptiones, & nimix tribulationes huius
seculi.

4 Sed etiam postquam baptizati estis,
oportet vos castos esse à malitia, vt men-
sa diuina digni sitis. Nolite autem vnum
& idem putare escam humanam, & diui-
nam, quæ vobis visibilis est, sed tamen in
fide perfecta tota cælestis. Per vnã enim
corpus: per alteram anima viuít. Ca-
uete autem ab homicidiis, ne forte & vos
occidamini. Est enim indignus mensa do-
mini, qui hominem occiderit. Nam si
præsumit Eucharistiã, reus est mortis
animæ & corporis sui. Reuiuiscit enim
anima per baptismum, & moritur per ho-
mici

E P I S T O L A 511

micidium. Corpus verò, quod tanto
peccato est subditum, in impiorum pœ-
nis æternaliter excrucietur cum anima
sua, post illum diem, quando verus deus
& verus homo iudicabit omnes gentes.
Nolite ergo concupiscere terrena, qui-
am adquisistis cælestia, quia per cupidi-
tates mundi huius exardescunt mentes in
homicidia in inuicem. Vnde & animæ
pereunt, & quas Christus lauerat aqua
sanctificationis, hostis vitæ acquirit in
perditionem suæ mortis, eo quod dum
à deo recedunt, peccatis mortis se in-
uoluunt.

5 Scribere autem vobis necessarium du-
co, vt velut paruuli malitia, sanctifica-
tos vos domino præbeat, attendentes
quia gratissimum deo hospitium est mens
munda à cupiditatibus & simulatione. Nã
sicut perturbationes maris videris, sic in
vobismetipsis fluctus vitiorum sentietis.
Deo autem claritatem suæ misericordiæ
super vos extendente, nõ conturbabimini,
sed exultabitis in trãquillitate positi. Bea-
ti verò eritis, si cum exultatione deo ser-
uientes, libidini restiteritis: vnde maxima
corona remunerationis impertietur vo-
bis. Nec bestiales mores oportet vltierius
esse in eis qui vasa domini munda sunt in
deò



512 M A R T I A L I S
 adoptionem filiorum aeternae hereditatis,
 sed honestate rationabili omnes homines
 vti. Hæc enim agentes, securi terram pos-
 sidebitis, & omnia irrationabilia subiecta
 erunt vobis. Ipsa quoque elementa, qui-
 bus antè seruicabaris, seruient vobis tan-
 quam cultoribus & magnis amicis Dei.
 Prædicationem autem meam nolite in va-
 num ducere quasi nouam, neque obliuiscia
 minî mirabilium dei, quæ per me vidistis,
 quia & vos multa gratia digni eritis; cum
 Euangelium Christi in laude & reueren-
 tia habebitis. Itaque sicut frequenter ado-
 rabatis opera manuum vestrarum, sic po-
 tius & multo frequētius vnum deum, qui
 vos creauit, vobis vitam tribuit, adorate:
 quia ab ipso adiutorium habebitis, non
 solum in hoc seculo, sed etiam in futuro.
 Et assidue deo gratias agite, qui de tene-
 bris mortis vos abduxit: & iam celi ciues
 fecit. Sed & spiritum dei sanctificate in
 cordibus vestris: per seipsum enim vobis
 peccatorum remissio tribuitur. Itaque spi-
 nas cordis auellite, vt in suauitate dei re-
 quiescatis. Hæ sunt enim spinæ, quæ per
 multas amaritudines, & inuidias, & dolo-
 sitates non sinunt gaudium, & oleum spi-
 ritus sancti in vobis dominari.
 6 Sed neque metuatis eos qui nec-
 dum

E P I S T O L A 113
 dum receperint viam salutis. Obcauit
 enim illos diabolus tenebris suis, ne se fa-
 cile eruant à morte. Mors nanque eorum
 est delectatio seculi. In desideriis enim ani-
 mæ suæ morientur, & in adinventionibus
 suis peribunt, & iniquitas eorum in caput
 eorum descendet. Habentes enim natura-
 lem sensum, Deum qui illos creauit, qui eis
 vitam & intellectum dedit, abnegant, &
 dum ipsi male agunt, bene agentes impu-
 gnant. Linguas suas, sicut serpentes exa-
 cuunt, & venenum aspidum sub labiis eo-
 rum. Contritio & infelicitas in viis eorū,
 & viam pacis non cognouerunt: non est
 timor dei ante oculos eorum. Propterea
 illic trepidauerūt timore, vbi non erat ti-
 mor: sicut spiritus sanctus hæc locutus per
 os vaticinantis regis protestatus est. Nec
 sentiūt se iam in abyssum demersos, cum
 iam sint iudicati. Qui enim non credit,
 iam iudicatus est: quia non credit in no-
 mine vnigeniti filij dei, qui nos saluauit,
 & illuminauit claritate diuinitatis suæ; ap-
 parens homo per carnem sine peccato, in
 similitudine carnis peccati. Nolite ergo
 carnales timere: sed magis vos spirituales
 estote, & crescite in gratia dei: & sustinete
 patienter eos qui in vobis. Christum per-
 sequuntur, in quem credidistis, & cuius
 I

Ioan. 3



Spiritu sanctificati estis in æternâ salutē.
7 Nulla sit in vobis inuidia : per hanc enim Spiritus sanctus mentem dereliquit. Recedente autem spiritu sancto à tabernaculo mentis, euacuatur homo dulcedine, & impletur omni amaritudine, nullusque locus ei est in cælo, quia alienum se fecit à bonitate. Efficitur cubile draconum, & habitatio immundorū spirituum. Inde abauaritia absorbetur, & ab omni dulcedine infructuosus & sterilis contabescit miser & derelictus. Vos autem oculos vestros assidue ad misericordiam diuinitatis eius erigite: & malitiam diaboli calcate, quia & iam per trophæum Christi deuictus est, & per Crucem domini ligatus est.

8 Crucem domini, in quem credidistis, deum verum & dei filium, semper in mente, in ore, & in signo tenere. Crux enim domini, armatura vestra inuicta contra Satanam, galea custodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem & angelicas insidias peruersę potestatis sibi propinquare nullo modo sinens. Hoc solo signo caelestis victoria data est nobis: & per crucem baptismi dei sanctificatum est. Neque in uacillis, neque in furtis
inice

imitemini pessimos: & ipsi enim tales à regno dei excludentur. In fide autem perfecti estote, pro certo scientes, quia Iesus Christus ipse est filius dei uiui, qui sedet à dextris eius, & vos protegit, ut regnum diaboli disperdat. Sed tamen in sua dispensatione occulta ab humano intellectu, permittit diabolum dominari in suos, & persequi bonos in diuersis tentationibus, quibus electi probantur, & examinantur: examinati uero, postea coronabuntur. Qui uero eos tentant, ultionem non effugient, quia omnes oportet ad stare ante tribunal Christi, qui iudicabit in iustitia orbem. Beati autem eritis fratres mei in illo die, si conscientiam uestram puram coram deo nunc exhibueritis. Et sicut unam fidem, unum baptismum tenetis à deo in uobis, sic angelis colere credes eritis, naturam quidem humanam, claritatem uero angelicam habituri. Non quidem euacuabitur ueritas corporis, sed non erit pondus & fragilitas corruptionis. Nunc morimur per Adam & tunc resurgemus per Christum. Nunc fragilitate circudamur, tunc uirtute induemur. Et si enim morimur corpore, sed tamen nunquam moriemur spiritu. Spiritus enim sine motu citatus est à Deo.



9 Et maximè viuimus per passionem agni incontaminati, qui à Iudæis in cruce pro salute mundi passus est. Ipsius sanguis vulnera lauit nostrarum animarum, quibus à morte fatigati, & per lignum vitæ usque ad passionem Domini mortificati, & consopiti, ineffabili dolore prosternebamur. Nunc autem, ex quo resurrexit à mortuis, iam viui, iam fortes, iam immortales, iam in sanitate plena & perpetua exultabimus. Superna enim Dei gratia clarificauit corda nostra, ad gloriâ & illuminationem gentium. Gloria, salus nostra, & illuminatio nostra. De illuminatione nostra, illuminatio vestra manat, quia dum potentia sua Rex regum nos instruere curauit, per nos æternam vobis claritatem misit. Quæ ergo est nebula peccatorum, quæ splendorem vestrum obscurare possit? Nam si ad horâ obscuret, cito tamen pertransiet. Claritas autem domini in æternum permanebit, quæ nunc in vobis paulatim accenditur. Virtute autè Dei & sapientia quæ manet in æternum usque ad perfectum clarescens, illuminabitur tâquam lumen perpetuum angelorum. Ex hac enim claritate, quæ illuxit in cordibus vestris per fidem qua in mortem domini credidistis, consummabitur in vobis æter-

na beatitudo, quæ neque in deo patre, & Domino Iesu Christo, & Spiritu Dei initium, nec in vobis finem operabitur.

10 Sane de mysterio trinitatis, quam bonus & beatus & suavis Deus, rex regū, per nostram adnunciationem reuelare dignatus est vobis, scitote intelligates, quia ultra omnem sensum angelicarum potestatum & virtutum vera diuinitas excellit, quam impossibile est etiam à spiritibus angelicis comprehendere. Sola enim trinitas in diuinitate vnitatis seipsam nouit. Hæc enim ante secula in claritate suæ æternitatis permanebat, nihil in se diminutum, vel quod augeri posset, intra se continens sed vnius æternitatis, vnius voluntatis, vnius essentiæ, vnius sanctitatis, vnius puritatis, ultra omnem puritatem, ultra omnem gloriâ, in charitate, in veritate, in bonitate habitauit. Nunc vero in fine temporum propter nos, ad quos bonitatis suæ magnitudinem excedit, gloriâ tâte maiestatis reuelauit sanctis suis quibus & efficaciam suæ virtutis multoties dignanter præbuit. Vnde quidam ex nostris in amore & intelligentia magnus protestabatur populo suo dicens, Audi Israël, dominus Deus tuus vnus est. Hoc enim vnus & solus Deus, dum mitte-



Exod. 3

318 M A R T I A L I S
ret quem elegit ad deducendum popu-
lum suum de seruitute, dignatus est pan-
dere dicens: Ego sum Deus Abraham,
Deus Isaac, Deus Iacob, hoc nomen me-
moriale meum in æternum. Rursum tri-
nitatem in uitate designauit dicens, Ego
sum qui sum: hæc dicens filiis Israël, Qui
est, misit me ad vos. Hæc autem fratres
scitote, quia uerbum in quod credidi-
stis, filius est unigenitus ante omnem
substantiam, ante omne initium. Ipse est
enim principium, quia de principio ines-
tabiliter genitus est. In nostro uero tem-
pore mirabiliter ab angelo annuntiatus,
& in ueritate incomprehensibili de uirgi-
ne Maria natus est, nihil diminutus à di-
uinitate maiestatis suæ, cuius nos testes
sumus. Spiritus uero Dei qui uos san-
ctificauit credentes in ipsum, qui filium
naturalem & sibi secundum æternita-
tem coæqualem per omnia, resuscitauit
tertia die à mortuis, non est genitus si-
cut uerbum, quia & ipse spiritus in diui-
na aequalitate gloriosus processit ineffa-
biliter ab eo qui genuit, & ab eo quoque
qui genitus est. Itaque spiritus Domini,
non genitus, non factus, non creatus, sed
procedens est à patre & uerbo. Uerbo au-
tem Domini cæli firmati: & spiritu oris
cuius

E P I S T O L A. 319
eius omnibus uirtus eorum. Itaque nihil
discretum in diuinitate Trinitatis sentiat,
quia nobis unus & idem Deus, qui cuncta
creauit, pater: & unus & idem Dominus,
per quem omnia facta sunt, filius eius Ie-
sus Christus. & unus idemque Deus spiri-
tus sanctus, in quo omnia subsistunt. Et
hæc in personis tria diuisa, in diuinitate,
unus Deus indiuisus est.
11 Hoc etenim fratres uobis scribere ne-
cessarium duxi, sicut & præsens uos do-
cui per Euangelium Christi, uolens uos
confirmare in ueritate fidei nostræ, per
quam sanati estis ab infidelitate: ut fir-
mam fidem uestram custodiatis obseruâtem
immaculatam tunicam uestram in con-
spectu æternæ claritatis Dei, quia in nouis-
simis temporibus (ut dum in cælo cum Chri-
sto quem Deum & hominem in terra ado-
rauimus, quem ad cælos ascendentem ui-
dimus, erimus soluti à corpore: uenturi
uero post nos, in hac terrena pugna con-
uersabuntur) oportet multos discedere
retro, dum Deum qui illos creauit & uo-
cauit, abnegare non timebunt. Et inimicus
qui nunc à cordibus uestris proiectus est,
uenturus est, ut superseminet populo Dei
grana errorum. Sed firma Ecclesia Dei &
Christi nec cadere nec disrumpi poterit



520. MARTIALIS
vnuam. Venient autem præsumptores,
absque gratia Dei loquentes, quorum glo-
ria laborum procedit ex superbia, similes
illi qui superbia cælum præsumens habi-
rare, mox de cælo cum angelis suis sequa-
cibus ruit in æternam voraginem. Hi do-
cebunt aliam doctrinam quæ aliena est à
Deo, amica autem diabolo: per quam ipse
spiritus erroris animas post se trahere fe-
stinabit.

12. Vos itaque filij mei, quos in Christo
per Euangelium genui, solum patrem co-
gnoscite Deum, & solum Dominum co-
gnoscite Iesum Christum, & solum domi-
nantem viuificantem cognoscite spi-
ritum sanctum: & vnam fidem, vnum bap-
tisma, vnum Deum creatorem omnium
diligite, ipsumque solum timete, & in man-
dato eius, quæ à me audistis, vsque ad
mortem patienter perseuerate, expectan-
tes aduentum eius. Seculares fabulas de-
clinatæ, quæ corda vestra possint sensim
à diuino amore desistere.

13. Et vt verbum Christi habitet in vo-
bis cum gratia, orate assidue. Inuicem
vos ipsos in verbo exhortationis & conso-
lationis edificatæ, alterutrum diligentes,
in sinceritate ambulantes, in gratia Dei
abundantes. Euigilate in operibus fru-
ctuosis,

EPISTOLA. 521
ctuosis, & maxime laborate propter spem
remuneracionis: quæ magna promissio est
vobis in cælis. Solum autem Deum ti-
mentes, cum qui infidelibus dominatur,
Sanctam nolite timere. Nihil enim gregi
Christi poterit nocere, quem fortem videri
in fide eius, qui eum emundauit vt non
haberet immundiciam, sed plenam & per-
petuam gratiã. Gratia & pax vobis fratres
cum benedictione Dei æterna. Amen.

EIVSDEM AD
TOLOSANOS
EPISTOLA.

SERVVS DEI, APOSTO-
lus Iesu Christi, Martialis Cephae, omnibus
fratribus qui sunt Tolose cum sacerdotibus
& ministris spiritualibus Ecclesiarum Dei:
gratia vobis & veritas & pax à Deo Patre
nostro, & domino Iesu Christo.



Quæratias agite Deo incessan-
ter filij, qui eripuit vos à
profunda caligine damna-
tionis æternæ, & circumspi-
cite diligentissime caput ve-



strum, quod est Christus, qui est benedictus in secula, Amen. Vos enim estis membra eius & corpus immaculatum, nec aliqua re coinquinatum, neque sordibus obuolutum. Iam enim sanctificati & mundati estis aqua regenerationis. Videbo autem vos in proximo, & visitabo in spiritu sancto, in gratia & fide castitatis per Dominum nostrum Iesum Christum qui mortuus est pro nobis, & resurrexit in veritate resurrectionis: quem gens Hebræorum iudicans purum hominem, per inuidiam damnauit morte. Sanauerat enim uidentibus oculis nostris, ægrotos & languidos eorum: curauerat paralyticos, mundaerat leprosos, dæmoniacos liberauerat, & quod maius est, mortuos eorum tanquam de somno resuscitauerat. Nam & quædam iam fœtentem quatruiduanum, rogantibus sororibus eius, ita de monumento facile resuscitauit, ut ad solum eius uerbum continuò de monumento resurgeret, ligatus sudario mortuorum. Cæcis etiam visum reddebat, unde & nato cæco oculos præbuit. Et innumera alia magnalia operatus est in populo Iudæorum, sicut prædico & annuntio uobis, testificans uera esse quæ de eo à me per Euangelium ueritatis audistis.

2 Hunc

2 Hunc enim Dominum & magistrum nostrum, qui uerè Christus filius Dei est, post tanta & innumera beneficia, quæ in eis operatus erat, turbæ Iudæorum, suadentibus principibus sacerdotum & Scribis, sine aliquo reatu mortis, dum causa nõ inueniretur in eo postulauerunt interimi in ligno. Propter quod magnis uocibus acclamabant Iudæi dicentes, Crucifige, crucifige. Mors autem eius lignum crucis eius exiit. Unde triumphus crucis uita nostra est in æternum. Per crucem enim uita nobis restaurata est, & mors mortua est.

Matt. 26

3 Ecce ut uobis iam notum feci, & iterum uobis notum facio, quod Christus postquam resurrexit de sepulchro, conuersatus est nobiscum per dies xl. & conuersi nobiscum non est dedignatus, ut se in ueritate carnis uiuum nobis demonstraret. Et præcepit nobis prædicare & testificari gētibus pœnitentiã & remissionem peccatorum & regnum cælorum. Ascendit autem in cælum, & sedet à dextris Dei æternus in maiestate, in gloria patris: unde iudex uiuorum & mortuorum apparebit in die nouissimo, ad cuius uocem omnis caro resurget, & sancti renouabuntur in incorruptione immortalitatis æternæ,



æterna.

4 Ex nunc fratres, quem impij occidere putantes morti tradidere, immortalem vos adorete Deum & saluatorem vestrum, Dominum Iesum Christum. In cuius nomine nisi quis baptizatus fuerit per aquam regenerationis, saluari non potest. Ipse enim ad hoc venit in mundum, vt omnes homines vocaret in saluationem, quæ amissa erat per serpentem in primo Adam. Qui ergo iam Deo per dilectionem mandatorum, ac per mysteria sacramentorum eius coniuncti estis, oculos mentis vestræ attollite in gloriam maiestatis & magnitudinis eius.

5 Ante omnia & super omnia, cælestis sit conuersatio vestra: nihilque terrenum, nihil diabolicum, nihilque carnale sapiatis: gratia enim saluari estis. Nec vilo modo dubiteris promissiones Dei æternas, quas à me audistis, & quas per memetipsum olim tradidi vobis. Iis autem qui sunt increduli, nec adquireseunt veritari, tribulatio, & indignatio, & ignis æternus, qui præparatus est diabolo, & angelis eius. Amplitudo denique & altitudo charitatis per vos diffundantur, per quam alterutrum inuicem diligatis

diligatis. Quia Deus & charitas & veritas est, nihilque in eo triste vel mendacium. Incommutabilis enim est, & virtus Dei vltra omnem modum & omnem sensum inæstimabilis.

6 Bene igitur facietis, si abominamini idola, quæ dudum ad hoc triste in mundum hæc autem sunt opera manuum hominum, non videntia neque audientia, quia nec statum habent, quæ nec se nec vos quidquam iuuare possunt. Quia potius cultores suos in malitiam æternæ tribulationis submerserunt, quia in ipsis manufactis dæmones damnari spiritus erroris subintroierunt, qui hætenus per longa secula creaturam ad imaginem Dei factam in morte deceperunt: donec nouissimo tempore insequente virtus crucis Dei viui eos disperdidit, & ibi illusionibus, quibus antè vos lædebant, coercuit.

7 Vidistis enim per me in nomine domini quem Iudæi crucifixerunt, & qui tertia die resurrexit à mortuis, dæmones exire coactos de statuis manufactis, in quibus responsa fallacia & plena deceptio cultoribus suis dabant, & eas iussu meo in nomine Dei per virtutem Christi in puluerem redegisse. Ecce enim tempus



pus quo dæmonibus ablata est potestas decipiendi & nocendi, vt non dominentur hominum fidelium, & vt nihil eos qui in Deum viuum crediderint, vltra lacerare praualeant. Liberati itaque à potestate satanz, gaudere in Domino qui liberauit vos, & nolite extollere cornu vestrum aduersus veritatem maiestatis, quã semel per me cognouistis, & in potentia signorum & curationum efficacẽ copiose probastis. Non est enim alius Deus in celo & in terra, in quo oportet vos saluos fieri, nisi Dominus Iesus Christus, quem vobis ostendi crucifixum à Iudæis, & tertio die resurrexisse à mortuis, cuius nomen gloriosum erit in secula. Ecce autem ipse rex noster.

8 Stephanus qui iam cognouit veritatem Dei creatoris sui, & baptizatus est à me cum tyrannis & satellitibus suis, in gratia Dei quotidie crescit noua geminis viui, quam Dominus noster Iesus Christus vsque in finem seculi per eos quos nouit & prædèstinauit, sibi multiplicabit secundum diuitias gratiæ suæ. In cuius nomine sicut multi vestrum viderunt, tyrannum eius resuscitauit à mortuis, qui & ipse cum satrapis baptizatus à morte duplici subiectus est. Virgo

autem

autem Valeria sponsa regis terrestris, sed melius spõsa regis cælestis, quæ per meam prædicationem virginitatem mētis & corporis deo deuouerat, gladio decollata, dum vitam temporalem contempfit, æternam inuenit, & temporalem mortem pro Christo suscipere non recusans, æternam mortem deuicit. Hæc enim per orationem meam spiritu sancto repleta, magna effecta est in gratia Dei. Et ideo prudens virgo ad cælestia regna peruenit, & diabolum triumphauit. Hæc porro spiritus Dei in illa est operatus, qui omne bonum operatur in nobis in Christo Iesu, pro cuius amore & testimonio inuincibiles semper non cunctamur ferre cum omni patientia gladios carnificum. Pro cuius testimonio grata fuerunt nobis vincula, tribulationes, carceres, angustia, fames, diuersaque passionum acerbitates. Ipse enim locutus est nobis dicens, Confidite, ego vici mundum. Cuius enim gratia debetur omnis plena victoria, nisi eius qui de morte triumphator, morte sua mortem vicit, & Satanam ligans, infernum spolians, captiuum esse fecit? Sponsus autem virginis adeo est effectus testis passionum Christi, vt in corpore suo cælestem conuersationem iam præbeat subditis, do-

fideria.



fideria carnis suæ crucifigēs, regnum diaboli minuens, nec solum Christo cui credidit, Ecclesias per suum regnum secundum quod spiritui sancto & nobis visum est disponere, & fabricare gaudeat, sed antiqua templa dæmoniorum, & spurcissima fana idolorum destruere perfectus in fide videatur. Ipsi enim iussu idola Cadurci oppidi ac Tolosanae urbis & confinis eius iam nuper diruta sunt. Cui etiam obedire debetis in omnibus, quia princeps à Deo vobis est constitutus, à quo omnis potestas & paternitas in caelis & in terra originem ac fortitudinem sumpsit. Quem principem bonum ad hoc tantum munus perduxit grauem & nouellæ fidei, per quam nouus homo factus, nouo homini cōiunctus est, vt pro suauitate quoque præmij futuri illectus, copulam carnalium nuptiarum deuinauerit per meam prædicationem, quatenus liberior Deo famulari possit, & multas cateruas populorum subdere fonti regenerationis.

9 Nec ideo tamen prohibemus nubere legitimo connubio, cum & hoc coniugium honestum concessum sit & constitutum à Deo ab initio mundi in multiplicatione generis humani. In tantum enim Dominus meus & magister Iesus
Christus

Christus legitimum & immaculatū thorum connubij approbavit iis qui in sanctificatione & honore castitatis nubere volunt, vt ad quasiam nuptias inuitatus eas præsentia suæ maiestatis sanctificauerit, & miraculo magnifice stupedo latificauerit. Ibi enim sex hydras plenas aqua factas, aqua in vinum mutata, viniferas ostendit, & cunctos qui aderant beneficio tanto valde latificauit. Hebræis quoque eum interrogantibus, si liceat homini dimittere uxorem, respondit dicens, Non legistis quia qui creauit ab initio hominem, masculum & feminam, creauit eos, & benedixit eis dicens, Crescite & multiplicamini & replete terram, & terror vester sit super cuncta animantia terræ? Quod Deus coniunxit homo non separet. Nam & pater noster Adam primus factus ex limo, uxorem cepit ex costa propria plasmata, de qua protensa *Genes. 2.* est dicens, Hoc nunc os ex ossibus meis; caro de carne mea. Hæc vocabitur virago, quia de viro assumpta est. Quapropter relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Vnde dominus & magister meus Hebræis sciscitantibus hæc quoque subintulit dicens: Ego *Mat. 9.*



autem dico vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, mœchatur: & qui dimissam ab alio dixerit, mœchatur. Ultra hunc autem gradum homini licite concessum viduitatem in premio maiori constituit. Sed & tertium excellentem gradum honestatis in virginitate demonstravit nobis perfectum, & per omnia similem angelicæ dignitati, ad quem inuitabat nos dicens, Non omnes capiunt verbum hoc, sed qui potest capere capiat.

Ibidem.

10 Ideo prædico vobis, quicumque in vobis viduitatem propter recompensationem elegerint, non fraudabuntur munere claritatis Dei. Qui verò in sublimitate excelssiori permanserint, virgines esse eligentes, centuplicatam in perpetua benedictione gloriam consequentur, Nam qui in virginitate singulari virginitatem matris suæ elegit, qui mortuus & resurrexit primogenitus ex mortuis magnificentiis secum qui tales esse elegerint in benedictione & regno patris exaltabit. Omnis autem per Ecclesiam Deo regeneratus incorruptionem fidei possideat, ne corrumpatur perfidia serpentis, quia Ecclesia sancta & virgo effecta est, quam Christus resurgens à mortuis sanguine

guine suo sanctificauit, & per omnia immaculatam constituit.

11 De aliis verò admonere vos volo, ut custodiatis vos ab immolatione & suffocatis, ut sit omnis fornicatio longè à vobis. Immunditiam fugite, quia iam sanctificati estis, & in sanctitate Deo seruite. Cauete autem à furtis & rapinis, & ab omni auaritia, & nolite inuicem insidiari. Certi estote, neminè effugere posse præsentiam Dei viui, qui de cælo respicit super filios hominum. Cui si attentius seruietis, omnem malitiam & venenum diaboli conculcabit.

12 Mementote verò sermonis mei quem sæpe dicebam vobis, quanta & qualia in cælo preparata sunt sanctis & timentibus Deum. Omnis enim potentia & gloria in regno Dei indesinenter permanens, quæ nec augeri nec minui possunt. Ibi enim sunt thesauri sapientiæ & scientiæ perennes, in eo qui nos vocauit in regnum & gloriam suam. Ibi ordines multitudinis laudantium Deum angelorum & virtutum, quæ per ipsum verbum, per quod omnia facta sunt, creatæ in laudibus creatoris sui quiescunt. Ipse laus & requies eorum, & spectatio noua, in quem semper desiderant propi-



cere. Vbi locum habet virginitas, continentia, castitas, longanimitas, expectatio, charitas: quod fides & spes, timor & munditia tendunt: ibi veritas & iustitia, & pax & obedientia mandatorum Dei locum paratum habent ab origine mundi. Multa milia illic potestatum & archangelorum in intima luce gloriae Dei creatoris sui contemplari desiderant. Hæc autem vobis communia erunt, si proximi Deo fueritis, si amatores eius, si imitatores. Ille enim pastor pastorum & rex regum vobis reliquit exemplum, quod decenter ornat conscientiam vestram.

13. Audistis nanque à me exemplum patientiæ ipsius, quia cum malediceretur non maledixit, qui, sicut agnus innocens, ante tribunal corruptibilis iudicis se iudicari permisit. Nam & discipulo suo, à quo tradendum se nouerat, dulcedine suæ bonitatis, nobis tremantibus & intuentibus sæuitiam eorum qui eum comprehendere venerunt, osculum dedit. Qui autem eum tradidit, condiscipulus nobis erat, sed merito auaritiæ suæ plenus iniquitate, quæ precium mundi vendidit, obligatus in nequitia desperationis suæ, vt etiam venia semetipsum indignum faceret, non sustinuit penitentiam.

tiam, donec laqueo mortis semetipsum consumpsit. Tantam ergo iniquitatem auaritiæ execramini filij mei amantissimi, gloria mea, & corona, & nolite iterum vos tradere in mortem æternam, quam iam per Dei electionem euadere meruistis. Et nolite reuerti ad pristina noxia, in quibus seducamini secundum carnem, sapientes tantum ea quæ carnis sunt: nondum enim nunc noueratis sapere secundum spiritum.

14. De cætero itaque gaudete, quia euasistis laqueos auaritiæ, facti sinceri & irreprehensibiles coram Deo & hominibus, & sine offensa. Veritatem ex corde purissimam ostendite, vt nunquam in ipsum mentiri inueniamini. Habemus enim testem veritatis & conscientiæ nostræ Deum magnum omnipotentem, & filium eius saluatorem nostrum, & paraclætum spiritum, qui charitatem Dei infudit cordibus nostris. Cui per omnia semper placentes inueniamur veritatis vi amici, ne timeamus vilo modo filios mendacij, qui inuidia & multis peccatis obræcati, indigni sunt cognoscere veritatē Dei: & si cognoscunt, non eam diligunt, quin potius persequuntur, quantum in ipsis est. Quotum vindicta in proximo instat, quia quod



nolunt recusant, quod volunt approbant, quorum taciturnitas, si non eam perfecterentur, sufficeret illis ad damnationem gehennæ: nunc autem quia cognitam persequuntur, centuplicatam sibi gehennam acquirunt. Ne ergo timueritis neque formidetis, sed neque admiremini eos. Vapor enim est nebula malitia eorum, quæ cito pertransibit, sicut fumus noxius oculis. Deus autem & veritas in sempiternum permanet. Et veritate delectatur dominus Deus noster, mendacio autem irritatur. Non enim est mendacium ex Deo, sed ex diabolo.

15 Rogate tamen pro talibus, obsecrationem ad dominum facientes, ut si non cognoscunt claritatem veritatis quomodo cunque, saltem ab ignorantia nocte resurgant, & aperiantur oculi eorum ad intelligenda diuina, & pietatis plena mysteria. Qui verò puritatem veritatis cognoscunt quidem, sed non diligunt, orate pro eis ut purgentur à malitia & nequitia cordis sui. Pro vobis sine intermissione orate, ut nunquam veritas in intelligentia vestra obnubilationem aliquo modo capiat, quod absit, sed semper quotidie augmentetur ad salutem vestram in gloria Dei patris. Oratio siquidem vobis necessaria

necessaria est. Instantes itaque orationi, insate quotidie, quia aduersarius vester in circuitu quærens, ut fera pessima, quam ex ouibus Dei dilaceret. Qui maximè per fidem stabilem & orationem puram atque assiduam fugit ab oculis Dei. Orate autem in gloriam Domini, & quicquid exhibetis fratribus, per gloriam Dei exhibete, non per inanem gloriam, & vosmetipsos in gloriam Dei continete. Petitiones in salutem aeternam quærite, regnum Dei & iustitiam eius petere maximè desiderate, & cuncta necessaria vobis à Deo tribuentur. Patrem omnium Deum in caelis regnantem semper inuocate, ut veniat eius regnum deprecantes, fiatque eius voluntas in nobis sicut in angelis caelorum.

16 Vobis ipsi inuicem donate, ut sine impedimento fiant orationes vestrae, & odium fratribus nolite tenere, neque alicui detraxerè inueniamini, & insuper aures à detractoribus auertite. In hoc enim cognoscant nos omnes verè oves Christi esse, si dilectionem simplicem & sanctam habuerimus ad inuicem. Tunc autem amici Dei eritis, nec iam vos vocabit seruos, sed amicos suos, quia in dilectionem consummabitis.

17 Cum verò impietatem amantes qui



sunt longè à dilectione Dei & mandatorũ eius, conuenticula contra vestram, imò cõtra gloriam Dei, vt verum eius lucidissimum in æternum obscurare in aliquo possint, inter se egerint, nolite dubitare in fide Dei, sed vosmetipsos in spiritu sancto cohortantes, in laudes gratissimas Deo datori omnium bonorum credite, qui vos gloria sua dignos efficiet, & sub omni celestitate tanquã oriens sol in serenitate lucidissima atque placidissima post terram noctem ad vos dignabitur per gratiam venire, & caligines omnium inimicorum vestrorum in momento ad nihilum rediget. Vobis autem dabit lætitiã angelorum, & claritatem cælestem superabundanter quã petitis aut intelligitis, Deo enim cura est de vobis, & nouit nequitiam insidiarum vobis, vt puniat eam tempore congruenti. Vos autem ereptos à malitia diripientium, superiores illis faciet, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Vobis enim est testis, scrutator renũ & cordium. In eius obedientia nihil arroganter, nihil superbe, nihil temerè præsumere, sed tanquam pusillus grex Dei voluntatem eius adimplere studere in verbis sanctis & operibus bonis. Etenim frequẽs & assidua Dei custodia super vos, qui

qui moderatur vos in bonitate clemenciæ suæ, annuens vobis secundum dignitatem & omnipotentiam magnitudinis & maiestatis suæ.

18 Væ autem illis qui presentibus intenti, Deum non diligunt, & vos persequuntur: non enim vos, sed Deum persequuntur. Patitur enim Deus in vobis, qui in eum creditis, & retributionem eius expectatis cum conscientia & fide apud eum integra. Quando autem patimini propter iustitiam, gaudete, & de iis quæ in tristitia cordis vestri accidunt, nolite mirari. Est enim permissio iusta probans & examinans corda vestra, si eum verè diligitis. Adueræ estis & incolæ huius mundi, & velut peregrini, ideoque expectate hereditatẽ regni Dei, quod post exilium mali huius seculi à Deo cum gaudio possidendum percipietis, & si quotidie peregrinamini in multis tentationibus & casibus dolorum & ærumnarum, quas perferetis. Quid ad vos delectatio mundi? Mundus enim sine fide infidelis, vos autem in fide & remuneratione gratiæ.

19 Confido autem de vocis in Domino, quod liberabimini velociter à serpentibus insidiosis, & aduersariis qui vobis propter iustitiam Dei detrahunt, qui vos



volunt habere in confusionem, & in opprobrium, & in damna temporalia. De quibus etiam eripiat vos mirabiliter omnipotens Deus, qui nunc vos habent in derisum, & in similitudinem improperij, qui valde torquetur in vestra bona fama, & gloriosa coram Deo & sanctis eius fiducia, dicentes vos incassum laborate propter Deum, & tanta mundi huius delectamenta propter vim virtutis & preceptum Dei inane, contemnere. Est enim qui vobis fidem tribuit, & cui curatis placere, cuiusque voluntati concordare maluistis, & recordatis, prout nostis & potestis, protector & cornu salutis vestrae, exaltatio atque refugium vestrum in die visitationis, quando cuncta discernet in veritate & aequitate, iudicaturus vnumquemque iuxta vias suas, & iuxta fructum adinventionum suarum. Vos autem in adinventionibus vestris nihil agitis, nec sapitis. Nec enim post cor vestrum ambulare debetis, sed potius in paritate Deo gratissima voluntatem constitutionis Dei adimplere paratis. Estis enim populus Dei audientes eum & in viis eius ambulantes. Ideo inimici nostri pro nihilo humiliabuntur a Deo, & super tribulantes vos erit manus Domini in vindictam & ultio-

tionem debitam. Qui enim mentiti sunt Deo, inimici eius sunt, & erit tempus eorum in secula in tormentis secundum retributionem iusti iudicij Dei, quem expectamus ut consoletur vos, sicut & consolari dignatus est nos.

10 Ecce per eum qui in me loquitur Dominum meum & magistrum Iesum Christum adnuncio vobis. Iam instat regnum eius, iam fulget supra solem nomen eius, iam praedicantur per omnem terram opera magna & mirabilia. Iam subdidit sibi principem harum provinciarum, & futurum ut subdat sibi principem totius orbis. Iam excussit iugum diaboli de cervicibus suorum fidelium, iam ex integro confirmabit gloriam regni sui in vobis. Vnde omnis ecclesia exultatione inenarrabili replebitur sine ulla cunctatione festinanter, & gaudio quod nunquam possit auferri a diligentibus & desiderantibus charitatem & veritatem, & gloriam Dei, qui est Iesus Christus Dominus noster benedictus in secula, Amen. Contracta est denique catena diaboli, qua ligatos Dei seruos in incredulitate tenebat, cuius sectatores maligni in suis iniquitatibus assumentur, & in supercilio suo deicietur usque ad profundum



fundum nouissimi, in quo non est aqua, sed ariditas perpetua cum igne aeterno, vnde nunquam extrahentur. Quod si respuerint à malitia sua, liberabuntur ab eo cui nihil est impossibile. Deo enim omnia sunt possibilia. Et si liberatio eorum peruenerit, & hoc donum, & victoria, & immensa gratia erunt in eis sicut & in vobis.

21 Vos enim scitis quomodo restitistis veritati, sed gratias Deo ago qui liberauit vos à lege peccati & mortis, qui inspirauit cordibus vestris ea velle quæ & ipse desiderat, atque in vnitatem suæ bonitatis per gratiam adoptionis vos adunauit. Nunquam ergo deficiatis ab oratione pura, nūquam de Dei nostri largitate desperetis, quia salubriter quæ desideratis adhuc differt, vt accendantur multo magis desideria vestra in eum. Obseruate autem eos qui in hypocrisi loquuntur mendaciū, vt vos de via veritatis quam cum Deo elegistis auertant in semitas incongruas iniquitatum & negligentia. Et quanto magis per ipsos pulsatur ostium mentis vestrae Satanas volens irumpere intrò, & germen in vos pueratis obruere, eo magis solidi in charitate, & firmi in fide, & alacres in spe dei gloriæ, talibus resistite viriliter, sciente

scientes quòd pertransibunt sub omni celeritate quæ vobis contraria sunt, Deo pro vobis pugnante: permanebunt autem in æternum, quæ per gratiam spiritus dei constituta sunt vobis. Est autem hæc hora nouissima, in qua oportet ab infidelibus veritatem reprobari, fabulas autem quæ ipsis placent, pro firmitate muri spiritualis extolli, cū sit citissima casura parietis eorum, quia linitus est absque temperatura, nec sunt veraces qui liniunt eū, & prophetantes mendaciū. Sed & plantatio eorum, si aliquid etiā germinis emerferit, eradicabitur, vt non appareat vestigium laborum eorum. Vestra autem plantatio, quam in vobis pater celestis plātauit, nullo modo eradicabitur, & vsque ad celos celorum & ante conspectum Domini sine coronanda, amplificabitur, in augmentatione dexteræ virtutis Dei, qui humilia respicit & alta à longe cognoscit.

22 Vnde fratres mei vobis erit magna dei retributio in bonis gloriæ suæ, qui ei obeditis, qui eum imitati fuistis, cuius voluntas requieuit in vobis, qui procius nomine tanta ab inuidia serpentis antiqui passi estis hucusque. Non autem vos estis qui vincitis inuidiam Saranæ, sed Deus & pater omnis gloriæ fortitudinem incre-



incredulorum & aduersantium atque infidiantium vobis in vobis deuincit. Nec enim vos estis victores, sed Deus omnis gratiæ in quæ fideliter creditis & aspiratis, quem verè diligitis. Ideoque nihil meritis vestris adscribatis, quasi non egeres dei gratia, quia sine deo nihil potestis facere.

23 Commendo autem vos Deo, in gratia eius in qua statis, vt liberet & custodiat vos à malis omnibus, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et valde congratulor fidei vestræ in qua Deo seruientes attentius ei placere desideratis. Porro à murmuratione custodite corda vestra, & timete tormenta æterna, tormenta amara & intolerabilia, quibus peccatores & qui Deum non nouerunt punientur, & qui cognitum non dilexerunt. In quo exemplo cruciatuum gehennæ sæpe videtis tribulationes quibusdam imminere in corporibus ardentibus, quas tamen qui in gratiarum actione sustinet, coronam sibi acquirunt. Non ergo admiramini videntes ignita in ferocitate cruciari innoxios. Quos enim diligit dominus, flagellat. Ipsos autem qui mei filij sunt, si sentimus in contumacia proteruitatis post baptismum, nullo modo perturbamur, sed magis cõdolemus illis.

24 Vestra autem oratione tales opus habent, vt oretis pro eis, quatenus diabolus à cordibus eorum auferatur, qui eos ad hoc incitat contra nos, vt in æternum demergat in interitum. Quando autem præsens fui vobis corpore, vnanimi dilectione me habuistis in charitate Christi, ideoque plurimum congratulatus sum in domino vestræ sanctæ fidei & dilectioni. Et hac de re oratio nostra continua pro vobis ad Deum, vt hic & in futuro à malis omnibus vos eripiat. Absens verò corpore erga vos eandem dilectionem possideo, & ideo maxime, quia scio eam vos erga memetipsum possidere. Talis enim dilectio amabilis spiritui sancto est, per quam venietis ad gaudia charitatis Domini, vbi cuncta vobis gloria affluet, quæ nunquam minoratur in persecutionibus. Denique quia sustinetis eas à superbis huius seculi, nolite à fiducia Domini desperare, sed ad eum corda vestra conuertite, qui vos liberabit à presenti & futura ira.

25 Observationes autem dierum & temporum atque astrorum nolite attendere, quibus gentes idolis deditæ intendunt, & tali observatione à diabolo decipiuntur, & à veritate relinquuntur. Confidite ergo in potentia Domini Iesu Christi, cuius clemen



clementia immensurabilis est, cuius portestas ineffabilis, cuius gloria semper & in æternum desiderabilis, quia nunquam derelinquet vos, sed in omnibus vbiq̃ue vobis aderit, sicut ipse nobis pollicitus est, dicens, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Ipsi enim omnia abscondita patent, & nihil sine eius voluntate poterit vobis euenire. In illius contemplatione mentem vestram assidue figite, & præter eum nihil diligaris, quoniam ipsi cura est de vobis.

26 Quod verò in vestra postulatione à me petitis, scitote consistentes, quia à Deo tribuetur vobis ultra quam petitis & intelligitis. Ipse enim est pax, ipse omnia superat bella, ipse vobis victoriam de inimicis, pacem firmam & sine sanguine dabit. Hæc est enim voluntas eius & gloria, & de vestro bono desiderio congaudet. Nosque ei gratias referimus, qui sedet ad dexteram Dei patris, in gloria spiritus sancti.

27 Salutate in perfectione pacis qui diligunt Dominum Iesum Christum. Pro impiis verò assidue orate, vt ad veritatem dei conuertantur, per quam gloriam & in qua permanemus, & cum qua sine fine perpetuam Dei visionem contem-
plabimur.

plabimur. Pro qua etiam millies corpus nostrum sub omnibus tormentis mori dare optamus. Est enim visio Dei, qua sola angeli perfruuntur, & omnes perfecti in dilectione eius, ad quam peruenire desideramus, quotidie suspirantes ad illius inestimabilem gloriam.

28 Fatigari autem vos nolo vsque ad me, quousque nuncium meum videntes sine aliqua hæsitacione ad præsentiam nostram veniatis, vt præsentem inuitem in gloria Christi gaudeamus, qui absentes eius dilectionem & præsentiam omnipotentia suæ omni hora præ oculis habemus. Pax verò & omne bonum, omnisque consolatio, oro Deum vt iugiter maneat vobis: languorem autem ac nequitiam & omne peccatum, & quicquid esse potest molestum, procul faciat Dominus à vobis, vt animæ vestræ in gloriam Dei sine corruptione perueniant, & absque metu diaboli: corpora autem vestra sine macula peccatorum præsententur Domino in resurrectione carnis ad diem vniuersalis iudicij. Amen.

SCHOLIA, SIVE
COMMENTARIUS IN

LIBRUM B. DIONYSII AREOPAGITE de Ecclesiastica Hierarchia, à Ioa-
chimo Peronio Benedictino Cor-
moeriaceno, Henrici Gallo-
rum Regis interprete
conuersus.

* * *

Diuinos efficientis scientia) Deum efficientem appellat eam, quæ ex Deo agit & operatur, siue quæ hominibus datur. Christianorum etiam hierarchiam ait Deos facere & ab-
soluere, atque Ecclesiastici ordinis scientiam se accepisse traditione. Enunciens) *isopxiou*, id est, non ridiculè, & irreuerenter ostendes omnibus profanis, qui ad occasionem risus diuinæ & mysterij plenas res transferunt. Cùm iis solis quæ sancti erunt.) Non esse sacra profanis enuncianda, nec margaritas suisibus proliciendas. Qui mens est) Notandum est contra Nestorianos, mentem etiam in Deo dici. Tum sanctitatis) siue puritatis

DE ECCLES. HIERAR. 547
ritatis & purgationis ad sanctitatem. No-
stras etiam) Ipsarum essentiarum quæ men-
te sunt prædita, & quæ per potesta-
tem intelligi possunt. Neque enim Iesus
per potestatem & virtutem suam. Est
enim rerum omnium præpotens, eum sit
etiam Deus. Coniungit) Interpretatio
horum est in primo capite libri De diui-
nis nominibus. Quæ multæ sunt dissimi-
litudines) Multas diuersitates siue dissi-
militudines dici arbitror multa genera
solicitudinum ad carnem siue corpus per-
tinentium cupiditatum, quas dominus
verat.

Vnius autem modi atque diuinam vitam,
primum quætere regnum Dei, & iusti-
tiam eius, id quod significauit Dominus
in precatone, cùm dixit, Ut sint vnum. *Ioh 17*
Sic autem factum esse animum sacrum
habitum & statum nominauit, qui etiam
maximè consecratos homines decet. Scie-
tia tum consecrari) id est, Verborum
de Deo, & præceptorum siue documen-
torum cognitione scientia propria. Ne-
que enim vsque ad nudam verborum di-
uinorum auditionem aut pronūciatio-
nem sacre doctrinæ tantum pertinent,
sed perceptione sententiæ, & intelligen-
tiæ eorum quæ laudantur, continetur.



548 SCOL. IN LIB. B. DION.
Sic enim ij qui Deo aduersantur, primùm
ei consecrantur: deinde cæteris eiusmodi
rem tradunt: perficiuntur, atq; rursus per-
ficiunt. Angelorum quidem) Non diui-
nos ordines nunc dicit, quos prius in li-
bro de cælesti hierarchia nominauit. Et
eam quæ nunc à nobis laudatur.) Quæ
vis sit diuinæ hierarchiæ docet. Vt & ipse
id est, episcopus. Essq; qui ipsi parent) De
promotionibus, quas vocant, dicit. Et in-
feriores) presbyteros, diaconos, & reliquos
intelligit. Sed cælestes quidem) Compara-
tio cælestis hierarchiæ, & eius quæ sub-
sensum cadit. Signorum quæ sub sensum
cadunt) Signa quæ sub sensum cadunt,
sunt sacramenta, quæ deinceps exponun-
tur, id est, baptismus, siue illustratio, syna-
zis, siue communionis sacramentum, &c.
Qui vnus modi sunt, expetunt.) s. Deus,
in. ad. s. dixit pro. d. u. s. h. s. id est, pro iis qui
Deum imitantur. Eius quod vnum idem-
que est) Vno atq; eodẽ modo. De iis quæ
animo intelliguntur) Notandũ est, librum
quem scripsit de iis quæ intelligentia con-
tinentur, & quæ sub sensum cadunt, apud
nos nõ inueniri. Fufius) *de f. od. m. a. r. p. p. u.* dicit,
pro, larius & pluribus. Est quidem hierar-
chia) Hierarchia est, inquit, qua veneratio
ne digna nostra traditio ea que generaliter
&

DE ECCLES. HIERAR. 549
& vniuersè videtur, aut dicuntur de sacris
rebus quæ propositæ sunt, id est, quæ sub-
iectæ sunt, siue etiam quæ aguntur, pro-
ponit. *συνηραδαινω* enim, potius sum-
mam vocat: quemadmodum etiam *ἀνα-
κηραδαινω* dicimus reperere paucis ea
quæ antè dicta sunt.

Vniuersæque) Generalia sunt ea quæ
magis continent. Ait ergo cum fortasse
omnis ordo hierarchia dicatur, tamen
hierarchiam propriè esse omnis hierar-
chiæ principalem generalèmq; summam.
Vt prebyterorum hierarchia, id est, or-
dinis hierarchiam esse episcopum, qui
scire debet expiare, illustrare, & perfec-
re: diaconorum hierarchiæ hierarchiam
esse archidiaconum, qui cognita habere
debet officia ministrorum, atque ita reli-
quos ordines.

Summa) Sactorum summa & comple-
xio est omnis Ecclesiæ ordinis sciẽtia.

Principium) Notandum est, eum
hoc loco finem, siue scopum vniuersali-
que hierarchiæ & angelicæ, & humanæ
dicere, esse Dei rerumq; diuinarum amo-
rem, & quæ deinceps enumerata sunt.
Illud autem, Quæ vno modo sacra effi-
citur, declarat, planè & solo modo eius-
modi cultum cernere. Quodnam sit hic



550. SCH. IN LIB. B. DION.
rarchiæ principium, & de Trinitate dicit.
Cognitum habet, voluntas.) Nota san-
ctum Trinitatem habere pro eo quod de
ipsa cognoscitur, essentia suæ notitiam:
Vt nunc dicimus propriam essentiam, hæc
sola cognoscitur. Sed omni hierarchiæ)
Nota angelos & homines rationis parti-
cipes esse naturas. A contrariis) Tradit,
quis sit finis omnis hierarchiæ, quæq; hie-
rarchia tractare debeat. Et quæ rationis
sunt participes) Notandum est quomodo
Deus permouet virtutes quæ sub intelli-
gentiam cadunt, & quomodo nos illustra-
ntur. Neque enim extrinsecus) Homines
quidem extrinsecus, id est, à creatæ natu-
ræ contemplatione, verbisq; decentibus,
& aliis eiusdè generis verâ cognitionem
scientiamq; hauriunt: angeli autem intus
per mētis suæ vim illustrantur, diuinâque
voluntate insigniuntur, id est, exprimuntur,
& ad Dei imitationem, & ad eorum
quæ sunt, quatenus sunt, cognitionem.
Deus ad res diuinas) Considerandum,
quomodo intrinsecus non foris & intrin-
secus Dei illustrationes diuinas mentes
permoueat. Ait enim Deum mente eas
illustrare. Quoniam mentis est compōs,
id quod intelligit, & sub intelligentiam
exdit, id quod intelligitur: cibus autem &
quasi

DE ECCL. HIERAR. 551
quasi robur est, id quod intelligitur iure
& merito Deus, cum mentes sint ea quæ
incorporea sunt, ipse qui & sub intelligen-
tiam earum cadit, & ab eis intelligitur,
quatenus possunt, intrinsecus eas illustrat
mente intelligente, & quasi cibo altrâ.
Diuiduorum distinctorumq; signorum)
Signa diuidua hoc loco scripturæ doctri-
nas dicit, quæ maximè quidem verbis ob-
scuris atq; mysterij plenis diuinæ naturæ
& essentiarum quæ mētis sunt participes.
contemplationem explanant, sed inter-
dum etiam actionem, emendant & corri-
gunt: velut legis præcepta, quæ ad mora-
lem allegoriâ referuntur, sed multò etiam
magis sacramentorum ceremoniæ ac ri-
tus in signis figurisq; cernuntur. Notan-
dum est autem quoniam sit vis & natura
nostræ hierarchiæ, quæq; eloquia diuina.
Præceptoribus) *ἡγουμένων*, id est, præ-
ceptores, Apostolos dicit, quos etiam
ἡγουμένους, id est, duces vocauit. Theo-
logicas autem *ἀρχαίς*, libros veteris &
noui testamenti: doctrinam vero à ma-
teria vacuam, scientiam sensum scriptu-
ræ quam Apostoli à Spiritu habuerunt,
quos etiam corporeum sermonem no-
minauit: ex qua doctrina noui etiam
testamenti præcepta constant: vicinam



etiam cælesti hierarchiæ dixit Spiritus illustrationem, quæ ei parti quæ principatum tenet, fuit insita. Ex mente in mentem) Vide ea quæ medio verbo agantur, & verbo non scripto mysteria esse tradita. Communiter autem accipiendum est verbum hoc. Quæ tradita sunt. Signa verò sacra dixit, propter mysteria quæ deinceps posita sunt, quæ etiam à contemplatione anagogica discedunt. Non scriptis institutionibus) Notandum est etiam, non scriptis. * Ne signa quidem fas est contingere & tractare) Hoc est quod ait, Non nudè res ipsas diuinas tractamus, sed signis persequimur, vt calice benedictionis, quemadmodum ait Apostolus, & panem quem frangimus, & cæteris. Sunt tamen aperta) id est, nota sunt, & quarum rerum mysteriorumque sint, indicant.

Cum alio non communicabis) Quia sine periculo ac tutò mystica dicenda sunt.

SCHOLI A IN
secundum caput.

Quòdnam est igitur, &c.) Principiù, inquit, & via ad diuinam cõiunctionem cælestemque hereditatem diuinam est baptismus. Etenim nisi quis tenatus fuerit

fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non videbit regnum Dei. Itaque formatur interior homo ad meliorem statum atque habitum, & cælestem, & salutarem, Deique & verborum & rerum, vt ita dicam, aptitudine.

Hanc autem) scilicet, diuinam similitudinem & cõiunctionem, siue vnionem.

Quòdnam est igitur principium) Tria quedam necessaria esse dicit ad præceptorum principium: diuinorum scriptorum approbationem, institutionem diuinæ fidei, diuinique baptismi, vt ita dicam, regenerationem. Probauit ergo & docuit, atque id firma ratione, præstantissimum præcipuumque mentis motum esse Dei charitatem, & quasi principiù quoddam esse charitatis Dei, diuinam nostri effectiõnem, id est, secundum ortum qui baptismo procuratur, quo diuini esse incipimus. Nostri enim effectio, quam semen procurat, etsi est ex Deo operante, tamen naturalis est. Ea autem, quæ à baptismo proficiscitur, diuina. Non enim ex sanguinibus est, nec ex voluntate viri. Vt igitur in naturali ortu esse primùm in rerum natura debent, deinde tum demum facere atque pati ea quæ accommodata sunt, vt homines quidem, propria, quæ autem sunt expertia rationis, eodem modo vilia:



sic in baptisimi regeneratione primū Deus esse debet, deinde eius charitas operari, & cætera ad benè viuendum. Vt enim clarissimus) Beatum Hierotheum intelligit.

Prima motio) Quisnam sit præcipuus mentis motus, exponit. Diuino ortu & vt iradicam, generatione) id est, regeneratione quæ baptisimo procuratur. Esse debemus) Quia statum naturæ eius sequitur actio. Diuinæ originis generationis) que) id est, baptisimi. Vt enim) splendores, quos sol emittit: significat autem radios.

Quæ & Oziam) Notanda sunt ea, quæ Ozia; Core & Nadab acciderunt. Ex veteris Euangelis, Deum) Quænam reuera Euangelia dicit: notandum est de dispensatione. Quotquot enim receperunt) scilicet, per fidem, vt deinceps. Qui autem horum) Eum qui nuper ac recens credidit, illustrari) que vult, dicit Initiatum autem Christianū, & qui perfectè credit.

Ips: autem se omnino) De sponsore eorum, qui recens illustrati sunt, dicit.

Suscipiat) Eum qui rogatus est, vt sponderet, vnde etiam sponsor dicitur. Ipse autem omnino) Ex illo, quod in lege dictum est, Per omnia audiemus vocem Domini. Viros) Sic iungendum est verbum hoc, Viros, quasi in humeros oue

impo

imposita, spōsoris dico, & eius qui in templum ingressus est, qui accepit eum, quasi quem quæ petierat, eum ipsum ab errore conuersum. Sponsor enim fidelis erat, nec ei necesse erat amitti. Nunc gratias agit sacerdos. Si enim ita cōstruatur, Virorum accipiens & admittens, planè sollicitissimus erit: *v. q. d. p.* verò gratiarum actionem dicit tacitam, & quæ mente fit. Corpore autem venerationem exhibentē gratiarum actionem dicit eam, quæ caput demittit, & adorat Deum. Ecclesiastico) Notandum est, ex omni scriptura posse hymnum, & laudem offerri Deo, nō ex solo Dauide. Præterea, hymnum aliquem, aut canticum Mariæ Moysis sororis, Cantemus Domino: vel psalmum Davidis, qui dicitur, aut eius partem, Accedite ad eū, & illuminamini.

Perfectam) Totum accessum & aduentum dicit eum, qui toto animo fit. Imperat sacerdotibus) Obseruandum est, eum appellare sacerdotes eos, qui virū & sponsore descripserunt, qui inferiores sunt episcopis, i. presbyteros, diaconos etiā ipsos, ita nominans. Ipsi enim eorum qui nuper & recens illustrati erant, scribebāt nomina. Notanda est etiā descriptio siue professio eius qui baptizabatur, apud spōsorem.

Cum eo Ecclesia compleuit) id est, cum

Amen



Amen dictum erit. Hoc loco non omnem vestem detrahit, sed vnā tunicam, quæ admodum deinceps declarat. Per ministros id est diaconos * Hoc loco precantem & petentem eum facit. In eo autem habitu quo occasum spectat, vt deponentem abiicientemq; opera tenebrarum. Obseruandum est, tum diaconos solos detrahere solitos fuisse vestes iis, qui bapuzabantur: presbyteros autē fecisse reliqua, quæ nunc diaconi faciunt vt * in priore * sic etiā in iis quæ sequuntur infra, ministros eum vocare diaconos inuenies: presbyteros autem sacerdotes. Matrem adoptionis) Matrem adoptionis piscinam vocat.

Locus corruptus est.

ὡς ἕγχετο
ἐν τῷ πρῶ-
τῷ βιβλίῳ.
Legendum
puto, ὡς
ἄνω ἐν
προτίπῳ
μικροῦ
id est vt
supra su-
periore
ca.

Sanctum) Sic construenda oratio est, Sacram modulationem inspirationis prophetarum, qui diuina mēte permoti sunt: vt sit, Et deinceps Episcopus cū dixit sacru cāmen sancti Spiritus, qui Spiritus sanctus instinctus est prophetatum, virum accipit. Neque enim prophetæ omnes vnum atque idem canticum. Est autem 28. psalmus, Vox Domini super aquas, & Alleluia. Quod maximē diuinos efficit) Is qui rationes Ecclesiasticæ hierarchiæ legit, non debet ab hoc parte abalienari, si præter eum ordinem, qui nunc in Ecclesiis valet, in sacramentorum ritibus ac

ceremo

ceremoniis mutata aliqua dicit: quemadmodum etiā hoc loco post vnquenti perfusionem sanctæ communionis, vt ita dicam, participationem fieri inducit. Verisimile est quidem hæc statui, & conditioni temporum conuenire: nunc autem accuratius obseruari in diuinorum mysteriorū perfecto missæ ministerio, in quo etiā ij qui recens illustrati sunt, communicare debēt. Cū autem ait, Rursus ad primum contemplationem reuocatur, vel precationē post hoc fieri significauit, aut post hoc pontificem ad diuinā missam venire.

Ad primorum) Quod ait, est huiusmodi, Episcopus qui Dei omnium personam sustinet, vt Deus in vno eodemque statu manens, & in seipso fixus, nunquam se deserens, salutis omnium causa prouidentis sue progressionibus ad omnia bonitatis illustrationes effundit & extendit, omnibusque presens est, nec à stabilitate firmitateque sua discedit: sic etiam Episcopus, Dei quam præstare potest significandi causa imitatione in statu suo manens, id est, in Ecclesiastico principatu, prodit prouidentia humanitatis ad secundarid est, descendit ad eum qui se conuertit, & docet eum, vngit & insignit sue signat, eique donum impertit baptizando. Hæc autem cū

ministe



558 SCH. IN LIB. B. DION.
minister ac muneris sint, secunda sunt ab
eius imperio & magistratu. Perfectis ergo
secundis omnibus, ad altare reuertitur,
proponens Deo per signa, etsi salutis eius,
qui accessit, causa profectus sit, se tamen
officium facere, & in officio esse non de-
stitisse, id est, in summo gradu diuinæ cō-
templationis: Sed à diuinis) pro, à san-
cto munere quod in iis, qui recēs illustrati
sunt, expletur, ad diuinā, id est, ad diuinā
contemplationis verticem rursus, conuer-
titur, ad id quod sancto spiritui videatur,
impulsus atque traductus. Hæc etiam
paulo post dicit in mysterij communionis
contemplatione.

FINIS SCHOLARVM
capitis secundi.

Per aquam) Aquā enim ea quæ im-
munda sunt expiantur. Obscurè signi-
ficet) Apud eos qui audiunt oportere
etiam fieri interpretationes : & plerosque
nō audire solitos eiusmodi mysteria, quod
dicit esse multitudinis. Quæque vim cō-
iungendi habent) Vim cōiungendi habere
ea quæ dicit, diuinā imitantur: multitudi-
nem autem, multos atque profanos. Sunt
enim) De rebus quæ ratione intelliguntur,
& quæ sub sensum cadunt, librum ab iplo
scriptum

DE ECCLIHFERAR. 559
scriptum esse, & quid coniueat. Eorum
quæ mente prædita sunt) Earum natura-
rum quæ mentis sunt compotes duo ma-
la dicit. Aut enim planè à diuino lumine
discedunt, & aberrant, amantes malum,
aut quod neglexerint illustrationis mo-
dum, qui eis datus est, atque eum teme-
rè transire conatæ sint, & quod earum
vim superat, comprehendere non porue-
rint: amittent omnino etiā modum qui
eis datus est, diuini luminis, quod ubique
manet eiusmodi, vt consumi non possit.
Nota autem omnem qui mentis est aspe-
ctum, & vim siue angelorum, siue homi-
num, siue esse & voluntatis & potestatis,
siue liberi arbitrij, & quomodo in ecclesia
fiat. ἀνυστάδα ἔσται) Vt *αὐτὴν ἴδωσιν*
significat copulari, sic etiā ἀνυστάδα aber-
rare & excidisse à copula & coniunctio-
ne. Interdum autem etiā suspensum esse
ac pendere declarat hoc verbum. Hoc ta-
men loco in priore significatione acce-
ptum est.

Siue dari sibi modicè) Hæc verba, ex
imagine, & similitudine lucis quæ sensus
mouet, ad modum aptum diuinarum in-
telligentiarum conuenient, quandoqui-
dem scriptum est, Altiora te ne quæsie-
ris: quæ tibi præcepta sunt, hæc cogitat
modum



560 SCH. IN LIB. B. DION.
modum enim his in verbis, aptum modum dicit.

Τὸν μὲν ἀνομιεῖον, id est, ad ea quidem quæ ipsi accommodata non sunt) *ἀνομιεῖον*, & *μὴ ἀναγαγεῖν τὸν ἀντὶ*, id est, quæ ei non conueniunt, quæ eam non decet, vt quæ superent. Ad hanc) Cuius sit figura episcopus. Accedentibus) Hoc ex loco perspicuum est, eum apud auditores docere.

Se noscunt) Declarat aliquem primum hoc munus ex accurata diligentiq; disciplina consequi, vt noscat seipsum, vt illud quod in lege scriptum est seruet, Attende teipsum, quemadmodum etiam diuinus Basilius ait. Sic enim interea angelos imitatur, qui noscunt seipfos. *Ὁ αὐτὸν ἀνατρεῖται*, id est, ad contemplationem recurrens) *ἐκείνῳ*, hoc loco, *τὸ δὲ διαπέλας ἕξουσι* *ἐμπέλας*, id est, contemplationem, siue scientiam dicit. Recurrens autem, id est, ratio quæ mouetur & impellitur ad videndum. Sacrum verò donum & munus dicit, seipsum noscere. Huius est) Exploratio, quid sit per sponsores ad hierarchiam venire. *αὐτὸν ἀντὶ*) pro cum ipso. *αὐτοπαθεῖν ἕξουσι*) id est, affectatorem. Sed spoliatus sit necesse est.) Quòd nullam rationem habeat ad vitam superiorum, neque annumeratus sit diuisionibus eius,

DE ECCLIE. HIERAR. 561
eius, quod est vniufmodi. Vnum enim in omnibus, quatenus est vnū, sui simile est; multitudo autem, vt quæ in peccatorum diuisione sit, dissimilis. Notandum est autem quid sit carechumenos, vt ita dicam, insufflare diabolo. Indicat) scilicet, signorum traditio. De tota cum vno conjunctione) Totam conjunctionem cum vno, accipe ex illo Domini verbo, Vt sint vnum: id est, vnum intuentes quòd verè est, id quod gratum est Deo: contentionem autem, rationis ad Dei sublimitatem, & humilium ascensum.

Firmitatem obtineri) Quomodo & vnde immutabilis fiat metis status & habitus. *ἀπαράδανον ἔχει*) inuictum; indomitum, fortem, durum, qui inclinari non potest ad vllam submissionem. Sciendum est autem, quomodo de mulieribus fortibus, & quæ mares apparent, dictum sit.

Perfusionem) De vnctione. Eum qui initiatur) Hyperbato constat huius loci structura, interposita longa collatione. Sic ergo construendum est, per quæ certamina sub Christo, qui præmia proposuit, in certamina quædam, vt diuina lætus incumbet: & quæ sequuntur.



562 SCHO. IN LIB. B. DIO.
CHRISTVS.

Vt Deus	Vt sapiens
præmia proponit.	leges fert.
Vt pulcher.	Vt bonus
certamina honestat.	vnâ certat.

Munerum domino) de baptismo dicit. Certationibus) Athletarum primum Dominum dicit, qui sola sua benignitate ductus, cum mortis imperio potentiâque certauit. Actiones &) Actiones quidem dicit peccata, turbulentâsque cupiditates & motus: essentias autem dæmonum naturas, quæ vim agendi habent. Improbæ enim actiones non in sua essentia naturâque spectantur. Quoniam enim mors est) Quid sit mors dicit, conglutinationemq; nostri esse coniunctionem & vnionem. Ad id quod nobis obscurum est ducens) Hoc ipsum quod non videtur, quidam inferos esse dixerunt: id est, discessum separationemq; animi, quæ non videtur nec apparet, ad loca quæ videri non possunt ab iis qui sub sensum cadunt. Mutationem ex) Sæpè enim dissoluitur, & recidit corpus, nõ solum in vermes, sed in alia quoq; animãtia. Vide etiã vt mutationem eiusmodi, ἀλλοίωσις, id est, cõmutationem appellat, & mortẽ non esse essentia nostræ consumptionem: & animum cum discessit à corpore,

DE ECCLE. HIERAR. 563
corpore, non apparere, nec versari circum corpus, vt nonnulli dixerunt: immersio- nemq; in aquam, recte acceptam esse pro morte. Diuinam) Diuinam mortem cum vocare trium dierũ Domini sepulcrum; verbâq; illa Domini, Venit princeps huius mudi, & in me nõ inuenit quicquã, Verbi esse dicere: principem autem mundi, & diabolicarum volutarum quæ in hominibus sunt, Satanam dicit, qui mortis imperiũ habet, Apostoli sententia qui in Christo nihil suæ violationis inuenit. Peccatũ enim non facit, nec dolus inuentus est in ore eius, vt ait Esaias. Itaq; teneri ab inferis nõ poterat, vt ait Petrus, sed factus est in mortuis liber, Danidis sententia. Tum id quod ornatu carebat, ornatur) Quoniam tenebræ quiddam sunt, quod maxime ornatu caret) Apostoli sententia, quæ sunt vitæ sordida: & sine forma sunt, cum formã & speciem diuinæ prudentiæ non habeant (obscuratione enim sunt virtutis, & obstructio) iure ac merito illustratio ornatur, & speciem formamq; lucis accipit is qui ad baptismũ accedit, factus lucis filius, & semine Dei, quod lux est, accepto, vt ait diuinus Ioannes. Deforme autẽ hoc loco, id quod forma caret, appellauit, nõ id quod formæ planè expers est. Iis intelligendum



564 SCHOL. IN LIB. B. DIO.
animo & ratione) Equidem existimo modestiæ causa quasi ignorantem scilicet tenuisse magnum Dionysium. Se enim spiritu prænotionis dignum iudicatum esse, planum fecit in epistola ad Ioannē Evangelistam. Hoc tamē mihi significare videtur, cum Christi bonus odor sint ij, qui diuinum Spiritum acceperunt, & coniuncti ei sint puritate, Apostoli sententia, ipsos eius præsentiam sentire, quod linguis loquantur, aut curent morbos, & omnia faciant, quæ in Actis Apostolorum declarantur, & apud beatissimum Paulum. Aliter. Qui vt spirituales ea quæ Spiritus sunt, intelligunt, & spiritualibus comparant: ij diuinum etiam spiritalemq; odorem suauitatis ita intelliget, Christi enim bonum odorem dicit omnes esse, qui Evangelica prædicant, quippe qui ex vita fidei ad vitam perducant, & remissionem quæ fit per baptismum, sancti Spiritus largitionem, regnūque cælorum per opera diuina eorum, qui boni odoris sunt, declarant. Hinc phialas incensorum odorum plenas, preces iustorum diuinus Ioannes in Apocalypsi videt. Teter autem diaboli odor sunt opera peccati, vt etiam in psalmis dictum est: *Putruerunt*
& cor

DE ECCL. HIERAR. 565
& corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. id est, peccati mei. Itaque Christus unguentum effusum vocatus est, & odoratus est odorem suauitatis Dominus in iusti Noë, vt ita dicam, oblatione & sacrificio. Hinc etiam Euāgelium aliis quidem odor est mortis, pro perfidis & impiis: odor rursus mortis est coarguens opera, condemnans pœna gehennæ: quemadmodum etiam eximium unguentum eadem ex parte, & homine suauitate mouet, & sues interimit, quæ summam odoris suauitatem non ferant. Hæc fusus ac pluribus dicit infra in quarto capite de unguento ex Apostolicis constitutionibus atque decretis. Est ergo baptismus morti Domini loco datus: aqua pro sepultura: oleum, pro spiritu sancto: signum, pro cruce, unguentum, confessio-
nis confirmatio.

FINIS SCHOLIORVM
in Contemplationem.

PRæceptoris, sacramentorum) Sanctum Hierotheum intelligit. *ἡγογία πικρίας*) id est, sacra descriptione eorum, quæ sanctè efficiuntur. Sacramentis, ei præcipuè Est per præsentis omissionem. Perfectio-



nem ex) Non posse quicquam perfici, sine communione. *in quodam in quodam*, id est, maxime necessaria ratione. Principium,) Nullam synaxin perficere sine communione. Atque hoc etiam loco *in quodam*, id est, caput, pro necessario & rato acceptum est. Illustrationis cognomen) Cur illustratio dicatur, & rectè ita dici. Pontifex quidem) Ordo hic, patris huius temporibus observabatur, fortassis in loci Ecclesiis. Sanctorum librorum) Sanctè scriptos libros vocat veteri nouumque testamentum. Energumeni) id est, ab immundis spiritibus. Ministrorum autem alij.) Ministros dicit diaconos, & eos qui nunc hypodiaconi vocantur. Præcipui porro & selecti) Hoc responderi consueverunt quæ Romæ tenet. Illic enim septem solum diaconi in altari ministrant, quos selectos, ut puto, nuncupat: alios autem, aliquo alio dicit fungi munere. Nota etiã hinc patris antiquitatem, & cum diaconis panem presbyteros solitos proponere. Hoc autem etiam ubique fit, quod pauci sint diaconi. Romæ verò planè rectè fieri arbitror, propterea quod soli septem selecti in altari ministrant: fortassis autem septem à vita aliorum selecti sunt. Selecti cum) Selecti primi diaconi: sacerdot-

tes autem, presbyteri Ecclesiastici omnes) Tum etiam fidei symbolum quoddam antè dici solitum fuisse, quemadmodum nunc quoque doctrina. Recitatio fit) Sic apud nos non prima sanctorum nomina: Apud autem patrem hunc, post salutationem sanctorum nomina recitabatur, quemadmodum etiam in Oriente. Ministri selecti) Eos dicit, qui primi erant in diaconis, solos præsto fuisse diuino altari: fortassis autem erant ab eis selecti & secreti pro vitæ dignitate.

Subiicit oculis) id est, aperit, & ut ita dicam, manifestat ea quæ laudata sunt, velut, hoc, & illud Christi est, & hoc, atque illud Christi. Ostendit autem etiam diuina dona & munera, ut ea valere ad peccatorum remissionem, & vitæ æternæ adeptionem, quæque sunt mystica eiusdem generis. Illud autem, Oculis subiicit, fortassis hoc declarat, tum aperiri detegique sancta dona post preces, manere autem obiecta vsque ad tempus communionis: aut forsitan ut ita dicam, leuationem exaltationemque vnus benedictionis diuini panis intelligit, quem extollit sacerdos, cum sancta sanctis recitat id quod est verius, quemadmodum in fine capituli dictum inuenies.



Post imagines, recte & ordine) Imagines verorum vocavit ea, quæ nunc perficiuntur in synaxi. Ne signorum quidem) Signa hæc esse, non veritatem. Nam sanctissimi quidem) Quid psalmi, & recitationes. Facitque ut divinam cœnam) Quod post cœnam accipiens panem, & quæ sequuntur: quodque mors eius annuncietur, donec veniat, Apostoli sententia, & Christi dicentis, Hoc facite in meâ commemorationem: & quæ sequuntur. Nota etiam, eum dixisse primum mysteriorum quæ nunc sunt, signum, mysticam Domini cœnam: atque ei qui indignè panem & calicem capit, nihil prodesse sumptionem, sed potius ad iudicium cõdemnationemque sui capiet. Apostoli sententia. Ex iis autem quæ sequuntur, rectè aliquis dicat, Christum posteaquam à cœna Iudas surrexisset, discipulis tradidisse sacramentum. Concordi animo) Iudam dicit. Norandum est etiam eum quoque à Domino participem factum esse mystici panis & calicis: mysteria autem siue sacramenta data esse discipulis, eum à cœna Iudas, ut illis indignus, surrexisset. Qui animi hab

DE ECCLES. HIERAR. 569
mi habitu *rad. 157.* in his verbis, ex sciëntia & quasi conscientia declarat, id est, animo ita affecto & constituto esse, ac non solo corporis accessu, sed etiam mentis per fidem & sensum spiritalem. Ab effectis) id est ab iis quæ aspectus iudicio fiunt, ad ea quæ nõ videntur, & ad mystica, quæ causæ sunt & exëplaria eorum quæ sub sensum cadunt. Causæ autem dicuntur ea quæ aliundè habent, ut quoquo modo causa sint: aut ab effectis ad causas: id est, à signis quæ sensus mouët, ad ea quæ mente comprehenduntur, aut sunt spiritualia: siue ab iis quæ minus perfecta sunt, ad perfectiora: velut à figuris ad imaginem, & ab hac ad veritatem. Umbra enim sunt ea quæ sunt veteris testamenti, imago ea quæ noui: veritas status rerum futurarum. Signorum) Signa quidem dicit, eorum quæ non videntur, & mysticorum imagines, id est, ea quæ per signa perficiuntur. Primum autem horum synaxis sacramentum vocavit, à quo id quod intelligendum est, siue id quod contemplatione declaratur, nudum promittitur. Diuinitas enim) Est vnus hic modus contemplationis, siue sensus spiritualis huius capit. Notandum est autem essentiæ statum immobilem esse, & Dei figuram esse Episcopum.



Hoc quoq; obseruandum est, ad tres mo-
dos ea quæ de incendendis odoribus di-
cuntur, redigi atque reuocari: pontifex
enim ab altari incipit, omne tēplum am-
bit, & iterū ad ipsum altare proficiscitur.
Modo, diuinus) Tertium genus propo-
sitæ contemplationis etiam, ab inferioribus
Episcopum non posse quidem obtineri, siue
Episcopum commercium non habere cum deterio-
ribus: ab vno autem multiplicari. Porro autem
sacra psalmo- rum) Quid psalmi. Notandum est etiam
hoc verbum, Necessarius, sed serè adiun-
xit. Neq; enim hæc inter se nexa, & iun-
cta sunt per essentiam, sed hoc ipso, quod
omnia ad vnum finem pertinent, id est, ad
hominum salutē, dixit hoc verbum *αὐτο-
αὐτοῦ*. Itaque statim serè subiecit, corri-
gens verborum repugnantiam. Paulò in-
frā ait, vnam *ἡ ἀποκάλυψις*, id est, vnam *ἀπο-
κάλυψιν*. id est, consensionem, siue conspira-
tionem, quod declarat, vnum finem esse
omnium. Nam omnis quidem sacrosan-
ctæ) Omnium librorum veteris testamēti
breuis, & per transennam cōmemoratio.
ἀριώτων) Tristitiam & dolorē afferentium,
vt in Iob. Amorum cantica) De amore
Canticorum. Aut fortia) Hinc similiter
illa * noui inducit. Charissimi) eum exi-
stimo

Tis vna,
s diuinus
legēdum
est, vel in
articulo
rās, ἀπό-
ξας intel-
ligere de-
tinas.

stimo Ioannis Theologi Apocalypsum di-
cere, & eius Euangelium, quod etiam est
verius. Diuinorum autem) Scopus, inquit,
& finis psalmoreum est, Deum laudare, ac
veros eius famulos, qui psalmi hæc iube-
di & continendi habent vim, quæ, inquit,
necessario in iis, qui perficiuntur siue ini-
tiantur Ecclesiastico more accipitur, sta-
bilēque eorum quæ canuntur memo-
riam in iis, qui canunt gignit. *Θεοῦ γὰρ με-
μνησθέντες*, id est magnitudines. Diui-
norūque) Notandum est, cantus psal-
morum consensionem & conuenientiam,
concordiæ cum Deo ac secum esse disci-
plinam. Ea quæ concisa sunt) Ea quæ con-
cisa sunt, siue obsecuta, signis quæ perfici-
untur, explicari.

Hoc enim declarat verbū illud, dilatan-
tur. Hos libros qui legit) Notandum est,
patrē hunc ea quæ adumbratē & obscure
in psalmis dicuntur, scripturarum lectione
explanati, dicere. In his scripturis, inquit,
scilicet, is qui acriter aspicit, intelligit
vnum eundēque Spiritum omnes dixisse.
Nouum testamentum) vt quod per
se verus explanet. Vetus quidem) Quod
ἡ ἀποκάλυψις, i. verus testamentum, dixit *ἡ ἀποκάλυψις*, id est
nouum autem perfecit. Theologiæ) No-
tandum est, eum veterē scripturam Theo-
logiam,



372 SCHOL. IN LIB. B. DIO.
logiam, id est, Dei verba, vocare: nouam
autem *δραγμα*, id est, Dei operationem.
Omnino ignari) Qui omnino ac plane
horum rudes manere, nec audire sponte
constituerunt. Salutare) id est, salutaris
baptismi. Catechumenos autem) De cate-
chumenis, energumenis, & iis qui sunt
in poenitentia dicit, & quorum sunt partici-
pes. Ac postremus quidem) Catechur-
menos postremos esse dicit. *αποδοτω* *απα-*
ρχει, id est, non participes, siue expertes.
Qui finguntur) renati. Abortus) partus
mortui. *αυτις* *αυτις* *αυτις*, id est, is qui
non est perfectus, siue initiatus. Contra-
riis) Notandum est, cum in numerum
Energumenorum ascribere etiam eos qui
corporis illecebris sine animi mutatione,
& poenitentia manent: velut scortatores,
studiosos spectaculorum, & eos qui simi-
lia tractant: quos nominans diuinus Apo-
stolus, subiicit, cum eiusmodi nec cibum
sumere. Hæc etiam in iis quæ sequuntur,
magis explanat. Intelligendum est autem,
huic talium rerum differentie, & distantie
diligentia nunc non esse locum. Qui eius-
modi est) Notandum est, eum qui Deo con-
iunctus sit, non vexatum iri ab immundo
spiritu. Maxime nefaria impulsione) Su-
perari dicit à libidinosis eos, qui à dæmo-
nibus

DE ECCLES. HIERAR. 373
nibus obsidentur. Possidenda, & semper)
Virtutes dicit veras esse possessiones. Cum
materia autem coniunctum) Quoniam
etiam materia multa paritur, & accipit,
commutatur. Quod alienum est) Notan-
dum est, peccata aliena esse nobis. Neque
enim naturale est peccatum: sed ad omne
opus bonum, Apostoli sententia: & Da-
uidis illo in psalmi loco, Ab alienis parce
seruo tuo. Hinc etiam intelliges id quod
à Domino dictum est, Si verò in alieno
fideles non inuenti estis, vestrum quis vo-
bis dabit? Ob eamque causam aliena hæc
non esse dicuntur. Non enim naturæ sunt,
sed adulterina. Actio autem eius quod
est secundum naturam est, & nostrum est.
Aliiter, Aliena dixit ea quæ ad mundum
pertinent, quod non cuiusquam proprie
sint, sed ab aliis ad alios transeant, & tras-
ferantur: aut etiam quod non sit posita in
his penitus nostra viuendi ratio, sed aliam
vitam spectet, cuius etiam causa nati su-
mus. Ministri) id est, ne quis eorum qui
agitantur perturbationibus, vt deinceps
dicit. Eorum qui perturbationibus agi-
tantur) Ratio & probatio euidentis. Cum
autem) De ordine eorum, qui dimituntur,
dicit. Ij qui initiati non sunt) Care-
chumeni libidinosi. Ad aduersariorum &



574 SCHOL. IN LIB. B. DION.
terrores) Notandum est, vnde dicat aliquis
fidelē à dæmonibus agitari. Habitu amo-
reque) id est, quasi pœnitētia. Sancti) Fide-
les qui cū Deo & inter se coniuncti sunt.
Generali) Generalem siue vniuersalē dixit
laudum recitationē, aut quod ab omnibus
fiat, aut quod pro vniuersorū gratia. Hym-
nū autē hunc) Obseruandum est, ab eo ap-
pellatū esse hymnum, symbolū, professionem,
& gratiarum actionē. Videtur enim
mihī) Quem ad finē spectet symbolū. Om-
nium diuinorum operum) Ex Apostoli
siue verbo, siue ratione, qui ait, Omnia
enim vestra sunt. Primigenias autem ve-
nustates appellat, eas quæ in diuina natu-
ra videntur, quatum homines pro captu
& modo suo, Deus pro sua benignitate
participes fecit: aut certe dicit id ad cuius
imaginem & similitudinē facti sunt. Re-
stituratis) id est, bonis, quæ nobis ab eo re-
stituantur, aut restituta sunt. Perfecta)
Notandum est, quid de Christo dicat, siue
de perfecta eius assumptione, humanita-
tis. Diuinus panis) Animaduertendum
est, non solum diuinum panem obiectum
proponi solitum fuisse, verum etiam san-
ctum calicem; quod nunc minime obser-
uatur, Diuina autem saluatio, siue oscu-
lum) Notandum est, cur saluatio fieret.

Cupi

DE ECCLES. HIERAR. 575
Cupiditates; ex) Obseruandū est, cupidi-
tates carnis & corporis, vim habere diui-
dendi, cum & à Deo nos, & nos inter nos
diuidant, fortassis autē & à nobis incipis.
Cum eo quodd eiusdē speciei est). i. cum si-
milibus hominibus. Animorum) Cur post
salutationem sanctorum nomina reciten-
tur. Qui piē sancteq;) Notandum est, mor-
tuorū tantum, eo pontifice, recitari solita
fuisse nomina. Theologia ait) Hæc ex Salo-
monis sapientia quæ dicitur. Nota etiā hūc
sanctū patre, ea vsum fuisse. Memoria nō)
Hoc ait, id quod in prophetis dicatur, re-
cordari coram Deo, non ita accipiendū &
intelligendū esse quasi Dei memoria reno-
uetur in ea parte animi, in qua obiectarū
oblatarūmq; rerū memoria cōsignatur: id
quod iis qui mentis compotes in carnis
carcere alligati sunt. i. nobis contingit, sed
q; memoria Dei rectē dicatur, Dei scientia,
qua perfectos cognoscit, qui similitudi-
nem Dei expresserunt vita virtuti consen-
tanea, & qui digni fuerint habere eius no-
ticiam, quæ deleri obliterariq; non potest.
Signis, per) corpore & sanguine. Aqua)
Quid sit ablucere manus, & quādo abluen-
dæ sint, exponit. Loquuntur, qui lotus
est) Notandum est, quomodo hic pater
hæc Domini verba accipiat, Qui lotus est,
non



576 SCHOL. IN LIB. B. DION.
 non indiget, nisi vt pedes lauet. Structura autem eorum quæ propofita sunt, ad verbum Significat, relationem habet, vt fit horum verborum sententia, Significat hoc & illud esse, peluim quidem in legis cultu & religione, in nostra autem, manuum lauacionem. Illud autem totum, Solutus & liber, declarat eum inferiorem ac deteriorem vitam & animi cõstitutionem non esse sequiturum. Quoniam igitur, vt diuina scripta loquuntur) Aliter lectio huius structuræ quæ hyperbaro cõstat, sic copulabitur, Quoniam igitur, vt scripta diuina loquuntur, Qui lotus est, non indiget expiatione, nisi summarum siue extremarũ suarum partium lauacione, ea summa expiatione in sanctissimam diuinæ similitudinis habitu & statu, non inquinatam nec contaminatam faciet cõuersionem suam, & cum ad secunda prodiert benigni Dei imitatione, vt diuinæ similitudinis perfectione integritatemque retinens, solutus erit ac liber, quasi vniuersi modi, & ad vnum vno singularique modo reuertens. Docet quid sit eum, qui lotus & ablutus sit, non egere alia, nisi extremarum ac summarum partium lauacione. Secunda vocat ea quæ sub sensum cadunt, ad quæ animus specie ac visis afficitur. Laua-
 tio

DE ECCLES. HIER. 577
 tio quidem, sacrosancta) Notandum est lauacionem in lege fuisse: & librum hunc continere aliud de hierarchia quæ in lege erat, quod non feratur. A pontifice) Notandum est diuini numinis afflatus in sacerdote. Ad sacrificium, expiati esse) scilicet, diuino sacrificio. Speculorum splendorem) Specula appellat sanctorum animos, quod diuinæ sint lucis capaces, vimque eam habeant, vt melioris conditionis similes sint. *ἰσχυρῶν δυνάμεων*) Hoc etiam loco atticè loquens, vt Atheniensis verbum hoc construxit dicens. *ἡ μαρτυρία τῶν ἰσχυρῶν*, id est, splendoribus cupientibus, cum debuisset dicere per fœmineum, *ἰσχυρῶν*. Quin etiam supra in libro De cœlesti hierarchia, cap. 7. fusius genus dicendi Auctor incertus autem pontificis) Notandum est, cur pontifex in altari, siue in sanctis, id est, ante illa, abluatur. Et summarum partium) Summa siue summarum partium lauacionis. *Dionysij* Et oculis) Diutius tum obiecta diuina dona, & munera manebant, vsque ad tempus sanctæ cõmunionis: idque paulo post explicat. Ex quo perspicuum est, tum pontificem attollentem sanctum panem, calicem benedictionis monstrasse, dicendo sancta sanctis. Quæ in nos) Dei in nos be-
 Auctor incertus scripsit scholia in omnia B. Dionysij opera, que videntur in Bibliotheca Vaticana.



neſicia pauci norunt, aut forſitã ne pauci quidem: & cuius oblarior fieri debet. Humanam) De hominum caſu & peccato. *ἡμαρτία*. i. *ἡμαρτία*. id eſt, violatio, ſuis & propriis procliuatibus. i. volũtariis. Conſtructio ad ea quæ ſupra dicta ſunt, pertinet. Dixit enim, Humanam naturam vita multis malis & perturbationibus opportuna excipit. Ab hoc enim verbo, *ἀνάστυς* γῆ, i. conuenienter enim & congruenter uſque ad illud, *ἡ γῆ ἐκ τῆς οὐρανῆς*. i. hinc miſerè, cohæret. Principio) Quia principium conglutinationis à terra habemus: corpus enim noſtrum ex ea cõſtat: iure ac merito poſt violationem, ſinem etiam principio conſentaneum habemus. In terram enim recidimus: quãdoquidem dictũ eſt, Terra es, & in terrã reuertètis: *ἀνάγῃ*. autẽ vitam dicit, eam quæ ſuperiora querit, & ad Deũ ſpectat. *ἀλλοίωσις*) Quid ſit *ἀλλοίωσις*. i. cõmutatio, in corporibus, in libro De diuinis nominibus diximus. In ſtatu interuentionisq; diſcrimen) In ſtatu autẽ priuationis periculũ, propter peccatum. Qui enim peccat, is non eſt quodammodo. Malum enim nullum ſtatim habet. Quæ per ſe curat) Nota euidentiam decretorum, quæ in multitudine verborum dicitur, expugnãtque omnes hæreticos. Nam Dei de nobis

DE ECCLES. HIERAR. 579
 nobis prouidentiam per ſe quidem feciſſe, ipſum Deum verbum fuiſſe declarãt, non tãmen alium in alio, vt quidam cum Neſtorio inſaniũt. Illud autem, eundem verè participem fuiſſe omniũ quæ noſtra ſunt ſine peccato, id & Manichæos, & Eutichianos, & Apollinarios, & Acephalos, & vno nomine omnes hæreticos reſellit. *ἄστυς*, *γῆ* *ἡμαρτία* nomen hoc loco, non ſtabilis cuiusdam permanentiſq; qualitatis eſſe intelligendũ eſt, ſed firmitatis, ſtabilitatis, & cõſtitutionis. Non pro poteſtate) Notandum eſt Chriſtum non vi, & potentia uiciſſe diabolũ, ſed iudicio & iuſtitia. Hoc etiam Gregorius Nyſſenus pontifex docet in oratione, ſiue ſermone, quo Chriſtianos inſtituit. Quõdq; forma & ſpecie carebat.) Diximus etiam ſuprà hoc modo, eum id quod ſpecie caret ignorantis tenebras dicere. Significat autẽ libertatẽ noſtram. Eſſentia noſtra quæ ſerme collapsa erat & conſiderat, maximè deteſtabilibus perturbationibus) * Semper pontificiis) diuina bonitatis, vt dixit in principio capitulis. Ornauit laudibus) id eſt, cum panem & calicem, quæ ſunt diuina dona, conſecrauit. Obſeruandum eſt, eum ubique diuinum ſacrificium ſigna continere dicere, & ſancta dona ſigna eſſe caeleſtium vera-

Hic deest huius loci interpretatio in Scholis.



180 SCHOL. IN LIB. B. DION.
rúmque; reitū. Pane enim qui opertus erat.)
Sic etiam paulò ante dictum est, diuinum
donum opertū manere solitū fuisse vsque
ad tempus communionis, nisi fortè oper-
tum dicitur, id quod multis & iis qui ex-
tra stant, & vno nomine Laicis reconditū
est. Quod enim) Quia & animum mentis
participem, & corpus terrenum accepit, ex
nobis *ειδοποιήθη*, id est, cum speciē no-
strā siue naturam sumpsisset. Notandū est
autem, nos socios fieri & participes diui-
næ naturæ, eum Christo coniungimur.
Obseruanda sunt etiam ea quæ dispensa-
tionem attingunt: notandūque est, quis
apparuerit, quæ sit fractio panis, & diuisio.
ναί ἀνω id est summa coniunctione, &
perfecta, atque essentiali per veram perso-
nam. Nobis enim) Notandū est, quis
sit finis Christianæ religionis. Dum cum
oculis subiicit) De Domino nostro Iesu
Christo hoc loco dicit, non per signa,
quem etiam spiritualement vitam nostrā esse
dixit: verbum autem hoc, absoluta, ad-
hibet, propterea quòd & animum mentis
participem, & terrenum corpus assumpsit.
Rectè etiam hæc verba posuit, nō confusa
humanitatis assumptione. Mansit enim
Deus, qui homo visus est, seruatis vtriusq;
naturæ proprietatibus: quòd cōtra Apolli-
narios

DE ECCLES. HIER. 181
narios notandū est. *εξ ἡμῶν εἰδοποιήθη*. id
est, speciē nostrā, siue naturā cum assump-
sisset. In Dei diuinorumque bonorum
societatem) Notandū est, quomodo con-
iuncti Deo diuinæ naturæ participes fia-
mus. Communione) De Eucharistia dicit.
Traditionē cōmunicationemq; antecedi-
dit) Cōmuniter *ἕχεται* pro *πρὸς ἕχεται*, id est,
antecedit, positū est. Primū, enim, inquit,
sacerdos sumere atq; ita dare debet. Sum-
ptio igitur & communio eius qui sacrum
fecit, mysticam in reliquis diuisionem an-
tecedit. Ij qui temerè diuinis disciplinis)
Quod ait est eiusmodi, Vt sacerdos qui
nō primus capit ea quæ obtulit, profanus
& scelestus est: sic ij, qui audēt docere alios
nec faciunt quæ docent, profani sunt atq;
scelerati. Faciendum est enim, atq; ita do-
cendum, ex illo quod à Domino dictū est,
Qui fecerit & docuerit, hic magnus voca-
bitur. *Αγοστῶ*) *Αγοστῶ* dicebat Lace-
dæmonij eum, qui prefectus erat ab ipsis
urbibus & oppidis, quæ eorum ditionis
erant: *ἀπὸ τῶν ἀρπισίων*, id est, ab accommo-
dando eos qui parent, vt viuāt ex legibus,
Hinc etiam *ἀρπισίους* rursus appellabant
Athenienses eos, qui ad bene viuendum
alios dirigebant, vt planè dicit in dramate,
cui nomen est Legati, Plato Comicus.



582 SCHOL. IN LIB. B. DION.
Hoc igitur etiam loco Dionysius *apostolus*
Episcopum, Ecclesia principē nominauit.

SCHOLIA IN QUAR-
tum caput.

AD id quod in eo vnū est, sigillatim)
id est, ad id quod intelligentia continetur,
& per spiritale. Odoribus incensis) pro,
cum episcopus totum templum incensis
odoribus compleuerit. Prophetarum qui à
Deo permori sunt) Sanctus scilicet, aut
etiam Alleluia. In eo solemni) per eum enim
omne quod sanctum est, perficitur. Via ad
superiora nitendi) sacrificij videlicet ad
superiora perductio.

Sancti) Notandū est verè diuinum verbum,
diuinos viros virtutis actiones, à falsa
inaniq; gloria abhorretes & occultatas
habere debere. In imagine) Esti absolutam
atque omni ex parte perfectā similitudinem
habet imago, & simulachrum ad exemplar:
tamē dissimilis est, inquit, essentia. Imago
enim inanimata est, exemplar animatum:
& hoc quidem, verum est animal respirans,
illa autem pictoris opus ex cera & coloribus.
Cum igitur in hoc differētia cernatur,
diuersa est similitudine in vtroque
vt ita dicam, identitas.

sed

DE ECCL. HIERAR. 583

Sed sanctē) Notandum est, quomodo accipiat, non esse nobis efferēda & palam
predicanda rectè facta nostra. Suauissimi diuini-
sissimiq; odoris) id est, Dei. Is enim est
odoris suauitas, iis quæ verè bona sunt,
omnes afficiens. Se non couertit) id est,
rationem non habet inani gloria ductis,
eorum qui interdum sua iudicia non
approbant, neque studet gloriam ab
hominibus aucupari & habere. Qui
spiritalibus obductus non est.) Sæpe in libro
De diuinis nominibus explanauimus, quid sit
rosary & quid *rosary*, id est, quod
in intelligentia continetur, & spiritale est,
& quod mentis est particeps. Hoc igitur
hic etiam dicit, episcopo qui sanctus sit,
vt qui spiritalis luminis cognatione
teneatur, Deum patefacere, non per alium
doctorem, sed eum ipsum illustrantem
in mysterio contemplationis, id est spiritalis
sensu, & vnguenti. Itaque ipsū episcopo
vulum & integumentum non adhibetur
n̄ diuino vnguento, sed reuelata
aperaque facie, Apostoli sententia,
contemplantur mysteria. Iis autem,
qui minus perfecti sunt, signis opus est.
Quocirca pennis obductum est sanctum
vnguentum, cum sequester adhibetur
pontifex in iis quæ ad Deum

P 4



& populum pettinet, & interpretatione signa enunciat. *Θρωπός*) *Θρωπός*, id est, contemplatores & speculatores vocat episcopos: quia etiam Græcos *Θρωπαι* appellabantur qui propositi erant ab omnibus, ut de rebus futuris Deum consulerent, & hostias pro ipsis immolarent, propitiumque ipsis Deum facerent. Dissimiles autem vocat iudes & minus perfectos in populo. Is enim ei mos est.

Signis) Per ænigmata, inquit, & signa hi ordines accommodatè ad eorum imbecillitatem & infirmitatem illustrantur.

Vim habet perficiendi ea quæ pontificem attingunt) Perficit, inquit, omnia diuinum unguentum cum effunditur, quemadmodum diuinorum sacramentorum sancti corporis & sanguinis sumptio. Res diuinas) Qui enim planè perfisi sunt bono odore diuini ac mystici oloris suauitate pro captu suo participanti. Eos autem qui à dæmonibus agitantur) Energumenos appellat eos qui à dæmonibus agitantur, & ad libidinem se cõtulerunt: de quibus etiam in superiore capite dicit. *αλλο* autem dicit quasi tumultum, metum, terrorem. Iis autem qui) propter eos, quos superioris vitæ poeniter, hæc dicit: Rectè disposita consequentia, & ascensus sanctis consen-

consentaneus. *τὸ ἰσοειδὲς*) *τὸ ἰσοειδὲς*, id est vt vocant, vni formè, dicit mentem ipsam quæ vnũ, id est, Deum videt: quæ etiam coniungi ait cum vno ipso, atque eius explere coniunctionem & vnionem. Si enim corum, quæ) Bonum suauemque odorem qui sensu percipitur, sensum alere dicit, & facere, vt bene sit affectus. *κεῖν*) *τὸ κεῖν* vocat eam animi partem quæ vim habet iudicandi, siue eam quæ intelligit: quæ nisi à procliuitate in deterius liberetur, nunquam, vt ait, diuini odoris qui suauitate præstat, sensum habebit. *ἠδὲν*) *ἠδὲν*, id est, suauitate moti, dicit pro suauitate odoris affecti. Mentis, recipiendi vim) Illud verbum, Mentis, in angelis intelligendum est. Duodecim pennis) Cuius rei figuræ erant duodecim alæ. Notanda est autem Seraphim magnitudo.

Diuina verba) id est Sanctus, sanctus, sanctus. Vitiumque omne superat) Obseruandum est patrem hunc non solũ vitij sed etiam obliuionis expertes cælestes virtutes esse dicere. Et scientiam &) Rectè eum scientia cõiunxit intelligentiã. Certa enim & accurata cuiusuis rei cognitio, eius scientiã gignit. Incorporcas quidem) Quæ sit Seraphim proprietates exponit, seqs de ea antè dixisse. Cælestium in libro



De cœlesti hierarchia. Igitur infinita)
Notandus est totus locus, vt ex illo ea quæ
in prophetis de cœlestibus illis naturis
scripta sunt, intelligamus. *Ἐξαπλόος δὲ*
ἰσχυρὸς δὲ, sex alas dicit. Primas & me-
dias) Dicitur est* suprâ in superiore capite,

in tōis
πρὸ τῶν,
potest
intel.
ligi de li-
bro cale-
stis hie-
rarchie,
potius
quàm de
superiori
capite.

quomodo accipiendæ sint primæ, mediæ,
postremæque naturæ mentis compones.
Primas & medias) Non enim veras pē-
nas habent. Pennarum) Notandum est,
quomodo acceperit alas Seraphim, eaq̄ue
volasse tota vi sua, nec quidquam habuisse
humile atque submissum. Quòd si facies)
Notanda est hoc loco pulcherrima cogni-
tio & noua, & cur Seraphim ora & pedes
alis obtegāt, & volent mediis. Hoc etiam)
Ipsorum Seraphim interpretatio. Quod
essentiam) In libro De cœlesti hierarchia
expositum est, quid sit in angelis essentiam
attingēs habitus, atq; id in septimo capite.

Non igitur ignorauit) Angelos etiam
scire Iesum, qui sanctos faciat, & sanctum
esse factum, & quando, & quomodo. A pa-
tre) Hoc ait, propterea quòd vna sit sancte
Trinitatis actio. Nota autem incredibilem
quæ recta sit Magni Dionysij de nostra re-
ligione sententiam: & quomodo seruauit
diuinitatis, carnisque Domini Iesu distin-
ctionem. Iesus enim, qui vt Deus, sanctifi-
cat

cat omnia idem etiam vt homo, tum à pa-
tre, tum à se sanctus factus est, quâdoqui-
dem etiâ Deus Spiritus sancti suorū cœle-
stiumq; ordinum proprium principium, id
est, Iesum eorum auctorem & effectorem:
qui etsi sanctus efficitur, tamen quoniam
Deus est, essentia naturamq; suam immu-
tabilem retinet. * Obseruandum est autem * Inter-
Iesum scire principium suū, ex sua diuina *pretatur*
actione. Seraphim exhibet) Notandum *hec de*
est, cur sex alæ diuinum vnguentum obte- *Christo*
gant. *ἡναγκαλιῶν* autem, id est, non dissi- *que Dio-*
milia & differentē Iesum dixit, aut quòd *nyfus de*
per omnia naturæ nostræ similis factus *angelorū*
sit sublato peccato, aut quòd non pertu- *ordine in*
lerit mutationem vel vicissitudinis obum- *telligit.*
brationem in diuinitatem, cum naturam
humanam assumpsit. Declarat porro totā
naturæ humanæ assumptionem, propter
eos, qui illum mentis expertem esse dicūt.

Qui sanctus efficitur) Tum magis hoc
modo ferebatur in epistola ad Hebræos,
Qui enim sanctificat, & qui sanctificatur.

Vnguentum in) Cur crucis specie vn-
guentum in baptismo effunditur. Pro
diuino ortu nostro demersum) Excitatus
est enim tertio die, non detentus aut vi-
ctus à morte. Eos qui in morte) Est
enim abstrusa multis causa mysterij, cur
Christi



Christi baptismus datur, quod in eius morte baptizamur. Vt homo.) Notandum est etiam hoc loco, Christum & vt hominem accipere Spiritum sanctum, dum sanctus efficitur, & vt Deum, eum dare. Obseruanda est etiam essentiam attingens diuinitas, notandumq; est eam mansisse immutabilem. *Id est, id est, statu diuinum*) Si cum in angelis *Id est, id est, habitus essentia proprios*, siue essentiales, vt vocant, audimus, non qualitates aliquas extrinsecus casu accedentes, intelligimus, quemadmodum & paulò antè dictum est, & in libro de celesti Hierarchia ca. 7. multò magis in Deo, qui etiam propriè statum essentia superat, habitum nõ qualitatem accipimus, quæ in concreta cõuenit, sed habitum essentialis, vt vocat, diuinitatis qui naturaliter ab ea habeat ea quæ sunt bonitatis omnia. Interim autem nota etiam diuinitatem non esse essentia ipsam Dei, sed essentia gloriã.

Altaris) Altare etiam vnguento consecrari, & quamobrem. Altare Iesu) Iesu esse altare: nota etiam eiusmodi altaris altitudinem & magnitudinẽ, quod quidem Christus est. Mysticè omnino hostiæ instar incensi) Finis significatur quinquagesimi psalmi Vnguenti *Id est, id est, confectiõnem vocatam esse,*
& cur.

DE ECCLES. HIERAR. 589
& cur. Vt Deum) Quod ait, est cuiusmodi; Quoniam omnis diuina apparitio & actio signis ostenditur, & cõsentaneum est quid Alleluia, quod cantus prophetarum est signum declarat, videre. Censent qui) Notandum hoc contra Acephalos.

Diuinæ apparitionis &) Quis psalmus dicitur? perspicuum est vnum esse eorum qui inscribuntur, Alleluia.

SCHOLIA IN
quintum caput.

Distributiones, virtutes) Distributiones hos vocat, quod vnusquisque ordo Ecclesiasticus separatim habeat ecclesiastica ministeria & munera vt sibi attributa, quæ non potest præterire. Hoc enim animaduerti licet in diaconi officio, aliorumq; simili modo. Virtutes autem & actiones in his licet quidem in vno sensu accipere, cum idem declarent. Vim enim purgandi & illustrandi docendo habere dicuntur ij qui cõsecratur, vt hæc efficiat. Possunt autem alio etiam modo diuidi & distingui, vt virtutes quidem accipiamus spiritualia dona & merita: actiones autem, ministeria. Ea enim perfecturas prius, vt in creationibus id est, ordinationibus, exposuimus.



590 SCH. IN LIB. B. DION.
 posuimus. Triplicem quidem) Deinceps aperit quæ sit triplex diuisio, quæq; sit ternio superiorum ordinum, de quibus etiam paulo antè dixit, in primo capite libri huius. Nota etiam, in Ecclesiastica hierarchia triplicem diuisionem esse quæ sit.

SACRA NOSTRA

traditio diuiditur.

In mysterium.

Hoc enim est. In doctorem. In eos qui sacram. (docentur.

Itaque sanctissima quidem) Quæ sit in cælis hierarchia dicit, & teleten cælestis hierarchiæ esse Dei pro virili parte scientiam & habitum: doctores autem eius, ordines qui Deo assistunt. Qui docentur, ordines esse secundum hos, qui ab eo docentur. Secundum illam autem) Quæ sit hierarchia: de hierarchia quæ in lege erat. Nota enim non facilem intellectu, nec distinctam dicere ordinum qui in lege erant, contemplationem & allegoriam. Doctore ac duce) Mose videlicet. Describens) Ex eo quod ei dictum est, Vide fac omnia ad exemplar quod ostensum est tibi in monte.

Perfectione; De noua hierarchia Ecclesiæ dicit, eam esse legis perfectionem. Hæc autem Apostolus in epistola ad Hebræos dicit,

DE ECCL. HIERAR. 591
 dicit, & Dominus, Non veni soluere legem, sed adimplere, Medio) Nota mediam esse cælestis hierarchiæ, & legis, Ecclesiasticæ hierarchiæ: & quomodo Vtriusque est particeps, illius quidem, Spiritu: huius autem litera, id est, signis. *Quædam* *7 legum*) id est ad sacrâ scientiam doctores & discipulos. Nostros) hoc est, angelorum.

Diuiditur sacra teletarum actio, In purgatione, doctrinâ, perfectione.

Eorum qui sacra perficiunt, ordo,		
In purgationem	In illustra-	In perfectionem
eorum qui rudes sunt.	eorum qui expiati sunt.	eorum qui illustrati sunt.

Eorum qui inchoantur diuisio.
 In eos qui purgantur. In eos qui illustrantur. In eos qui perficiuntur.

Vim sanctam) In his considera & videtur recte ostensam triplicem hierarchiæ diuisionem. Eorum autè qui sacra faciunt) de iis qui inchoant & perficiunt. Expiati) Quid sit expiare, quid illustrare, quid perficere, dixit in libro De cælesti hierarchia, capite tertio, extremo, & hoc loco in progressu orationis. Perfecta scientia) primam expiare eos qui non sunt initiati: mediam, qua alios docent, & inchoantur: postremam, perficit tandem.

Vis



Vis prima est) Pro , Tres inferiores ordines. Triplex) Quæ vis triplex sacerdotum. *Αρωματων*) *ἀρώματα* , id est, communiter accipitur participium hoc, *ἀρωματων*. Nunc vero) Diuinis enim scripturis purgamur, illustramur ad sacram Dei generationem: unguenti telete, scienter perficimur.

Diuiditur Ecclesiasticus ordo,
In eum qui expiat. In eum qui illustrat. In eum qui perficit.
An non etiam. Vt in vitro quod solem recipit, quod etiam supra dixit: atque ut in igne aut lumine perspicit licet, cum illud quidem per tenuia & per lucida corpora colluceat, & crassis, & obscuris: ignis autem per materiam quæ facile comburi potest, etiam minus aptas ad eum recipiendum naturas exurat. Eorum igitur est) Verbum hoc est, *ἀρώματα* accipiendum est. Accipitur enim præterea in vniuersis quæ in loco sunt. Deum certunt) Nota Pontificem primò diuina visione collucere, deinde eam largiri iis quibus præest: postremò eos quos illustrat, perficit. Primus quidem est) Notandum est, eundem ordinem & primum esse & postremum. Vis autem hierarchici ordinis) De vi ordinum dicit. Sic autem ea quæ

quæ nobis hoc loco proposita sunt, intelligi debent, Omnia quidem quæ Ecclesiastico more perficiuntur, ad Pontificem, ut qui ea rebus ipsi subiectis gerat, referuntur, quibus etiã vim eius qui hæc operatur tribuit: sed tamen præcipuè pontifici ut ipse peragat, non per aliorum munus, tributa est unguenti & altaris cõsecratio, & Ecclesiasticorum creatio: quæ quidem omnia effectrices imagines diuinæ potestatis vocauit, *ἐπίγραμμα* 3, id est, vniuersitatem autem & summam dicit vniuersos ordines, ut statim exponit. Hæc autem sunt) id est, quæ conficiunt & conuertunt sanctum panem in corpus Christi, & calicem in sanctum sanguinem, & aquam in sanctam expiationem, & cum qui non est illustratus, in adoptionem: cæteraque omnia eodem modo. Et si enim etiam) Nota & consecrate & conficere unguentum non esse presbyterorum, quos etiã sacerdotes appellat: quin nec altare cõsecrare, etiam si in eo offerant, nec verò ordinare, ut vocat. Hæc enim solus Pontifex perficit, extra quæ, presbyter nec baptizabit, nec offeret, sed in iis quæ prius à Pontifice consecrata fuerint, sacrum facit. *Ἀγροειαν* sue ordinationem, id est, ordinis creationem vel institutionem. *Επιγραφὴν*

Q



594 SCHOL. IN LIB. B. DIO.
id est, priuatim ac propriè. Scientias) Vini
& facultatem docendi mysteria Pontifici-
bus conuenire. Sacerdotum autem) Quis
sacerdotum, siue presbyterorum sit or-
do. Ministrorum verò) Quis sit mini-
strorum ordo, id est, diaconorum. Ex-
piat) Quomodo diaconi expiant. Ita-
que in sancto à Deo ortu) Nota diacono-
rum esse detrahere vestes & tibialia illis
qui baptizandi sunt, & ad occasum sistere,
ac rursus ad ortum. Itaque sanctis) Nota
diaconos tum fores habuisse custodien-
das: nunc autem hypodiaconi hoc faciunt.
Demonstratum est igitur) Reperitio &
conclusio.

Scilicet quòd pontificum) Episcopum
ea etiam quæ inferiorum sunt, facere. pri-
mosque munera secundorum & eorū qui
hos sequuntur, exequi: sed non contra,
secundos illa quæ sunt primorum. Hoc si-
bi arrogare) Vnumquēq; nō debere sibi
ea quæ sunt maiorum, sumere. Simula-
chra quædam sunt) Cuius sint figuræ Ec-
clesiastici ordines, qui ea quæ Dei sunt in-
ter homines gerunt. Ordinatio, vt vocant,
siue creatio episcopi, presbyteri, & diaconi.
Vtroque pede) Hoc nunc alio modo per-
ficitur. Minister verò.) Incertū est, verum
pedem dicat. Sancta prædicatio) Notan-
dum

DE ECCLE. HIERAR. 595
dum est, eum qui ordinetur, vt vocant,
ab omnibus Ecclesiastici ordinis debere
salutari. Saluatorio) *ἀναγγέλλω*, quasi præ-
dicatio siue recitatio nominis. Cōsignans
enim eum Pontifex is qui creat & ordi-
nat, nomine eum appellans, dicit, Con-
signatur hic talis, è presbytero in episco-
pum, in nomine patris, & filij, & spiri-
tus sancti. *ἰωάννης*) id est, genu in-
flexio: *ἀναγγέλλω* autem, id est, recitatio,
quod quidem nunc vocant *ἐκκλήσιον ἀναγγέλλω*,
id est, annunciationem, vel renun-
tiationem. Humanam) Nota humanam
Iesu vitam, & diuinam peccandi priuatio-
nem. Recitationem) Quenam sit recita-
tio. Ne fratrem quidem) Pulehrum est
& valdè necessarium ac tutum, quòd ne
fratrem quidem quisquam sine Dei vo-
luntate faciebat.

Pontifex) Vt homo etiam Pontifex fa-
ctus est Christus. Nota hoc contra Ace-
phalos & Nestorianos. Itaque idem.) No-
ta quando ordinati sunt discipuli: & Ie-
sum, etsi Deus erat, non tamen ipsum
eos creauisse & ordinauisse: sed pollicitū
esse missurum se spiritum sanctum à pa-
tre, quando igne lingue eis apparuerūt.
Auctor Sacrorum) Sacrorum auctore Do-
minum ex diuinitate dicit: Discipulorū)



596. SCHOL. IN LIB. B. DIO.
Sanctus Petrus scilicet, cum cæteris, quan-
do Marthiam Apostolum delegit. Notan-
dum est quid dicat de sorte quæ Marthiæ
obtrigit, & quid eam esse intelligat. Quod
in Actis Apostolorum de his scriptum est:
in nonnullis quidem libris ita habet. Et
dederunt eis sortes, in quibusdam autem,
& dederunt sortes eorum. Dandi quidem
casus, Eis, facit pro eo quod dictum est
à diuino Dionysio, quasi fors signum quod-
dam designaret, patefactione fortassis aut
actione & opera Spiritus sancti, quæ fors
cecidit in eum qui fortiebarur. Itaque de
Isaciore etiam dicit sanctus Petrus, Qui
sortitus erat sorte ministerij huius. Quan-
quam in more postea fors non fuit adhi-
bita à Christo, cum delegit Apostolos.
Pontifex autem) De episcopo intelligit.
Cur ei soli sancta euangelia imponantur.
Dei opera) Subaudiendum est, insunt.
Prætermissione enim verbi sæpè est con-
structio. Nota autem, quot & quanta di-
uina munera præ aliis habeat Episcopus.
ἑποποιῶν τῆς κη) id est, interpretationum.
Sacerdotibus autem) de presbyteris. Fle-
rus quidem) Quid flexus declarat. Tres)
id est, pontificum sacerdotum, atque mini-
strorum. Tribus eorum qui initiantur) id
est, iis qui expiantur, illustrantur, & in
contem

DE ECCLE. HIERAR. 597
contemplatione perficiuntur. De diacono,
infectente vnum pedem. Sacerdotes ve-
rò) Quid sit presbyteros vtrunque pedem
infectere. Vtroque pede) Quid sit ponti-
ficem, infectere duos pedes: & cur scri-
pturæ super caput ponantur.

SCHOLIA IN SEXTVM

CAPVT.

TRiplex autem genus) Tres esse ordi-
nes qui consecrantur. Qui sint ij qui
expiantur, & quomodo, id est, catechume-
ni, ij qui sunt in penitentiâ, & qui à dæ-
monibus agitantur. Differentiam autem
inducit eorum quos vitæ malè actæ pœ-
nitet, in iis quæ sequuntur. Alter autem)
Eorum quæ in pœnitentiâ sunt, & post ba-
ptismum peccant. Tertius verò) Eorum
qui agitantur, & energumatorum. Alius)
Eorum qui ab hæresibus & libidinibus.
Alius quod iam traductus sit) Eorum qui
nō planè à libidinibus & sceleribus redie-
runt ad sanctimoniam, vel catechumeno-
rum. Medius autem ordo) fidelis populus.
Ordines qui & expian- diui-
purgantur tur, duntur,
In eos qui In fide- In mono-
ex tem- lem nachos.
plis expelluntur. populū, siue cultores.



598 SCHOL. IN LIB. B. DIO.
Sancti populi) Notare debemus ab eo appellari medium ordinem, fidelem populum, siue eos qui in Laico ordine integritatem seruant, siue carent reprehensione & crimine. Monachos verò, siue cultores, eum qui altissimus est omnium. Fines & termini status monachorū. Cultores quidem) Cur monachi cultores appellati sint. Et singulari) Quid indiuidua singularisq; vita. Sanctis rerum diuiduarum) Diuiduas autem appellat eas, quæ ad mundum pertinent. Ad diuinam vnionem) Quomodo consecratur is qui monachorum institutum sequitur: & cur propriam consecrationem, & preceationē siue inuocationem & statū habeat monachus. Sacerdos quidem) Notandum est, eum sacerdotem dicere, non pontificem: atque ex his patris huius verbis non Episcopum, sed solum presbyterum monachi habitū dare debere. Diuiduis) quæ ad mundū pertinent, & in multas partes diuisa sunt, vt sunt mercatura, & alij cōtractus quos vocant. Visis autem) id est, mentis cupiditatibus, & perturbationum motuumq; imaginibus. Diuinæ) Quomodo monachus tōdeatur. Triplicem) Nota tres personas. Monachorum ordinis) Cur monachus dicatur, & quis sit ordo monachorum, quòdque studium

DE ECCLES. HIERAR. 599
dium & institutum. Itaque multa) Hoc notandum est contra Lamperianos, siue Messelianos, vel Adelpianos, aut, quòd idem valet, Marcianos, qui quidem cūm triennium tātummodo duriter in monachorum vita cōsumperunt, postea per reliquum vitæ suæ tempus ad eò sunt dissimiles, vt impunè ac liberè omnia scelera admittant. In stupris enim, & libidinibus, in ingluuie, & mutuis adulteriis, atq; vno nomine in omnibus flagitiis versantes & voluptati, se eiusmodi sine voluptate corporis agere falso dicūt: & cūm sensu, morbo perturbationis ac voluptatis afflicentur, ac sine dolore à seipsis patiantur, & à dæmonibus qui in eis insident, tamè more eorum qui phrenesi laborant, latantur potius, non agrè ferunt. Hoc etiam obserua, multa monachis interdīcta esse, quæ laicis impunè licet facere, vt coniugium, & in militia mercaturaque versari, & in aliis, quæ Laico non dantur crimini. Capillus autē tonsus) Quenā esset detonsio. Prioris verò) Quid mutare eius vestem. Et omnes) Quid salutatio. Adeptionem & perceptionem) Cur ij qui in ordines cooprantur, siue ordinantur & creantur, statim mysteriis participant.

Cōmunicatur) Omnes enim æquè post



600 SCHO. IN LIB. B. DIO.
quam creati sunt, diuinis dignantur my-
steriis: id quod cum Deo coniunctionem
vniōemq; declarat. Sancta quidem my-
steria esse expiationē) Quid telerā, id est,
mysteria significent. Ordinem verò qui
expiatur) Hoc etiam loco planius docuit
hic pater, qui sint inferiores ordines, quo-
rum supra f. cit. mentionem. Sed obiicies)
non esse in calo, qui expietur: & de ange-
lis. Caelestem aliquem esse) Nota non esse
yllam labem in quauis naturarum caele-
stium, * quod putat Origenes, atque ij qui
sunt in eadem sententia, qui aiunt pro ra-
tione auersionis vnumquenque caelestium
ordinum, tale etiam nomen & ordinem
consequutū esse, minutisq; corporis vin-
culis alligatū, supplicij causa, & castiga-
tionis suae ad dexteriora auersionis. Sed
sanctissimi sunt profectò incorporeiq; spi-
ritus, quē admodum initio procreati sunt.
Corpore autē vacare caelestes virtutes, lege
excellenter in iis quae supra dicta sunt, &
aliter in eandem sententiam. Verūm nul-
la mens caelestis vnquam deprehensa est
in peccato dæmonum. Hoc enim neque
ex diuina scriptura cognouimus: neque
quifquam ex primis Theologis dixit. Hic
autem sanctus vir, per concessionem hoc
ipsum ait, Vt aliquis dicat, sanctissimos
qui

DE ECCLE. HIERAR. 601
quidem eos esse. & integros, nec expiatio-
nis indigere: sed si demus in aliquo corū
labem fuisse, planē ad contrarias virtutes
aliquae se contulerunt. Ita fit, vt reliquae
sine labe eodem modo habeant, & simili-
ter non indigeant expiationis. Atque ita
esse, planē docuit. Cum enim ad id quod
obiectum erat, id quod sentiebat, verūm-
que erat respōdisset, subiecit illud, Si quis
enim, pro, Quod si si quis etiam det, ali-
quem deprauatū & auersum fuisse: is cer-
te ex horum choro decidit: quod quidem
ego non dico, inquit, sed contrā, eos san-
ctos in perpetuum permanere, * nisi * aber-
rem à proposito. Ne quis ergo Orige-
nis discipulorum putet hęc verba eius fal-
sam & peruersā fidei sententiam defende-
re, dicens, semper casum, & declinatio-
nem, mutationemq; fieri caelestium men-
tium, vt ait Origenes quidem in primo
libro De principijs, hoc modo, Omnis er-
go, vt arbitror, ratio docet omne quod ra-
tionis est particeps, ab omni quod ratio-
nem habeat, posse oriri. Paulo infra sub-
licit hęc verba, Post finem omnium, tur-
sus fluxio & casus existit. Euagrius autem
in septuagesimo octauo capite secundae
centuria, sic dicit, Vnusquisq; ordo virtu-
tū caelestiuū, aut totus ex inferioribus, aut

* equū
legēdū est
hoc loco
Dionysij.
* al. de
statu di-
moueat.



602 SCHOL. IN LIB. B. DIO.
 totus ex superioribus, vel ex superioribus
 & inferioribus constat. In nonodecimo
 etiam quintæ centuriæ scribit his verbis,
 Ex angelorum & archangelorum ordine
 animorum status existit ex animorum ge-
 nere, dæmonum, & hominum: ex ho-
 minum autem genere, angeli rursus dæ-
 monesque sunt. Esse inferioribus natu-
 ris) Quænam sit cælestium purgatio & di-
 stinctio. Aliter. Esse dicit purgatione cæ-
 læstium virtutum ad perfectiorem scien-
 tiæ illustratione. Nota etiam eas in scien-
 tia progressus facere, & dæmonas Dio-
 nysium non dicere purgari, propter eos
 qui etiam ipsos in ea restitutione & res-
 tauracione quæ ab illis fugitur, cum san-
 ctis salutē adepturos esse dicunt. Sic etiam
 ordines sunt qui illustantur) Nota quo-
 modo illustrentur & perficiantur angeli.

SCHOLIA IN SEPTI-
 MVM CAPYT.

Eorum qui esse resurre- & iudi-
 sentiunt, ctionem cium.
 Al jquidē in Alij autem Alij verò cū
 iisdē corpo- sine corpore. alijs corpo-
 ribus animū ex- ribus novis,
 citatum iri di- & vitam ha-
 cunt, vt Christiani. bere, vt nūc.
 EO

DE ECCLES. HIER. 603
 EORVM QUI DOR-
 MIERUNT.

Alij quidem sunt Alij autem
 sancti & sacri. profani.
 Sic etiam) Non ad eadem loca proficisci
 omnes qui è vita excedunt:& de resurre-
 ctione, Integram resurrectionem) eam sci-
 licet, quæ sit cum corpore. Nā sancti qui-
 dem) De iustis dicit. Pura autē mundaq;
 De resurrectione corporum. Iuncta) Con-
 iungi cum animis corpora. Eorum autem
 qui à sacris) De morte sceleratorum, quid-
 quid Ethnici post mortem fieri evenireq;
 existimēt, quorū opiniones exponit. Eorū
 enim qui magis à ratione averti sunt, non
 immortalem animū fatentur, in iis etiam
 Bias, nō ille Prieneus, sed quidā alius, sed
 mortalē, eumq; dissolui, quæadmodū etiā
 corpus, & in nihilum occidere. Alij autē,
 qui scilicet his rationi cōgruentius atque
 de animi immortalitate disseruerunt, vt
 Plato & Tales, corpus quidem non etiam
 constat iri dicūt, sed nunquam in per-
 petuum ad eam quam habuit rediturum
 esse coagmentationem. Hoc enim est,
 quod ait, *eis ἀνάξ* pro non iam coagmen-
 tatum iri, quod indignū esse dicāt, corpus
 quod ex materia constet, eiusdē esse cuius
 animum, æternitatis, sed animum tan-
 tummo



604 SCH. IN LIB. B. DION.
tummodo esse immortalem. Hac etiam
hæretici dissimiliter dicunt, vt ij qui à Si-
mone Mago, qui à Menandro, à Valenti-
no, à Marcione, à Montano, atque etiam
nunc ab Origenis fabulis (non enim sen-
tentiis) oriuntur. Videte quibus annume-
rari velint: quâsque absurdas sententias
integræ incorruptæque Christianorum fi-
dei affingant, ij qui inuisi sunt Deo, & ho-
minibus qui rectè sentiunt. Partim corpo-
rum) id est, solorum animorum resurre-
ctionem existere sine corporibus. Quæ iâ
cœpta est.) Quod ait Apostolus, aram &
argumentum Dominum nostrum Iesum
Christum fuisse generalis cum corpore re-
surrectionis: & cum eo nunc absconditam
esse vitam nostram in Deo, quæ sit appa-
ritura in secundo ortu. Animis coniun-
ctiones.) Hæretici quidam tñ exorti sunt,
vt Simon Magus, & qui eum imitati sunt,
qui ætherium corpus animis fore diceret.
Sciendum est autem, Origenem quoque
idem dicere in quodâ libro suo, quod ta-
men in aliis penitus negat, docēs omnem
corpoream naturam in nihilum occidere.
Lege Methodij sancti martyris, & Olym-
pij Adrianopolitani Episcopi Lyciæ libros,
quos in eum scripserunt de resurrectione,
& Antipatri Bostrani Episcopi: tumque
eius

DE ECCLĒ. HIERAR. 605
eius & fabularum plenas, & monstri simi-
les nugas intelliges. Beatissimum) Hac
ait, obsecrè significās, opinor, Papiam qui
Hierapolis Asiæ tum fuit Episcopus, & di-
uini Ioannis Euangelistæ temporibus flo-
ruit. Hic enim Papias libro quarto Domi-
nicarum suarum explanationum scripsit,
fore in resurrectione voluptates, quæ per-
cipiuntur ex cibis, quod quidem decretum
postea probauit Apollinarius, quod appel-
lant nonnulli millesimū annū. Quomodo
igitur Apollinari * sancti Dionysij libros
ex quorundam nugis, qui Apollinarium
refellunt. Atque etiam Irenæus Lugdu-
nensis Episcopus in quinto libro aduer-
sus hæreses, idem dicit, producitque tes-
tatem eorum quæ à se dicta sunt, Papiam
quem diximus. Cupiditates) Horribilis est
atque metuendus peccatorum finis. Aliis
oculis) Alios oculos appellat, mentis,
quæ deinceps purior est, & inferos intue-
tur, atque angitur gehennæ expectatione.
Conuocato) De iis, qui in Ecclesiastico
ordine moriuntur. Sin autem) sacris) De
monachis iustis. Diuinis) Nota quid lega-
tur, & quid canatur pro monachis & Lai-
cis qui dormierunt. Consentaneos autem
cantus, qui idem valent: quod lectæ quæ
non falsæ sunt, de resurrectione promissio-
nes.

Locus cor-
ruptus &
mutus
in Grec.



606 SCH. IN LIB. B. DION.
fiones, canere eos dicit, qui ministrant.
Iesu illustrante) Pro vita quam quisque
egerit, etiam loca tribui mortuis. Pro
hac diuina) Iustrie esse pro vita que acta
fit, dare etiam locum. Precatione sacram
Cur precatio adhibeatur. Cantus autem)
Cur cantus & lectiones. Notandum est
autem qualis esset vetus comitatus, &
ordo in iis qui a vita migrauerant. Vide
autem aunc) Ad mortuorum sepultu-
ram, nec energumenos, nec eos quos acta
vita poenitebat, exire solitos, sed solos cate-
chumenos & quare. Catechumenos)
Nihil quidem paruum & exiguum est in
nostris mysteriis, sed magna omnia. Ea
tamē si inter se cōferantur, in magnitudi-
ne dissimilitudinē habebūt. Iis enim, quae
perficiuntur in mortuis, maiora sunt, nec
comparari possunt, diuinorum lauacro-
rum & illustrationum, cōmunionūque
mysteria Itaque parua dixit ea quae perfici-
untur in mortuis. Verum tamen ne iis
quidem digni sunt ij, qui etiā sunt cate-
chumeni. Incommoda enim acciperent)
Hec cōsonant iis quae scripta sunt in prio-
re ad Corinthios. epistola ab Apostolo, de
iis qui indignē communicant. Hic autem
etiam contemnere eos dicit diuina myste-
ria. Precibus quidem) Nota quid precetur.

Huma

DE ECCLE. HI ER. LIB. 607
Humana fragilitate).i. parua, & lenia pec-
cata. ἀναίτιος).i. nobis notis & asuetis,
& quae intelligentiam nostram non supe-
rant: & verbis, & nominibus significa-
ta. A rerum ipsarum veritate) id est, qua-
tenus intelligere possumus: atque ex no-
bis notis verbis ac nominibus volupta-
tes quae illic sunt, appellauit, cum di-
xit, non esse ibi dolori locum, non mor-
bo, non labori, non genitui, sed lumi-
ni: non tamen haec sunt quae illic abun-
dant bona, sed reuera nobis sunt inco-
gnita, neque ea comprehendere possumus.
Quae enim oculus nō vidit, & quae se-
quuntur. Sed exempla & signa quae noui-
mus, nobis dant beatitudinem. Nota au-
tem, quomodo accipiat illud, In sinu A-
brahae, Isaac & Iacob. Cur diuinam) Du-
bitat de precibus, quae adhibentur a pon-
tificis, in iis qui in peccatis a vita migra-
uerint. Iustorum bonorumque etiam pre-
ces) Nota, iis solis, qui Dei misericor-
dia digni sunt, siue viuānt, siue mor-
tui sint, bonorum preces prodesse, non
etiā peccatoribus, & iis qui digni sunt cō-
demnatione, & hic & post mortem. Num
quid) Neque enim Saulem scelestissimum
regem iuuit precibus suis Sammel, neque
Hebraeos, qui peccatores erant, Moyses.
Dixit



608 SCH. IN LIB. B. DION.

Dixit enim ei Dominus, Noli orare pro populo isto. Cùm sol lumen) Vide, ne existimes eũ dicere, solem dare radios suos: (quomodo enim ipse qui inanimatus est, dare possit? voluntatis enim & propositi est donatio) sed id quod propositum est quasi morum quadam fictione dicit. Ut enim si quis ponat Solem dicere, Ego valentibus oculis lucẽ largior, deinde aliquis qui sit imbecillibus oculis dicat, Da etiam mihi. Valeo enim: tum accepta luce, etiam id quod videbat, amittat: eodem etiã modo peccator affectus est, cùm rogat virum bonum, vt pro se precetur. Cæcutit enim peccator, accipiẽsque precum viri boni radium, non patitur eum, ea quæ naturæ ipsi sunt, facere & illustrare: sed tenebras sibi cõtrahit, dum nec rationem habet per puram & integram vitam Dei munerum, & tamen à Dei præceptis quæ illuminant discedit, siue secedit. Qui enim peccat, legẽ Dei contemnit, nec quicquam viri iusti & boni precibus iuuabitur. Se autem ea quæ de sole narrat, ita intelligere, in libro quoque De diuinis nominibus, quarto capite tantum declarat. Peritiles esse) Quomodo & quando prosint ei tantum qui in vita manet, iusti viri preces, dicit, cùm subit: cum pœnitentiã, & sententiã Aposto-

li,

DE ECCLES. HIERAR. 609

li, Flet cum fletibus, & cùm verbum illud scripturæ complet, Multum valet deprecatio iusti assidua, eius scilicet, qui preces desiderat, pœnitentiã. Si enim vnus ædificet, id est, iustus vir, & alter, id est, peccator destruat & diruat, inchoarum opus manet, quemadmodum in Saulis & Samuelis exemplo perspeximus. *ἔβην ἡγάθην ἔχων ἔβην*, id est, habitum sanctum hoc loco, propriæ vitæ ad virtutem affectionẽ dixit. *οὐκ ἔβην ἡγάθην* id est, qui ei sit adiutor. Colloquio) Non in totum nos hic parer diuino colloquio interdicit, aut vetat, ne à Deo per nos meliõra & salutaria petamus, qui scierit Apostolum præcipere, vt sine intermissione oremus: sed ne quis gloria & opinione quadam victus, sanctos contemnat, eorumque preces pro nihilo ducat Operatum. Quod autem) Ab hoc loco incipit exponere, mortuõne preces prosint: declaratq; hanc etiam ante illa tempora positam esse quæstionem. Negligẽte) quõdnam peccatum nostrum Deus negligat, propter preces sacerdotis. Perit autem) Quid peccat sacerdos. Iisq; qui ad sunt, quasi interpres id est, iustis ac piis. Qui in diuina) id est, Quæcunque iuste atque rectè iustus ad Episcopo petit, accipit, sed in iustis.

R



610 SCH. IN LIB. B. DION.

Dictum est enim sancto Petro, Quaecun-
que ligaueris super terrā, & quae sequun-
tur. Sancti autem Petri imitatione sunt E-
piscopi, quemadmodum paulò post dicit.
Pōtifex (Nota pontificij muneris magni-
tudinem, & puritatem. Qui
non sunt initiati, & sunt peccatores) No-
randum est, eum hęc peccatoribus non
oprate, aut precari. Non ab auctore my-
steriorum permotus.) id est, diuino Spi-
ritu.

Petitis, & non accipitis) Hęc verba
sumpta sunt ex Iacobi epistola, quae nos
docent non esse pro malo aliquo homine
vel re petendum. Sic etiā discernendi vim)
De confusione priuatione & separatio-
ne, quae à pontifice habentur: potestates
enim dicit approbationes & diuicatio-
nes in cognoscendo, quas Dei concessu ac
munere habent, quibus malos à bonis, aut
contrā bonos à malis fecerunt. A ratio-
ne auersis cupiditatibus) Notandum est,
si prater Dei voluntatem discernat ponti-
fex: Dei iudicium eum non sequi. Diuino
enim iudicio, non sua voluntate hęc de-
bet concludere. Ei quoque cui, & cetera)
Diuino Petro: Accipite, inquit, Spiritum,
Notandum est, quid Apostolis tribuetur
Spiritus Sanctus, quae eis datus est post re-
surre-

DE ECCLES. HIERAR. 611
surrectionem Domini, vt ita dicam, infla-
tatione, & flatu. Quasi ille) Quomodo ac-
cipiendum sit dictū illud Euāgelij, Quod-
cumque ligaueris, & quae sequuntur *ἴσαρ*
ἡ δεικνύται, id est, Etenim illud de Deo
verbum) Sacram Theologiam dicit verbū
illud, Tu es Christus filius Dei viui, quod
notandum est aduersus Basilidianos, Ne-
storianos, Paulinianos, & similes. *ἕως αὐτῆς*
ἡλικίας) id est, *καθὼς* id est, quatenus.
ἴσαρ) Aduerbum hoc *ἴσαρ*, hoc
loco minimo cum periculo, atque firmis-
sima cum probatione dixit. In sancto or-
tu à Deo) In iis qui baptizantur, primū
esse sanctum oleum, in iis autem qui ex-
cesserūt ē vita, vltimum. Ac tum quidem).
Cur olei perfusio, & iis qui baptizantur,
adhibeatur, & iis qui à vita migrarūt. Cū
suo corpore) Vniuscuiusque animi pro-
prium esse corpus, cum quo etiam premia
accipiet. Itaque vnūquodque eorū san-
ctitatis est particeps: sed cōmuniter quod
vtriusque est cōceditur. Diuinas cōmuni-
ones) Diuinum scilicet decretum & insti-
tutum. Nota autem eum appellare totum
homine eum, qui ex animo mentis parti-
cipe, & corpore concretus est, vt decla-
rant hęc verba, In pura & liquida con-
templatione ac scientia: atque vniuersam



612 SCHOL. IN LIB. B. DION.
salutem dicere : auiui & corporis salutem. Ob eamque causam hoc obseruandum est, vt, cum dixerit aliis verbis, omnino essentiam nostram accepisse Iesum, qui omnem essentiam superat, intelligas ex animo & corpore constare assumptam humanitatem. Precationes autem quæ in mysteriis) Perficientes inuocationes dicit preces, quæ in ordinum creatione adhibentur. Nota autem, cur has, siue sanctas inuocationes, & actiones retineat. (ἱερατικῶν) id est, palā & in vulgus dicere. Pueros verò etiā) Notādum est quid dicat pater hic de baptizandis infantibus. Hæc autem sancto Timotheo scripsit, vt qui interrogasset, vt sit perspicuum, antea eum alia scripsisse ad eos qui rogabant. Sacras) Tum etiam fuisse, qui mysteria nostra irriderent, vt etiam quòd infantes baptizarentur: qui quoniam loqui non possunt, ij qui eos offerunt, pro eis abrenunciant, & fidei sacramenta profitentur, de qua irrisione purgat, cum addit, nobis planè cognita non esse omnia. Enigmatas) id est, ἔνigmatας, id est, cognitatas. Aiunt enim, id quod) Nota, quomodo accepit ex eis qui ante ipsum de pueris dixerant. καθυπερβύτας) καθυπερβύτας, id est, duces & præ

DE ECCL. HIERAR. 613
præceptores dicit Apostolos. Bono in diuinis) Nota, cui tradatur puer à parentibus, quando baptizatur, id est, sponsori qui diuina didicerit, ad sacram sponsonem. καθυπερβύτας) Nota καθυπερβύτας, id est, duces, & magistrum ab eo etiam sponsorem vocari. Est, in sanctis) Vitam scilicet.

F I N I S.

R 3

EX CATALOGO
GENNADII.

Vincentius natione Gallus, apud monasterium in Lirinensi insula presbyter: vir in scripturis sanctis doctus, & notitia Ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus, composuit ad evertenda hereticorum collegia, nitido & aperio sermone validissimam disputationem, quam abscondito nomine suo, attitulavit, Peregrini aduersum hereticos: cuius operis quia secundi libri maximam in scedula partem, a quibusdam furatam perdidit, recapitulato eius paucis sermonibus sensu, primo compegit, & in librum vnum edidit Moritur Theodosio & Valentiano regnantibus.

VIN

VINCENTII LIRINENSIS NATIONE

GALLI, PRO CATHOLICAE
fidei, antiquitate & veritate,
aduersus prophanas om-
nium hereseon no-
uationes.

*esta ce
forme a
exp. pur. gat.
de 2632.
Ano. 1632.*



Decente scriptura & monente,
Interroga patres tuos & dicet tibi: Seniores tuos, & adnuntiabunt tibi. Et iterum: Verbis sapientium adcomoda aurem tuam. Et item: Fili mi hos sermones ne obliuiscaris, mea autem verba custodiat cor tuum. Videtur mihi minimo omnium feruorum Dei peregrino, quod res non minima vtilitatis domino adiuuante futura sit, si ea quae fideliter a sanctis Patribus accepi, literis comprehendam, in firmitati certè propriae pernecessaria: quippe cum adsit in promptu, vnde imbecillitas memoriae meae assidua lectione reparatur. Ad quod me negotium non solum fructus operis, sed etiam

Deut. 13

Prov. 22

Prov. 3



consideratio tēporis, & opportunitas loci adhortatur. Tēpus propterea, quod cūm humana omnia ab eo rapiantur, & nos ex eo aliquid in inuicem rapere debemus, quod in vitam proficiat æternam: præsertim cūm & appropinquātis diuini iudicij terribilis quēdam expectatio augeri, efflagitet studia religionis, & nouorum hæreticorum fraudulentia multum curæ & attentionis indigeat, locus autem quod vrbium frequentias turbasq; virantes, remotioris villulæ & in ea secretum monasterij incolamus habitaculum, vbi absq; magna distractione fieri possit illud, quod canitur in Psalmo: Vacate, & videte quoniam ego sum Deus. Sed & propositi nostri ratio in id conuenit: quippe qui cūm aliquando variis ac tristibus secularis militiæ turbinibus volueremur, tandem nos in portum religionis cunctis semper fidissimū, Christo adspirante condidimus: vt ibi depositis vanitatis ac superbiæ flatibus, christianæ humilitatis sacrificio placātes Deum, non solum præsentis vitæ naufragia, sed etiam futuri seculi incendia vitare possēmus. Sed iam in nomine Domini, quod instat, adgrediar: vt scilicet à maioribus tradita & apud nos deposita scribam, relatoris fide potius quā autoris præsumptione: hac tameo

*Vincētius
adona-
chus fuit.*

Psal. 45

*Vincētius
primum
miles.*

tamen scribendi lege seruata, vt nequaquā omnia, sed tantū necessaria quæq; perstringam: neq; id ornato & exacto, sed facili communiq; sermone: vt pleraq; significata potius, quā explicata videantur. Scribant ij lautē & accuratē, qui ad hoc munus vel ingenij fiducia, vel officij ratione ducuntur: me verò subleuandæ recodationis vel potius obliuionis meæ gratiā commonitorium mihimet parasse suffecerit: quod tamen paulatim recolendo quæ didici, emendare & implere quotidie domino præstāte conabor. Atqui hoc ipsū idcirco præmonui, vt si forte elapsū nobis in manus sanctorum deuenerit, nihil in eo temerē reprehendant, quod adhuc videant promissā emēdatione limandum. Sæpe igitur magno studio & summa attentione perquirens à quamplurimis sanctitate & doctrina præstantibus viris, quoniam modo possim certa quadam & quasi generali ac regulari via, catholice fidei veritate ab hæreticæ prauitatis falsitate discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus ferē retuli. Quod siue ego, siue quis alius vellet exurgentiū hæreticorum fraudes deprehendere, laqueosq; vitare, & in fide sana sanus atq; integer permanere, duplici modo munire fidē suam domino

*Commo-
nitorium.*

*Forte cen-
sorium.*



Rati
vitandi
Hæretico-
rum fu-
cos.

618 VINCENTII
adiuuante deberet. Primò scilicet, diuinæ
legis autoritate: tum deinde Ecclesiæ ca-
tholicæ traditione. Hic forsitan requirat
aliquis: cum sit perfectus scripturarum can-
non sibiq; ad omnia satis superq; sufficiat,
quid opus est, vt ei ecclesiasticę intelligen-
tiæ iungatur autoritas? Quia videlicet
scripturâ factâ pro ipsa sua altitudine non
vno eodemq; sensu vniuersi accipiunt, sed
eiusdē eloquia; aliter atq; aliter, alius at-
que alius interpretatur: vt penè quot ho-
mides sunt, tot illinc sententiæ erui posse
videatur. Aliter namq; illam Nouatianus,
aliter Photinus, aliter Sabellius, aliter Do-
natus exponit, aliter Arrius, Eunomius,
Macedonius, aliter Apollinaris, Priscillianus,
aliter Iouinianus, Pelagius, Celestius,
aliter postremò Nestorius. Atque idcirco
multum necesse est propter tãtos tam va-
rij erroris anfractus, vt Propheticæ &
Apostolicæ interpretationis linea secundū
ecclesiastici & catholici sensus normam
dirigatur. In ipsa item catholica Ecclesia
magnoperè curandum est, vt id teneamus,
quod vbiq; quod semper, quod ab omni-
bus creditum est: hoc est etenim verè pro-
prièq; catholicum (quod ipsa vis nominis
ratioq; declarat) quæ omnia verè vniuer-
saliter cōprehendit. Sed hoc ita demū sit:
fi

si sequamur Vniuersitatem, antiquitatem, Catho-
licam consensionem. Sequemur autem Vniuersi-
tatem hoc modo, si hanc vnâ fidem ve-
ram esse fateamur, quam tota per orbem vniuersi-
terrarum confiteretur Ecclesia. Antiquita-
tem verò ita, si ab his nullatenus sensibus
recedamus, quos sanctos Maiores ac Pa-
tres nostros celebrasse manifestū est. Con-
sensionem quoq; itidē si in ipsa vetustate,
omnium vel certè penè omnium Sacerdo-
tum pariter & Magistrorum definitiones
sententiæq; sectemur. Quid igitur faciet
Christianus catholicus, si se aliqua ecclesię
particula ab vniuersalis fidei communione
præciderit? Quid itaque, nisi vt pestifero
corruptoque membro, sanitatem vniuersi
corporis anteponat? Quid si nouella aliqua
contagio non iam portiunculam tantum,
sed totâ pariter Ecclesiâ commaculare co-
necur? Tunc itè prouidebit, vt antiquitati
inhæreat, quæ profus iam non potest ab
vlla nouitatis fraude seduci. Quid si in ipsa
vetustate, duorū aut triū hominū, vel cer-
tè ciuitatis vnus, aut etiâ prouincię alicuius
error deprehendatur? Tunc omnino cu-
rabit, vt paucorū temeritati vel insecitiæ, si
qua sunt, vniuersaliter antiquitas vniuer-
salis ecclesię decreta præponat. Quid si tale
aliquid emergat, vbi nihil huiusmodi repe-
riatur?

Obiectio-
nes va-
riæ.
Vtique.



riatur? Tunc operâ dabit vt collatas inter se Maiorum consulat interrogetq; sententias: eorum duntaxat qui diuersis licet temporibus & locis, in vnus tamen Ecclesiæ catholicæ cõmuniõne, & fide permanentes, magistri probabiles extiterunt: & quidquid non vnus aut duo tãtum, sed omnes pariter vno eodemq; cõsensu, apertè frequenter perseueranter tenuisse, scripssisse, docuisse cognouerit, id sibi quoq; intelligat absque vlla dubitatione credendum. Sed vt planiora fiant quæ dicimus, exemplis singulatim illustranda sunt, & paulò vberius exaggeranda: ne immodicè breuitatis studio, rerum pondera orationis celeritate rapiantur. Tempore Donati, à quo Donatistæ, cū sese multa pars Aphricæ in erroris sui furias præcipitaret, eumq; immemor nominis, religionis, professionis, vnus hominis sacrilegâ temeritatem Ecclesiæ Christi præponeret, tunc quicumque per Aphricam constituti, prophano schismate detestato, vniuersis mundi Ecclesiis associati sunt soli ex illis omnibus intra sacratia catholicæ fidei salui esse potuerunt: egregiam profectò relinquentes posteris formam, quemadmodum scilicet & deinceps bono more vnus, aut certè paucorum vesania, vniuersorum sanitas antece

Donati
stæ.

anteferretur. Item, quando Arrianorum *Arriani,* venenum, non iam portiunculam quandam, sed penè orbem totum contaminauerat, adeò vt prope cunctis latini sermonis episcopis, partim vi, partim fraude deceptis caligo quædam mentibus offunderetur, quidnam potissimum in tantarum confusione sequendum foret, tunc quisquis verus Christus amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellæ perfidiæ præferendo, nulla cõtagij ipsius peste maculatus est. Cuius quidem temporis periculo satis superq; mōstratum est, quantum inuehatur calamitatis nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem non solum parua res, sed etiam maximæ labefactatæ sunt. Nec enim tantum adfinitates, cognationes, amicitia, domus, verù etiam Vibes, Populi, Prouinciæ, Nationes, vniuersum postremò Romanum imperium funditus concussum, & emotum est. Namque cùm prophana ipsa Arrianorum nouitas, velut quædam Bellona aut Furia, capto priùs omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquã deinceps destitit vniuersa miscere atque vexare, priuata ac publica, sacra, prophanaq; omnia, nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque

*Arriani
perfidia
quantum
malorum
innexerit,*



cunq̄ue collibuisse, tanquã de loco superiore percutere. Tunc temerata coniuges, depopulata, vidua, prophanata virgines, monasteria demolita, disturbati clerici, verberati Leuita, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergastula, carceres, metalla quorum pars maxima interdictis urbibus prorufi atque extorres. Inter deserta, spelucas, feras, saxa, nuditate, fame, siti affecti * cõtriti, & tabefacti sunt. At qui hæc omnia nunquid vllam aliam ob causam, nisi utiq; dum pro caelesti dogmate humanæ superstitiones introducuntur, dum bene fundata Antiquitas scelestã nouitate subruitur, dum superiorum instituta violantur, dum rescinduntur scita Patrum, dum conuelluntur definita maiorum, dum sese intra sacrata atq; incorrupta Vetustatis castissimos limites prophanã ac nouellã curiositatis libido non continet? Sed forsitan odio nouitatis, & amore vetustatis hæc fingimus. Quisquam hoc * æstimat, beato saltem credat Ambrosio, qui in secundo ad imperatorem Gratianum libro, acerbiteratem temporis ipse deplorens, ait: Sed iam satis, inquit, omnipotens Deus nostro exitio, nostroq; sanguine, Cõfessorum neces, exilia Sacerdotum, & nefas tãta impietatis eluimus. Satis claruit,

atriti.

*Existi-
mat.
Ambro-
sius.*

ruit, eos qui violauerunt fidem tutos esse non posse. Item in tertio eiusdem operis libro: Seruemus igitur, inquit, præcepta maiorum, nec hæreditaria signacula auidis temeritate violemus. Librum signatum illum Propheticum, non seniores, non potestates, non angeli, nõ archangeli aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius prærogatiua seruata est. Librum sacerdotale quis nostrum resignare audeat, signatum à confessoribus, & multorum iam martyrio consecratum? Quem qui resignare coacti sunt, postea tamẽ damnata fraude signantur: qui violare non ausi sunt, Confessores & Martyres extiterunt. Quomodo fidem eorum possumus denegare, quorum victoriam prædicamus? Prædicamus, inquam, õ venerande Ambrosi, prædicamus planẽ, laudantesq; miramur. Nam quis ille tam demens est, qui eos, etsi adsequi non valeat, non exoptet sequi, quos à defensione fidei Maiorum nulla vis depulit: non minã, non blandimenta, non vitã, non mortẽ, non palatium, non satellites, non Imperator, non imperium, non homines, non dæmones, quos inquam, pro religiosa Vetustatis tenacitate tanto munere dominus dignos iudicauit, vt per eos prostratas

repa



repararet Ecclesias, extinctos spirituales populos viuificaret, deiectas. Sacerdotum coronas reponeret, nefarias illas nouellæ impietatis non literas, sed lituras, infuso cælitus Episcopis fidelium lachrymarum fonte deleret: vniuersum postremò iam penè mundum, sæua repentiæ hæreseos tempestate percussum, ad antiquã fidem, à nouella perfidia: ad antiquã sanitatem, à nouitatis vesania: ad antiquam lucem à nouitatis cæcitate reuocaret. Sed in hac diuina quadam cõfessionum virtute: illud est etiam nobis vel maximè considerandum, quòd tunc apud ipsam Ecclesiæ ueritatem, non partis alicuius, sed vniuersitatis ab iis est suscepta defensio. Neque enim fas erat, vt tanti ac tales viri vnius, aut duorum hominum errabandas, sibiq; ipsis contrarias suspitiones tam magno molimine adsererent, aut verò pro alicuius prouinciolæ temeraria quadam cõspiratione certarent: sed omnium sanctæ Ecclesiæ Sacerdotum, Apostolicæ & catholice veritatis decreta & definita sectantes, maluerunt semetipsos, quàm uetustæ vniuersitatis fidem proderere. Vnde & ad tantam gloriam peruenire meruerunt, vt non solum Confessores, verùm etiam Confessorum principes iure meritoque habeant

habeantur. Magnum hoc igitur eorundem beatorum exemplum, planeq; diuinum, & veris quibusq; catholicis in defessa meditatione recolendum: qui in modum septeplicis cadelabri, septena sancti spiritus luce radiantem, clarissimã posteris formulam præmonstrarunt, quoniam modo deinceps per singula quæq; errorù vaniloquia, sacratæ ueritatis autoritate prophane nouitatis cõteratur audacta. Neq; hoc sanè nouum, siquidè mos iste semper in ecclesia viguit, vt quò quisq; * floreret religiosior, eò promptius nouellis adin-

Forte foret.

uentibus contraret. Exemplis talibus plena sunt omnia. Sed ne longum fiat, vnum aliquod, & hoc ab apostolica potissimũ sede sumemus: vt omnes luce clarius videant, beatorum Apostolorũ beata successio quanta vi semper, quanto studio, quãta cõtentione defenderit susceptæ semel religionis integritatem. Quondã igitur venerabilis memorię Agrippinus Carthaginensis Episcopus, primus omnium mortalium contra diuinũ canonem, cõsis Epistola vniuersalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium confacerdotum, contra morem ac instituta Maiorũ, rebaptizandum esse censebat. Quæ præsumptio tantum mali inuexit, vt non solum hæreticis

Agrippinus Carthaginensis Episcopus, ite baprisina tis au- ther.



Stephanus
Papa.

626 VINCENTII
omnibus formam sacrilegij, sed etiã quibusdam catholicis occasionem præbuerit erroris. Cùm ergo vndique ad prauitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaquaversum sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur, tunc beatæ memoriæ Papa Stephanus, Apostolicæ sedis Antistes, cum cæteris quidem collegis suis, sed tamen præ cæteris restitit: dignum, ut opinor, existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quãtum loci auctoritate superabat. Denique in Epistola quæ tunc ad Aphticam missa est, idem his verbis sanxit, nihil nouandum, nisi quod traditum est. Intelligebat etenim vir sanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi vt omnia, qua fide à Patribus suscepta forent, eadem fide filiis consignarentur: nõsque religionem non quã vellemus ducere, sed potiùs quã illa duceret sequi oportere: idque esse proprium Christianæ modestiæ & grauitatis, nõ sua posteris tradere, sed à Maioribus accepta seruare. Quis ergo tunc vniuersi negotij exitus: quis vtiq; nisi vñtatus & solitus? Reterta est scilicet Antiquitas, explosa Nouitas. Sed forte tunc ipsi nouitiæ adinventioni patrociniã defuerunt. Imò verò tanta vis ingenij adfuit, tanta eloquentiæ flumina,

ADVERSVS HÆRE. 627
mina, tantus adsertorum numerus, tanta verisimilitudo, tanta diuinę legis oracula, sed planè nouo ac malo more intellecta, vt mihi omnis illa conspiratio nullo modo destrui potuisset videatur, nisi solam tantimoliminis causam ipsa illa suscepta, ipsa defensa, ipsa laudata nouitatis professio destruxisset. Postremò ipsius Africani Concilij siue decreti quæ vires? donante Deo, nullæ: sed vniuersa tanquã somnia, tanquã fabulæ, tanquam superflua, abolita, antiquata, calcata sunt: Et ò rerum mira conuersio. Authores eiusdem opinionis catholici: consecratores verò hæretici iudicantur. Absoluuntur magistri, condemnantur discipuli: conscriptores librorum filij regni erūt, assertores verò gehëna suscipiet. Nam qui illud sanctorum omnium & Episcoporum, & Martyrum lumen, beatissimum Cyprianum, cū cæteris collegis suis in æternum dubitet regnaturum esse cum Christo? Aut quis contrã tam sacrilegus, qui Donatistas & ceteras pestes, quę illius auctoritate Concilij rebaptizare se iactant, in sempiternum neget arsuros esse cum diabolo? Quod quidem mihi diuinitus videtur promulgatũ esse iudicium, qui propter eorum maximè fraudulentiam, qui cū sub alieno nomine hæresim cocianna-

Cyprianus.



*Hæreticorum
rafrictes.*

*Filij
Cham
quis sint
hodie.*

Gene.9

6.8 VINCENTII
re machinentur, captant plerunq; veteris
cuiuspiã viri scripta paulò inuoluriùs æ-
dita, quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati
suo quasi congruant: vt illud nescio quid
quodcunq; proferunt, neq; primi, neq; so-
li sentire videantur. Quorum ego nequi-
tiam duplici odio dignum iudico: vel eò
quòd hæreseos venenum propinare aliis
non pertimescunt: vel eò etiam, quòd san-
cti cuiusq; viri memoriã tanquam sopi-
tosiam cineres prophana manu vtilant,
& quæ silentio sepeliri oportebat rediuisa
opinionè diffamãt: sequentes omninò ve-
stigia authoris sui Cham, qui nuditàtem
venerandi Noë, nò modò operire neglexit,
verùm quoq; irridendã cæteris enun-
ciauit. Vnde tantam læsã pieratis meruit
offensam, vt etiam posteri ipsius, peccati
sui maledictis obligarètur: beatis illis fra-
tribus, longèq; dissimilibus, qui nudità-
tem ipsam reuerendi patris, neq; suis te-
merate oculis, neq; alienis patere volue-
runt, sed auersi, vt scribitur, texerūt eum:
quod est, erratum sancti viri nec appro-
basse, nec prodidisse, atq; idcirco beata in
posteris benedictione donati sunt. Sed ad
propositum redeamus. Magno igitur me-
tu nobis immutatæ fidei, ac temeratæ reli-
gionis piaculum pertimescendũ est à quo
nos

ADVERSVS HÆRE. 629
nos non solùm constitutionis ecclesiasti-
cæ disciplina, sed etiam censura apostoli-
cæ deterret authoritatis. Scitum etenim
cunctis est, quàm grauitè, quàm seuerè,
quàm vehemèter inuehatur in quosdam
beatus Apostolus Paulus, qui mira leuita-
te nimium citò translati fuerãt ab eo, qui
eos vocauerat in gratiam Christi, in aliud
Euangelium, quod non est aliud: qui co-
ceruarant sibi magistros ad sua desideria,
à veritate quidem auditum auertentes,
conuersi verò ad fabulas: habentes dam-
nationem, quòd primam fidem irritant
fecissent. Quos deceperant ij de quibus
ad Romanos fratres scribit idem Aposto-
lus: Rogo autem vos fratres, vt obserue-
tis eos, qui dissensiones & offensa
præter doctrinam quam ipsi didicistis, fa-
ciunt, & declinate ab illis: huiusmodi enim
Christo domino non seruiunt, sed suo
ventri: & per dulces sermones & benedi-
ctiones seducunt corda innocentium. Qui
intran per domos & captiuas ducunt mul-
lierculas oneratas peccatis, quæ ducun-
tur variis desideriis: semper discentes, &
ad scientiam veritatis nunquam peruen-
ientes. Vaniloqui & seductores, qui vni-
uersas domos subuertunt, docentes quæ
non oportet turpis lucri gratia. Homi-
Tit 1

Galat. 1

1. Tim. 4

1. Tim. 5

Rom. 16

1. Tim. 3

Tit 1



1. Tim. 3

2. Tim. 6

1. Tim. 5

1. Tim. 1

1. Tim. 2

2. Tim. 3

Venalicij
errores.

Gal. 1

nos corrupti mente, reprobique quidem: superbi, & nihil scientes, sed laqueantes circa quaestiones, & pugnas verborum, qui veritate privati sunt, existimantes quae sunt esse pietatem: simul autem & otiosi, discunt circumire domos non solum angelus, sed & verbosi & curiosi, loquentes quae non oportet. Qui bonam conscientiam repellentes, circa fidem naufragaverunt. Quorum prophana vaniloquia multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit. Bene autem quod de iis item scribitur. Sed ultra non proficiunt: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Cum ergo tales quidam circumvenientes provincias & civitates, atque errores venalicios circumferendo etiam ad Galatas devenissent, cumque his auditis Galatae nausea quadam veritatis adfecti apostolicae catholicaeque doctrinae manna reuolventes haereticorum novitatis sordibus oblectaretur, ita sese apostolicae potestatis exercebat auctoritas, ut summa cum severitate decerneret. Sed licet aut nos, inquit, aut angelus de caelo euangelizet vobis, praeterquam quod euangelizauimus: anathema sit. Quid est quod ait, Sed licet nos? Cur non potius, sed licet ego? Hoc est, etiam si Petrus, etiam si Andreas, etiam si Ioannes, etiam si po

si postremo omnis Apostolorum chorus euangelizet vobis, praeterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Tremenda diffinitio: propter adserendam primi fidei tenacitatem, nec sibi, nec ceteris Coapostolis pepercuisse. Parum est, etiam si angelus, inquit, de caelo euangelizet vobis praeterquam quod euangelizauimus: anathema sit. Non suffecerat ad custodiam traditae semel fidei, humanae conditionis commemorasse naturam, nisi angelicam quoque excellentiam comprehendissent: Licet nos, inquit, aut angelus de caelo. Non quia sancti caelestisque angeli peccare iam possint, sed hoc est quod dicit: Si etiam, inquit, fiat quod non potest fieri, quisquis ille traditam semel fidem mutare tetauerit: anathema sit. Sed haec forsitan perfunctorie praelocutus est, & humano potius effudit impetu quam diuina ratione defauit. Absit. Sequitur enim, & hoc ipsum ingenti molimine iteratam insinuationis inculcat. Sicut praediximus, inquit, & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit. Non dixit: Si quis vobis adnunciauerit praeterquam quod accepistis, benedictus sit, laudetur, recipiatur: sed anathema sit, inquit, id est, separatus, segregatus, exclusus, ne vnus quis dirum contagium, innoxium gregem Christi vene-

Anathema ali-
que fieri
quid.



Galat. 5

nata permixtione contaminet: Sed forsitā Galatis ista tantum præcepta sunt. Ergo & ista solis Galatis imperata sunt, quæ in eiusdem Epistolæ sequentibus commemorantur. qualia sunt hæc: Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus: Nō efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē prouocantes, inuicem inuidentes. Et reliqua. Quōd si absurdum est, & omnibus ex æquo imperata sunt, restat, vt sicut hæc morum mandata, ita etiam illa, quæ de fide cauta sunt, omnes pari modo comprehendant. Et, si cuti nemini licet inuicem prouocare, aut inuidere inuicem, ita nemini liceat præter id quod ecclesia catholica vsquequaque euangelizat, accipere. Aut forsitā tunc iubebatur, si quid adnunciasset præterquam quod adnūciatum fuerat, anathematizari: nunc verō iam non iubetur. Ergo & illud quod idem ibi ait: Dico autem, spiritu ambulare, & desiderium carnis non perficere, tunc tantum iubebatur, modo verō iam non iubetur. Quod si impium pariter & perniciosum est ita credere, necessariō sequitur, vt sicut hæc cunctis ætatibus obseruanda sunt, ita illa quoque quæ de non mutanda esse sancita sunt, cunctis ætatibus imperata sint. Adnūciare ergo aliquid Christianis catholicis præter id quod

accepe

acceperunt, nunquam licuit, nusquam licet, nunquam licebit: & anathematizare eos qui adnūciant aliquid, præterquam quod semel acceptum est nunquam non oportuit, nunquam non oportet, nunquam non oportebit. Quæ cum ita sint, est ne aliquis vel tantæ audaciæ, qui præter id quod apud ecclesiam annūciatum est, adnūciet: vel tantæ leuitatis, qui præter id quod ab ecclesia accepit, accipiat? Clamet, & repetendo clamet, & omnibus, & semper, & vbique per literas suas clamet ille, ille Vas electionis, ille magister gentium, ille Apost. tuba, ille terrarum præco, ille cælorū conscius, vt si quis nouum dogma annūciauerit, anathematizetur. Et contrā reclamant ranæ quædā & cyniphes, & muscæ morituræ, quales sunt Pelagiani, & hoc catholicis? Nobis, inquiunt, authoribus, nobis principibus, nobis expositoribus damnate quæ tenebatis, tenere quæ dānabatis, reuicite antiquam fidem, paterna instituta, Maiorum deposita, & recipite, quoniam illa eādem Horreo dicere, sunt enim tā superba, vt mihi nō modō adfirmari, sed ne refelli quidē sine aliquo piaculo posse videātur. Sed dicit aliquis. Cur ergo persæpe diuinitus sinuntur excellentes quædam personæ, in

*Cur inter
dū mag-
ni viri
sinantur
rerum
nouarū
in eccle-
sia fieri
authores.*



ecclesia cōstitutę res nouas catholicis adnūciare: Recta interrogatio, & digna quę diligētius atq; vberius pertractetur: cui tamen nō ingenio proprio, sed diuinę legis autoritate, ecclesiastici magistri documēto satisfaciēdū est. Audiamus ergo sanctum Moſem, & ipse nos doceat, cur docti viri, & quę propter sciētię gratiā ab Apostolo etiā Prophetę nuncupantur, proferre interdum permittātur noua dogmata, quę vetus testamētum allegorico sermone Deos alienos appellare cōsuevit, eō q̄ scilicet ita ab hæreticis ipsorum opiniones, sicut à Gentilibus dij sui obseruātur. Scribit ergo in Deuteronomio beatus Moſes. Si surrexerit, inquit, in medio tui Prophetā, aut qui somniū se vidisse dicat: id est, Magister in Ecclesia cōstitutus, quem discipuli vel auditores sui ex aliqua reuelatione docere arbitrentur. Quid deinde? Et prædixerit, inquit, signū atq; portentū, & euenerit quod locut⁹ est: Magnus profecto nescio quis significatur: Magister, & tantę sciētię, qui sc̄ptatoribus propriis nō solūm quę humana sunt nosse, verūm etiā quę supra hominē sunt prænoscere posse videatur, quales ferē discipuli sui iactitāt fuisse Valentinū, Donatū, Phorinū, Apollinarem, ceterosq; eiusmodi. Quid postea? Et

Dij alieni noua dogmata. Den. 13

Et dixerit, inquit, tibi, eamus & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis. Qui sunt Dij alieni, nisi errores extranei, quos ignorabas, id est, noui, & inauditi? Et seruiamus eis, id est, credamus eis, sequamur eos. Quid ad extremum? Non audies, inquit, verba Prophetę illius, aut somnatoris. Et quare, oro te, à Deo non prohibetur doceri, quod à Deo prohibetur audiri? Quia, inquit, tentat vos Dominus Deus vester, vt palām fiat, vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Luce clarius aperta causa est, cur interdū diuina prouidentia quosdam ecclesiarum Magistros noua quædam dogmata predicare patiatur: vt tētet vos, inquit, Dominus Deus vester. Et profecto magna tētatio est, cum ille quem tu Prophetam, quem Prophetarum discipulum, quem doctorem & adfertorem veritatis putes, quem summa veneratione & amore cōplexus sis, is subito latenter noxios subinducat errores, quos nec citō deprehendere valeas, dum antiqui magisterij ducis præiudicio: nec facile dānare fas ducis dū magistri vereris impediris affectu. Hic forsitan efflagitet aliquis vt ea quę sancti Moſei verbis adserta sunt, ecclesiasticis aliis quibus demōstrentur exēplis. Æqua expositio

Hereses quare deus oriri patiatur.

Tentatio maxima.



Nestorius.

Nestorius qualis.

stulatio, nec diu differenda. Nam vt à proximis & manifestis incipiam, qualè fuisse nuper tentationem putamus, cum infelix ille Nestorius subito ex oue conuersus in lupum, gregem Christi lacerare cœpisset: cum eum hi ipsi qui rodebatur ex magna adhuc parte ouem crederent: idèoque morsibus eius magis paterent. Nam quis eum facillè errare arbitrareretur, quem tanto imperij iudicio electum, tanto sacerdotum studio profecutum videret? qui cum magno sanctorum amore, summo populi fauore celebraretur quotidie, palà diuina tractabat eloquia, & noxios quoque Iudæorum & Gentilium confutabat errores. Quo tandem isto modo nò cuius fidè facere, se recta docere, recta prædicare, recta sentire? Qui vt vni heresi suæ aditum patefaceret, eundem hèreson blasphemias insectabatur. Sed hoc erat illud quod Moses ait; Tentat vos dominus Deus vester si diligatis eum, an non. Et vt Nestoriù præcreamus, in quo plus semper admirationis quàm vilitatis, plus famè quàm experientia fuit: quem opinione vulgi aliquàdiu magnum humana magis fecerat gratia, quàm diuina: eos potius commemoremus, qui multis profectibus multaque industria præditi, nò parue tentationis catholicis

tholicis hominibus extiterunt, velut apud Pannonios maiorum memoria Photinus nus. Ecclesiã Smyritanã tenasse memoratur. Pannonijs. Vbi cum magno omnium fauore in sacerdotium fuisset ascitus, & aliquandiu tanquam catholicus administraret, subito sicur malus ille Propheta aut somnioror, quem Moses significat, creditam sibi plebem Dei persuadere cœpit, vt sequeretur deos alienos, id est, errores extraneos, quos antea nesciebat. Sed hoc vitatum: illud verò perniciosum, quòd ad rãtùm nefas non mediocribus adminiculis vtebatur, nam erat & ingenij viribus valens, & Photinodoctrinæ opibus excellens, & eloquio præpotens: quippe, qui vtroque sermone copiose & grauitè disputaret & scriberet: quod monumētis librorum suorum manifestatur, quos idè partim Græco, partim Latino sermone cõposuit. Sed bene, quòd commissa ipsi oues Christi, multum pro catholica fide vigilantes & cautè, citò ad præmonētis Mosis eloquia respexerunt: & Prophetæ atq; pastoris sui, licet admirarètur eloquētiã, tentationè tamè nò ignorarunt. Nã què antea quasi arietem gregis sequebantur, eundè deinceps veluti lupum fugere cœperunt. Neq; solùm Photini, sed etiam Apollinaris exèplo istius ecclesiasticæ



astica tentationis periculum discimus, & simul ad obseruandam diligentiam fidei custodiam comonemur. Etenim ipse auditoribus suis magnos actus, & magnas generauit angustias: quippe cum eos hinc Ecclesie traheret autoritas, hinc Magistri retraheret consuetudo: sic inter utraq; nutabundi & fluctuantes, quid potius sibi seligendum foret, non expediunt. Sed forsitan eiusmodi ille vir erat, qui dignus esset facile contemni. Imò verò tantus ac talis, cui nimium citò in plurimis crederetur. Nam quid illo prestantius, acumine, exercitatione, doctrina? quam multas ille hæreses multis voluminibus oppresserit, quos inimicos fidei confutauerit errores, iudicio est opus illud, triginta nò minus librorum nobilissimum ac maximū, quo insanas Porphyrij calūnias magna probationū mole confudit. Longū est vniuersa ipsius opera commemorare, quibus profectò summis ædificatoribus Ecclesie pars esse potuissent: nisi prophana illa hæretica curiositatis libidine, nouum nescio quid inuenisset, quo & cunctos labores suos velut cuiusdam lepræ admixtione fœdaret, & doctrina eius non tam ædificatio, quam têtatio potius ecclesiastica doceretur. Hic à me forsitan deprecatur, vt horum quos supra commemorauit

Apollinarius præstantia.

morauit hæreses exponam: Nestorij scilicet Apollinaris & Photini. Hoc quidè ad rem de qua nunc agimus non atinet: propositum etenim nobis est, non singulorum errores persequi, sed paucorum exempla proferre quibus euidenter ac perspicuè demonstretur illud quod Moses ait: Quia scilicet, si quādo ecclesiasticus aliquis magister & ipse interpretandis prophetarum mysteriis Propheta, noui quiddam in ecclesia Dei tētet inducere, ad tētationem id nostrā fieri prouidentia diuina patitur. Vtile igitur fuerit in excursu, quid supra memorati hæretici sentiant, breuiter exponere. i. Photinus, Apollinaris, Nestorius. Photini ergo secta hæc est: dicit Deū singulū esse & solitarium, & more Iudaico confitendum. Trinitatis plenitudinem negat, neq; vllā Dei verbi, aut vllā spiritus sancti putat esse personā: Christum verò, hominem tantummodò solitariū adserit, cui principū adseribit ex Maria: & hoc omnibus modis dogmatizat, solā nos personā Dei patris, & solū Christū hominē colere debere. Hæc ergo Photin. Apollin. verò in vnitatē quidē trinitatis quasi consentire se iactat, & hoc ipsum plena fidei sanitate: sed in dñi incarnatione aperta professione blasphematur. Dicit enim in ipsa Saluatoris nostri carne, aut

Photini secta.

Apollinaris secta.



aut animam humanam penitus non fuisse, aut certè talem fuisse, cui mens & ratio non esset. Sed & ipsam Domini carnem, non de Sanctæ virginis Mariæ carne fuisse pram, sed de cœlo in virginem descēdisse dicebat: eamque nutabundus semper & dubius, nō modò cœternam Deo verbo, modò de verbi diuinitate factam predicabat: nolebat enim in Christo esse substantias: vnam diuinam, alterā humanam: vnā ex parte, alteram ex matre: sed ipsam verbi naturam putabat esse discissam; quasi aliud eius permaneret in Deo, aliud verò versum fuisset in carnē: vt cū veritas dicat ex duabus substantiis vnum esse Christum, ille contrarius veritati ex vna Christi diuinitate duas adserat factas esse substantias. Hæc itaque Apolo. Nestorius autem contrario Apollinari morbo, dum se duas in Christo substantias distinguere simulat, duas introducit repente personas: & inaudito scelere duos vult esse filios Dei, duos Christos, vnum Deū, alterū qui sit generatus ex matre. Atque idē adserit sanctam Mariam non *θετόκου*, sed *χριστο-
τίνου* esse dicendam, quia scilicet ex ea nō ille est Christus qui Deus, sed ille qui erat homo, sit natus. Quod si quis eum putat in literis suis vnum Christum dicere, & vnā Christi

Nestori
error.

Christi prædicare personam, non temere credat: Aut enim istud fallendi arte machinatus est, vt per bona facilius suaderet & mala; sicut ait Apostolus. Per bonum mihi operatus est mortem. Aut ergo vt diximus, fraudulentæ causa quibusdam in locis scriptorum suorum vnum Christum, & vnā Christi personā credere se iactat: aut certè post partū iā virginis ita in vnū Christū duas perhibet cōuenisse personas, vt tamen cōceptus seu partus virginei tempore, & aliquātō postea duos Christos fuisse contendat. Et cū scilicet Christus homo communis primū & solitarius natus sit, & necdū Dei verbi personæ vnitate sociatus, postea in eum adsumptus verbi persona descenderit: & licet nunc in Dei gloria maneat adsumptus aliquandiu, tamen nihil inter illum & ceteros homines interfuisse videatur. Hæc ergo Nestorius, Apollinaris, Photinus aduersus catholicā fidem rabidi canes larrat: Photinus trinitatē nō confitendo, Apollinaris cōuertibilem verbi dicēdo naturam, & duas in Christo substantias nō cōfitēdo, & aut totā Christi animā, aut certè mentē atq; rationē in anima denegando, & adserendo pro sensu mētis fuisse Dei verbum: Nestorius duos Christos, aut semper esse,

Rom. 7



aut aliquandiu fuisse adseuerado. Ecclesia
verò catholica, & de Deo & de Salvatore
nostro recta sentiens, nec in Trinitatis my-
steriū, nec in Christi incarnationem blas-
phemat: nam & vnā diuinitatē in Trinita-
tis plenitudine, & Trinitatis æqualitatē in
vna atq; eadē maiestate veneratur: & vnū
Christū Iesum, non duos eundēque Deū
Patrem atque hominem confitetur. Vnam
quidem in eo personam, sed duas substan-
tias: duas substantias, sed vnā credit esse
personam duas substantias. quia mutabile
non est verbū Dei, vt ipsum verteretur in
carnem: vnam personam ne duos profi-
tendo filios, quaternitatē videatur colere,
non Trinitatem. Sed operæ precium est, vt
id ipsum etiam atq; etiā distinctius, & ex-
pressius enucleemus. In deo vna substātia,
sed tres personæ: in Christo duæ substan-
tiæ: sed vna personæ: in trinitate alius atq;
ali^o, nō aliud atq; aliud: in Salvatore aliud
atq; aliud, non alius atq; alius. Quomodo
in trinitate alius atq; alius, non aliud atq;
aliud? Quia, scilicet alia est persona patris, alia fi-
lij, alia spiritus sancti: sed tamen patris, &
filij & spiritus sancti, nō alia & alia, sed vna
eadēque natura. Quomodo in Salvatore
aliud atq; aliud, non alius atq; alius? Quia
videlicet altera substantia diuinitatis, al-
tera

tera humanitatis: sed tamen Deitas & hu-
manitas: non alter & alter, sed vnus idē-
que Christus, vnus idēque filius Dei, &
vnus eiusdēque Christi & filij Dei vna
eadēque persona. Sicut in homine aliud
caro, & aliud anima, sed vnus idēque ho-
mo anima & caro. In Petro & Paulo aliud
anima, aliud caro, nec tamen duo Petri ca-
ro & anima, aut alter Paulus anima, & al-
ter caro: sed vnus idēque Petrus vnus,
idēque Paulus, ex duplici diuersaq; sub-
sistens animi corporisq; natura. Ita igitur
in vno eodēque Christo duæ substantiæ
sunt: sed vna diuina, altera humana: vna
ex patre Deo, altera ex matre virgine: vna
coeterna & æqualis patri, altera cōsubstan-
tialis matri: vnus tamē idēque Christus
in vtraque substātia. Nō ergo alter Chri-
stus Deus, alter homo: nō alter increatus,
alter creatus: non alter impassibilis, alter
passibilis, non alter æqualis patri, alter mi-
nor patre: nō alter ex patre alter ex matre,
sed vnus idēque Christus Deus & homo:
idem nō creatus, & creatus: idem incom-
mutabilis & impassibilis: idem commuta-
tus & passus: idem Patri & æqualis & mi-
nor: idem ex patre ante seculū genitus,
idem in seculo ex matre generatus: perfe-
ctus Deus, perfectus homo: in Deo summa



644. VINCENTII
diuinitas, in homine plena humanitas.
Plena, in quā, humanitas, quippe quę ani-
mam simul habeat & carnem, sed carnem
veram nostram, maternam: animam verò
intellectu præditam, mēte, ac ratione pol-
lentem. Est ergo in Christo verbum, ani-
ma, caro: sed hoc totū vnus est Christus,
vnus filius Dei, & vnus Saluator ac redem-
ptor noster. Vnus autem non corruptibili
nescio qua diuinitatis & humanitatis cō-
fusione, sed integra & singulari quadam
vnitate personæ. Neque enim illa coniun-
ctio alterum in alterum conuertit atque
mutauit, qui est error proprius Ariano-
rum, sed ita in vnū potius vtrunque cōpe-
git, vt manente semper in Christo singu-
laritate vnus eisdemq; personæ, in æter-
nū quoque permaneat proprietates vnus-
cuiusque naturæ: quo scilicet nec vnquam
Deus corpus esse incipiat, nec aliquando
corpus, corpus esse desinat: quod etiā hu-
manæ cōditionis demonstratur exemplo.
Neque enim in præsentī rātum, sed in fu-
turo quoque vnusquisq; hominū cōstabit
ex corpore & anima, nec tamen vnquā aut
corpus in animam, aut anima vertetur in
corpus: sed vnoquoque hominum sine si-
ne viçturo, in vnoquoque hominum sine
sine necessariō vtriusq; substantiæ differētia
per

ADVERSVS HÆRE. 645
permanebit. Ita in Christo quoq; vtriusq;
substantiæ suæ cuiq; in æternū proprietates,
salua tamen personæ vnitate, retinēda est.
Sed cū personam sæpius nominamus, &
dicimus quòd Deus persona homo factus
sit, vehemētē verendum est, ne hoc dicere
videamur, quòd Deus verbum sola imita-
tione actionis quæ sunt nostra susceperit,
& quidquid est, illud est cōuersationis hu-
manæ, quasi adumbratus, non quasi verus
homo fecerit: sicut in theatris fieri solet,
vbi vnus plures effingit repente personas,
quarū ipse nulla est. Quotiescunq; etenim
aliqua suscipitur imitatio actionis alienę,
ita aliorum officia aut opera patrantur, vt
tamen hi qui agunt, non sint ipsi quos
agūt. Neque enim vt verbi gratia, secula-
rium & Manichæorum vtamur exemplis,
cū actor tragicus sacerdotē effingit aut
regem, sacerdos aut rex est: nam dehinc
actū, simul & ea quæ susceperat persona
desistunt Absit hoc à nobis nefarium sce-
leratūque ludibrium, Manichæorum sit *Mani-*
ista dementia, qui phantasie prædicatores, *chæi.*
aiunt filium Dei Deum, personā hominis
non substantiū extitisse, sed actū putatiuo
quodam & conuersione simulasse. Catho-
lica verò fides ita verbum Dei hominem
factum esse dicit, vt quæ nostra sunt non



646 VINCENTII
fallaciter & adūbratè , sed verè expressèq;
susceperet:& quæ erāt humana, non quasi
aliena imitaretur, sed potiùs, vt sua gere-
ret & prorsus quid agebat, hoc etiā esset. Si
cut ipsi nos quoque in eo quod loquimur,
sapimus, viuimus, subsistimus, non imita-
mur homines, sed sumus. Nec; enim Petr⁹
& Ioānes vt eos potissimū nominem, imi-
tando erāt homines, sed subsistēdo. Neque
enim Paulus simulabat Apostolū, aut sin-
gebat Paulum, sed erat Apostolus, & sub-
sistebat Paulus. Ita etiā Deus verbum ad-
sumendo & habendo carnem , loquendo,
faciendo , patiendo per carnem , sine vlla
tamen suæ corruptione naturæ , hoc omni-
nino præstare dignatus est, vt hominem
perfectum nō imitaretur aut fingeret, sed
exhiberet : vt homo verus non videretur
aut putaretur, sed esset atque subsisteret.
Igitur sicut anima connexa carni , nec in
carnem tamen versa, non imitatur homi-
nem, sed est homo, & homo non per simu-
lationem , sed per substantiam : ita etiam
verbum Deus, absque vlla sui conuersione
vniendo se homini, non cōfundendo, non
imitando factus est homo, sed subsistendo.
Abiiciatur ergo tota penitus personæ il-
lius intelligentia, quæ fingēdo imitatione
suscipitur: vbi semper aliud est, & aliud si-
mula

ADVERSUS HÆRE. 647
mulatur, vbi ille qui agit, nūquam is est,
quæ agit. Absit etenim, vt hoc fallaci mo-
do Deus verbū hominis personam susce-
pisse credatur, sed ita potiùs, vt incōmuta-
bili sua manente substātia, & in se perfecti
hominis suscipiendo naturam , ipse caro,
ipse homo, ipse persona hominis existeret,
non simulatoria, sed vera : non imitativa,
sed substātiua: nō denique quæ cū actione
desisteret, sed quæ prorsus in substātia per-
maneret. Hæc igitur in Christo personæ
vnitas, nequaquā post virginis partum, sed
in ipso virginis vtero cōpacta atque perfe-
cta est. Vehemēter enim præcauere debe-
mus, vt Christū non modò vnū: sed etiam
semper vnū cōfiteamur: quia intoleran-
da blasphemia est, vt etiā si nunc eū vnū
esse concedas, aliquando tamen nō vnū,
sed duos fuisse contendas: vnū scilicet post
tēpus baptismatis, duos verò sub tempore
natiuitatis. Quod immensum sacrilegiū nō
aliter profecto vitare poterimus, nisi vni-
tum hominē Deo, in vnitrate personæ non
ascēsu vel resurrectione, vel baptismo, sed
iam in matre, iā in vtero, iā deniq; in ipsa
virginali conceptione fateamur: propter
quā personæ vnitatē, indifferenter ei atque
promiscuè & quæ Dei sunt propria tribu-
untur homini : & quæ carnis propria, ad-



648 VINCENTII
scribuntur Deo. Inde est enim quod diu-
nicus scriptum est: Et filium hominis
descendisse de cœlo, & dominum maie-
statis crucifixum in terra: Inde etiam est,
vt carne domini facta, carne domini crea-
ta, ipsum verbum Dei factum, ipsa sapientia
Dei impleta, scientia creata dicatur, si-
cut in præscientia, manus ipsius & pedes
fossi esse referuntur. Per hanc, inquam,
personę vnitatem illud quoq; similis my-
sterij ratione perfectum est, vt carne verbii
ex integra matre nascente, ipse Deus ver-
bum natus ex virgine catholicissimè cre-
datur, impiissimè denegetur. Quę cum ita
sint, absit vt quiquam sanctam Mariam
diuinę gratię priuilegijs vt speciali gloria
fraudare conetur. Est enim singulari quo-
dam Domini ac Dei nostri, filij autem sui
munere verissimè, ac beatissimè *dyonios*
confitenda. Sed non eo modo *dyonios*, quo
impia quædã heresis suspicatur, quę adse-
rit eam Dei matrē sola appellatione dicen-
dam, quę eum scilicet pepererit hominē,
qui postea factus est Deus: sicut dicimus
presbyteri matrē, aut Episcopi matrem,
non iam presbyterū aut episcopum parien-
do, sed eum generādo hominē, qui postea
presbyter vel Episcopus factus est. Non
ita inquam, sancta Maria *dyonios*: sed ideo
potius,

ADVERSVS HÆRE. 649
potius, quoniam, vt suprā dictum est, iam
in eius sacramento vtero sacrosanctū illud my-
sterium perpetrātū est, quod propter sin-
gularem quandam atque vnicam personę
vnitatem sicut verbum in carne caro, ita
homo in Deo Deus est. Sed iam ad ea
quę suprā de memoratis hæresibus, vel
de catholica fide breuiter dicta sunt, re-
nouanda causa memorię, breuius stri-
ctiusque repetamus: quo scilicet & intel-
ligantur iterata plenius, & firmitus incul-
cata teneantur. Anathema igitur Photino
non recipienti plenitudinem trinitatis, &
Christum hominem tantummodo solitari-
um prædicanti. Anathema Apollinari,
adserenti in Christo conuersę diuinitatis
corruptionem & auferenti perfectę huma-
nitatis proprietatē. Anathema Nestorio,
neganti ex virgine Deum natum. adserenti
duos christos, & explosa trinitatis fide qua
ternitatem nobis introducenti. Beata vel
catholica Ecclesia, quę vnū Deū in tri-
nitatis plenitudine & item trinitatis æqua-
litate in vna diuinitate veneratur: vt neq;
singularitas substantiæ personarū confun-
dat proprietatem, neq; item trinitatis di-
stinctio vnitatem separet deitatis. Beata,
inquam, Ecclesia, quę in Christo duas ver-
tas perfectasq; substantias, sed vnā Christi



650 VINCENTII
credit esse personā: vt neq; naturarum di-
stinctio vnitatē personā diuidat, neq; item
personę vnitatis differentiā confundat sub-
stantiarum. Beata, inquā, Ecclesia, quę vt
vnum semper Christū, & esse & fuisse fa-
teatur, vnitū hominē Deo non post partū,
sed iam in ipso matris vtero cōstitur. Bea-
ta, inquam, Ecclesia, quę Deum factū ho-
minem non conuersione naturę, sed per-
sonę ratione intelligit: personę autē non
simulatorię & transeuntis, sed substātiuę
ac permanentis. Beata, inquā, Ecclesia, quę
hanc personę vnitatē tantam vim habere
prędicat, vt propter eam miro ineffabiliq;
mysterio & diuina hominī & Deo adscri-
bat humana: Nam propter eam & homi-
nem de cęlo secundum Deum descendisse
non abnegat, & Deum secundū hominem
credit in terra factū, passum, & crucifixū.
Propter eam denique & hominē Dei filiū,
& Deū filiū virginis confitetur. Beata igitur
ac venerāda, benedicta & sacrosancta,
& omnino superna illa illi angelorū lau-
dationi cōparanda cōfessio quę vnum do-
minū Deū trina sanctificatione glorificat.
Idcirco etenim vel maximē vnitatē Chri-
sti prędicat, ne mysteriū trinitatis excedat.
Hęc in excursu dicta sint, aliās si Deo pla-
uerit, vberius tractāda & explicāda. Nunc
ad

ADVERSVS HÆRE. 651
ad propositū redeamus. Dicebamus ergo
in superioribus, q; in ecclesia Dei tentatio
esset populi, error Magistri: & tātō maior
tentatio, quantō ipse esset doctior qui er-
raret. Quod primū scripturę autoritate,
deinde ecclesiasticis docebamus exemplis:
eorū scilicet cōmemoratione, qui cū ali-
quandiu sanę fidei forēt habiti, ad extre-
mum tamē, aut in alienā decidissent sectā,
aut ipsi suā haresim condidissent. Magna
profectō res, & ad discendū vilis, & ad re-
colendū necessaria, quā etiam atq; etiam
exemplorum molibus illustrare atque in-
culcare debemus: vt omnes ferē catholici
nouerint se cū ecclesia doctores recipere,
non cum doctoribus Ecclesię fidem dese-
rere debere. Sed ego ita arbitror, quod cū
multos in hoc tētandi genere proferre va-
leamus, nemo penē sit, qui Origenis tenta-
tioni valeant comparari: in quo plura adeō
pręclara, adeō singularia, adeō mira exti-
terunt, vt inter iniria habendā cunctis ad-
sertionibus eius fidē, quibus facillē iudica-
ret. Nā si vita facit autoritatē, magna illi
industria, magna pudicitia, patiētia, tolerā-
tia: si genus vel eruditio, quid eo nobilius,
qui primū in ea domo natus est, quę est il-
lustrata martyrio? Deinde pro Christo nō
solū patre, sed omni quoque facultate pri-
uatus,

Origenes.

*Origenis
genus &
eruditio.*



natus, tantū inter sanctæ paupertatis profecit angustias, vt pro nomine dominicæ confessionis, sapius, vt ferūt, adligeretur. Neq; verò hæc in illo sola erant, quæ cuncta postea tétationi forent: sed tâta etiam vis ingenij, tam profundi, tam acris, tam elegantis, vt omnes penè multum longeq; superarit: tanta doctrinæ ac totius eruditionis magnificentia, vt pauca forent diuinæ, penè fortasse nulla humanæ Philosophiæ, quæ non penitus adsequeretur. Cuius scientiæ cū Græci non crederent, Hebræa quoq; elaborata sunt. Eloquentiam verò quid memorem? Cuius fuit tam amœna, tam læta, tã dulcis oratio, vt mihi ex ore ipsius non tam verba, quàm mella quædã fluxisse videantur. Quæ non ille persuasū difficilia disputandi viribus elympidauit? Quæ factu ardua, nō vt facillima viderentur, effecit? Sed forsitan argumentorū tantūmodo nexibus adfertiones suas texuit. Imò planè nemo vnquam Magistrorum fuit, qui pluribus diuinæ legis vteretur exemplis. Sed credo pauca conscripsit. Nemo mortalium plura: vt mihi sua omnia non solūm perlegisse, sed ne inueniri quidem posse videatur. Cui ne quidquam ad scientiæ instrumenta deesset, etiam plenitudo exabundauit ætatis. Sed forsitan discipulis

Sic fortassis, Cuius scientia cum gratia cederet etc. Melle dulcior Origenis oratio.

Nemo Origene plura conscripsit. Visum enim usque ad annum lxx.

scipulis parūm scilicet. Quis vnquam felicior? Nempe innumeris ex sinu suo Doctores, innumeris Sacerdotes, Confessores, & Martyres extiterunt. Iam verò quanta apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit, quis exequi valeat? Quis nō ad eū paulò religiosior, ex vltimi mundi partibus aduolauit? Quis Christianorum non vt prophetā: quis Philosophorum, nō vt Magistrū veneratus est? Quam autem non solum priuata conditioni, sed ipsi quoq; fuerit reuerendus. Imperio, declarant historiæ, quæ eum à matre Alexandri Imperatoris accitum ferunt, cælestis utiq; sapientiæ meritò, cuius & ille gratia & amore flagrabat. Sed & eiusdem epistolæ testimoniū perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorū principum Christianus fuit, Christiani magistris autoritate cōscripsit. De cuius incredibili quadam conscientia, si quis referentibus nobis Christianum nō accipit testimonium, saltē testificantibus Philosophis gentilem recipiat confessionem. At namq; impius ille Porphyrius excitum se famam ipsius Alexandriā ferè puerum perrexisse, eum vidisse iam senem: sed planè tantumq; qui arcē totius scientiæ cōdidisset Dies me citius defecerit, quàm ea quæ

Scribit hac de re Euseb. Ecclesiastica bibl. 6. de Origenis testimonium. foris disset.



quæ in illo viro præclara extiterunt, vel ex minima saltim parte perstringantur: quæ tamen non solum ad religionis gloriam, sed etiam ad tationis magnitudinem pertinebant. Quotus enim quisque tanti ingenij, tantæ doctrine, tantæ gratiæ virum aut facile deponeret, ac non potius illa vteretur sententia, se cum Origene errare malle, quam cum aliis vera sentire? Et quid plura? eodem res decidit, ut tantæ personæ, tantum doctoris, tantum Prophetæ, non humana aliqua, sed ut exitus docuit, nimium periculosa tentatio plurimos à fidei integritate deduceret. Quapropter hic idem Origenes tantus ac talis dum gratia Dei insolentius abutitur, dum ingenio suo nimium indulget, sibi quæ sitis credit, cum parumpendit antiquam Christianæ religionis simplicitatem, dum se plus cunctis sapere præsumit, dum Ecclesiasticas traditiones, & veterum magisteria contemnens, quædam scripturarum capitula nouo more interpretatur, meruit ut de se quoque Ecclesia Dei diceret. Si surrexerit in medium tuum Propheta. Et Paulo post: Non audies, inquit, verba Prophetæ illius. Et iterum: Quia tentat vos, inquit, Dominus Deus vestestrum, utrum diligatis eum, an non. Verè non solum tentatio, sed etiam magna tentatio, dedita sibi atque in se pendentem Ecclesiam admiratione ingenij, scientiæ, eloquentiæ conuersationis & gra

Sententia hæc fuit Ciceronis de Platonis libro 1. Tusculana. Origenes Dei donis insolentius abusus.

& gratiæ, nihil de se suspicantem, nihil se veretum, subito à veteri religione in nouam prophanitatem sensim paulatimque traducere. Sed dicit aliquis, corruptos esse Origenis libros. Non resisto, quin potius & malo: Nam id à quibusdam & traditum, & scriptum est, non catholicis tantum, sed etiam hereticis. Sed illud est quod nunc debemus aduertere, & si non ipsum, libros tamen sub nomine suo aditos, magnam esse tationem, qui multis blasphemiarum vulneribus scarificatus, non ut alieni, sed quasi sui & legitur & amatur: ut etsi in errore concipiendo Origenis non fuit sensus, ad errorem tamen persuadendum Origenis autoritas valere videatur. Sed & Tertulliani quoque eadem ratio est: nam sicut ille apud Græcos, ita hic apud Latinos nostrorum omnium facile princeps iudicandus est. Quid enim hoc viro doctius? quid in diuinis atque humanis rebus exercitatus? Nepe omnem philosophiam, & cunctas philosophorum sectas, auctores, ad sectoresque sectarum, omnesque eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexus est. Ingenio verò nonne tam graui ac vehementi excelluit, ut nihil sibi penè ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruerit, aut

Origenis libri ab alijs corrupti.

Tertullianus eruditio.

1000



pondere eliserit? Iam porro orationis suae laudes quis exequi valeat? Quae tanta, nescio qua rationum necessitate cōsera est, ut ad cōsensum sui, quos suadere nō potuerit, impellat: cuius quot penē verba, tot sententiae sunt: quot sensus, tot victoriae. Sciūt hoc Marciones, Apelles. Praxeas, Hermogenes, Iudaei, Gentiles, Gnostici, ceterique quorū ille blasphemias multis ac magnis voluminū suorū molibus, velut quibusdā fulminibus euertit. Et tamē id, quoque post haec omnia, hic, in quā, Tertullianus, Catholicus dogmatis, id est, vniuersalis ac vetustae fidei parū tenax, ac disertior multo quā scilicet, mutata deinceps sententia, fecit ad extremū quod de eo beatus Cōfessor Hilarius quodā loco scribit: Sequēti, inquit, errore detraxit scriptis probabilibus auctoritatem. Et fuit ipse quoque, in ecclesia magna tentatio. Sed de hoc nolo plura dicere. Hoc tantum commemorabo, quod contra Mōsi praecipuum exurgentes in ecclesia nouellas Montani furias, infana illa insanatū mulierū nouitij dogmatis somnia, veras prophetias ad seuerādo, meruit, ut de se quoque & scripturis suis decreteretur: Si fuerit in medio tui propheta. Et mox: Nō audies verba Prophetae illius. Quare? Quia, inquit, tētat vos dominus Deus vester,

In commentariis in Matt. Cap. 5

Tertullianus Montani somnia probat.

eccle. 1. 9. Sic dei.

ster, utrum diligatis, eum, an nō. His igitur totae tātis, ceterisque eiusmodi Ecclesiasticorum exemplorū molibus euidenter aduertere, & secundum Deuteronomij leges huic elatius intelligere debemus, quod si quando aliquis Ecclesiasticus Magister à fide aberrauerit, ad tentationem id nostri fieri prouideria diuina patiar: utrum diligamus Deum an non, in toto corde, & in tota anima nostra. Quae cum ita sint, ille est vetus, & Germanus catholicus, qui veritatem Dei, qui Ecclesiā, qui Christi corpus diligit, qui diuinę religioni, qui catholicae fidei nihil praepōnit, non hominis cuiuspiam auctoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philosophiam: sed haec cuncta despiciens, & in fide fixus, & stabilis permanens, quicquid vniuersaliter antiquitus Ecclesiā catholicam tenuisse cognouerit, id solū sibi tenendū credendūque decernit: quicquid verō ab aliquo deinceps vno, praeter omnes vel contra omnes Sanctos nouum & inauditum subinduci senserit, id nō ad religionem, sed ad tentationem potius intelligat pertinere. Tum praecipue beati Apostoli Pauli eruditus eloquijs: hoc est enim quod in prima ad Cor. scribit: Oportet, inquit, & haereses esse, ut probati manife-

Germanus catholicus qui.

E. Soc. 124



sti fiant in vobis. Ac si diceret: Ob hoc hęc
releōn nō statim diuinitus eradicātur au-
thores, vt probati manifesti fiant, id est,
vnusquisq; quam tenax, & fidelis, & fixus
catholicę fidei sit amator, appareat. Et re-
uera eū quęq; nouitas ebullit, statim cer-
nitur frumētōrū grauitas, & leuitas palea-
rū: tūc sine magno molimine excutitur ab
area, quod nullo pōdere infra arcā teneba-
tur. Nāq; alij illicō profus auolat, alij ve-
rō tantūmodo excussi, & perire metuunt,
& redire erubescūt, saucij, semineces, semi-
uiui quippe qui tāta veneni hauserint quā-
ritatē, quę nec occidat, nec digeratur: nec
mori cogat, nec viuere sinat. Heū miserā-
da cōditio, quantis illi curarum æstibus,
quātis turbīnibus exagitatur: Nūc etenim
quā ventus impulerit, incitato errore rap-
iuntur: nunc in semetipfos reuersi, tan-
quam contrarij fluctus reliduntur: nunc
temeraria præsumpsiōe ea quę incerta
videntur adprobāt, nunc irrationali meru-
etiam quę certa sunt expauescunt: incerti
quā eant, quā redeant, quid adperāt, quid
fugiāt, quid teneant, quid dimittant. Quę
quidem dubij & malę penduli cordis as-
siliō, diuina erga se miseratiōis est me-
dicina, si sapiant. Idcirco etenim extra tu-
rissimum catholicę fidei portum diuersis
cogita

Frumen-
tum.

Palea.

cogitationū quatiūtur, verberātur, ac pe-
ne necātur procellis, vt excussa in altū cla-
rę mētis vela deponant, quę male nouita-
tum, vētis expenderāt, seseq; intra fidissi-
mam stationē placidę ac bonę matris re-
ducāt, & teneant, atq; amaro illos turbu-
lēcōsq; errorū fluctus primitus reuoluant,
vt possint deinceps viuę & salientis aque
fluenta potare. Deducāt benę, quod didi-
cerunt non bene: & ex toto Ecclesię dog-
mate quod intellectu capi potest, capiant:
quod nō potest, credāt. Quę cū ira sint,
iterum atq; iterū eadē mecum reuoluens,
& reputans, mirari satis nequeo tantam
quorundā hominū yefaniam, tantam ex-
tēcatę mentis impietatē, tantā postre-
mo errandi libidinem, vt contenti nō sint
tradita semel & accepta antiquitus credē-
di regula, sed noua ac noua in diē querāt,
semperq; aliquid gestiāt religioni addere,
mutare, detrahēre: Quasi nō celeste dog-
ma sit, quod semel reuelatū esse sufficiat,
sed terrena institutio, quę aliter perfici,
nisi assidua emēdatione, imō potius repre-
hensionē non possit: cum diuina clament
oracula. Ne trāsferas terminos quos po-
suerūt patres tui: Et super iudicantē ne iu-
dices. Et scindentē sepem mordebit eum
serpens. Et illud Apostolicum, quo omnes

Ecclesia
Christi
fidissima
statio.

Prove. 11
Eccle. 8
Eglo. 10



omniū hæreſeōn ſceleratae nouitates, uelut quoddam ſpirituali gladio ſape trūcatur, ſemp̄rque truncandæ ſunt. O Timothee de poſitum euſtodi, deuitans prophanas uocū nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſciētiæ, quā quidam promittentes, circa fidē exciderunt. Et poſt hęc inueniuntur aliqui tanta inueteratæ frontis duritia, tāta impudētiæ incude, tā adamantinæ pertinaciæ, qui tantis eloquitorū celeſtium molibus non ſuccumbant: tātis ponderibus non fatiſcant: tātis malleis non cōquæſſentur: tātis poſtremō fulminibus nō cōterantur? Deuita, inquit, prophanas uocū nouitates: Non dixit antiquitates, non dixit uetustates, imō planē qui cōtrario ſequeretur oſtēdit. Nam ſi uitāda eſt nouitas, tenenda eſt antiquitas: & ſi prophāna eſt nouitas, ſacrata eſt uetustas. Et oppoſitiones, inquit, falſi nominis ſciētiæ. Verē falſum nomē apud doctrinas hēreticorū, ut ignorantia ſciētiæ, & caligo ſerenitatis, & tenebrę luminis appellatione ſucentur. Quā quidā, inquit, promittentes circa fidē exciderūt. Quid promittentes exciderunt: niſi nouam neſciō quā ignoratāmq; doctrinam? Audias etenim quosdā ipſorū dicere: Venite & inſpiciētes & miſeri, qui uulgō catholici

lici uocitami, & diſcite fidē uerā quam præter nos nullus intelligit, quæ multis antē ſeculis latuit, nuper uerō reuelata & oſtēſa eſt: ſed diſcite furim atq; ſecretim, delectabit enim uos. Et itē Cū didiceritis latēter docete, ne mūdus audiat, ne Ecceſia ſciat: paucis nanq; cōceſſum eſt tāti myſterij capere ſecretum. Nonne hæc uerba ſunt illius meretricis, quæ apud Salomonis Prouerbia uocatur ad ſe prætereūtes uiam, qui dirigit iter ſuū: Qui eſt, inquit, uelſtū inſpiciētiſſimus, diuertat ad me. Inopes autē ſenſu exhortatur, dicens: Panes occultos libēter attingite, & aquā dulcem furim bibite. Quid deinde? At ille, inquit, neſcit quomodo terrigenæ apud eam peccant. Qui ſunt iſti terrigenæ? Exponat Apoſt. Qui circa fidē, inquit, exciderunt, ſed opera pretium eſt totū ipſum Apoſt. cap. diligentius pertractare. O Timothee, inquit, de poſitū euſtodi, deuitans prophanas uocū nouitates. O exclamatio iſta & præſciētiæ eſt pariter & charitatis: præuidebat enim futuros, quos etiā prædelebat errores. Quis eſt hodie Timotheus? niſi uel uniuerſā ecceſia, uel ſpecialiter totum corp⁹ præpoſitū, qui integrā diuini cultus ſciētiā uel habere ipſi debet, uel aliis inſundere. Quid eſt de poſitū euſtodi? Cuſtodi,

Freuer. 9

Timoth.



inquit, propter fures, propter inimicos: ne dormientibus hominibus superfement zizania super illud tritici bonum semen quod seminauerat Filius hominis in agro suo. Deposito, inquit, custodi. Quid est depositum? Id est, quod tibi creditum est; non quod à te inuentum: quod accepisti, non quod excogitasti: rem non ingenij, sed doctrinae: non usurpationis priuatae, sed publicae traditionis: rem ad te perductam, non à te prolata: in qua non auctor debes esse, sed custos: non institutor, sed sectator: non ducens, sed sequens. Deposito, inquit, custodi: catholicae fidei: taliter inuiolatum illibatumque conserua. Quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepisti, aurum redde: nolo mihi pro alijs alia subiticia: Nolo pro auro aut impudenter plumbum aut fraudulenter aramenta supponas, nolo auri speciem, sed naturam plane. O Timothee, o Sacerdos, o Doctor, si te diuinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrina esto spiritalis tabernaculi Beseleel, preciosas diuini dogmatis gemas exculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, ad iuce splendore, gratiam, venustate. Intelligatur te exponere illustrius, quod antea obscurius creditur. Per te posteritas intellectum gra-

tulerur,

tulerur, quod ante vetustas non intellectum venerabatur: eadem tamen quae didicisti ita doce, ut cum dicas nouum, non dicas nouum. Sed forsitan dicit aliquis: Nullus ne ergo in Ecclesia Christi profectus habebitur religionis? Habeatur plane, & maximus. Nam quis ille est tam inuidus hominibus, tam exosus Deo, qui istud prohibere conetur? Sed ita tamen ut verum profectus ille fidei, non permutatio. Siquidem ad profectum pertinet, ut in semetipsa vnaquaeque res amplifceatur: ad perturbationem vero, ut aliquid ex alio in aliud transuertatur. Crescat igitur oportet, & multum vehementerque proficiat, tam singularium, quam omnium, tam vnius hominis, quam totius Ecclesiae: atque ac seculorum gradibus intelligentia, scientia, sapientia: sed in suo duntaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia. Imitetur animarum religio rationem corporum, quae licet annorum processu numeros suos euoluant & explicent, eadem tamen quae erant, permanet. Multum interest inter pueritiae florere, & senectutis maturitatem: sed iidem tamen ipsi fiunt senes, qui fuerant adolefcentes, ut quatuor vnius eiusdemque hominis status habitusque mutetur, vna tamen nihilominus eademque natura, vna eademque;

*Perpals-
chre de-
ctum.
Prose-
ctus.*



664 VINCENTII
 persona sit. Parua lactētium membra, magna iuuenū: eadem ipsi sunt tamen. Quot paruulorum artus, tot virotum: & si qua illa sunt, quę æui maturioris ætate pariūtur, iā in se minus ratione proferta sunt: vt nihil nouū postea proferatur in senibus, quod non in pueris iam antea latitauerit. Vnde nō dubium est, hanc esse legitimam & rectam proficiendi regulā, hunc ratam, atque pulcherrimum crescēdi ordinē: si eas semper in grandioribus partibus ac formas, numerus detexat ætatis, quas in paruulis creatoris sapiētia preformauerat. Quod si humana species in aliquā deinceps nō sui generis vertatur effigiē, aut certe addatur quippiam membrorū numero, vel detrahatur: necesse est, vt totum corpus vel intercidat, vel prodigiosum fiat, vel certe debilitetur. Ita etiam Christianę religionis dogma sequatur has decet profectūū leges: vt annis scilicet consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur ætate: incorruptum tamen illibatūque permaneat, & vniuersis partium suarum mensuris, cunctisq; quasi membra ac sensibus propriis plenum atq; perfectum sit: quod nihil præterea permutationis admittat, nulla proprietatis dispēdia, nullā sustineat definitionis varietatē. Exēpli gratia

ADVERSVS HÆRE. 665
 tia, Seuerunt Maiores nostri antiquitus in *Semen* hac ecclesiastica segete triticeæ fidei *triticeæ* na: iniquum valde & incōgruū est, vt nos *fidei*. eorum posterū pro germana veritate frumenti, subditium zizania eligamus errorem. Quin potius hoc rectum & consequens est, vt primis, atq; extremis sibimet non discrepantibus, de incrementis triticeę institutionis, triticeī quoq; dogmatis frugē demetamus: vt cum aliquid ex illis seminum primordiis accessu tēporis, euoluatur, & nūc latetur & excolatur: nihil tamē de germinis proprietate mutetur. Addatur licet forma, species, distinctio: eadem tamē cuiusq; generis natura permaneat. Absit etenim, vt rosea illa catholici sensus plantaria, in carduos spināsque, vertantur. Absit inquam: vt in isto spiritali *Rosea* paradiso, de cinnamomi & balsami surcu- *catholici* lis, lolium repētē atq; aconita proueniāt. *sensus* Quodcunque igitur in hac Ecclesia, Dei *planta-* agricultura, fide patrum satum est: hoc *ria*. idem filiorū industria decet excolatur, & obseruetur: hoc idē floreat & maturescat: hoc idem proficiat & perficiatur. Fas est etenim, vt prisca illa celestis philosophiæ dogmata processu temporis excurentur, limentur, poliantur: sed nefas est, vt commutentur, nefas, vt detruncētur, vt muti-



lentur. Accipiant licet euidentiā, lucem, distinctionē: sed retineant necesse est plenitudinem, integritatem, proprietatem. Nam si semel admīssa fuerit hæc impiæ fraudis licentia, horreo dicere, quantum excidende atq; abolendæ religionis periculum cōsequatur. Abdicata etenim qualibet parte catholici dogmatis, alia quoq; atq; item alia, ac deinceps alia & alia iam quasi ex more & licito abdicabuntur. Porro autem singularem partibus repudiatis, quid aliud ad extremum sequetur, nisi ut totum pariter repudietur? Sed & ecōtra, si nouitia veteribus, extranea domesticis, & prophana sacratis admisceri ceperint, proferpat hic mos in vniuersum necesse est, vt nihil posthac apud Ecclesiā relinquatur intactū, nihil illibatū, nihil integrum, nihil immaculatū: sed sit ibidem deinceps impiorum ac turpium errorum lupanar, vbi erat ante castæ & incorruptæ factariū veritatis. Sed aueriat hoc à suorū mētibus nefas diuina pietas, sitq; hic potius impiorum furor. Christi verò Ecclesia sedula & cauta, depositorū apud se dogmatū custos, nihil in iis vnquam permutat, nihil minuit, nihil addit: non amputat necessaria, non adponit superflua, nō amittit sua, non v'surpat aliena: sed omni industria

Turpium errorum lupanar.

ustria hoc vnum studet, vt vetera fideliter sapienterq; tractando, si qua sunt illa antiquitus informata & inchoata, accuret & poliat: si qua iam expressa & cancellata, consolidet, firmet: si qua iam confirmata & definita, custodiat. Denique quid vnquā aliud Conciliorum decretis enīsa est, nisi vt quod antea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur: quod antea lætius prædicabatur, hoc idem postea instantius prædicaretur: quod antea securius colebatur, hoc idem postea sollicitius excoleretur? Hoc, inquam, semper neque quicquam prater ea, hæreticorum nouitatibus excitata, Conciliorum suorum decretis catholica perfecit Ecclesia: nisi vt quod prius à maioribus sola traditione susceperat, hoc deinde posteris etiā per scripturæ chirographum consignaret: magnam rerum sammam paucis literis comprehendendo, & plerunq; propter intelligentiæ lucem, nouum fidei sensum, nouæ appellationis proprietate signando. Sed ad Apostolum redeamus: o Timothee, inquit, depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates: deuita, inquit, quasi viperam, quasi scorpionem, quasi basiliscum: ne te non solum tætu, sed etiam visu afflatuque percutiant.

Concilia.

Redit ad Apostoli verba.

Quid



Quid est deuitare? Cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid est deuita? Si quis inquit, venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert. Quam doctrinā nisi catholicam, & vniuersalem, & vnam eandemq; per singulas ætatū successiones incorrupta veritatis traditione manērem, & vsq; in secula, sine fine mansurā? Quid tum? Nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis: qui enim dicit illi Aue, communicat, operibus eius malignis. Prophanas, inquit, vocum nouitates. Quid est prophanas? Quæ nihil habet sacri, nihil religiosi ab Ecclesiæ penetralibus, quæ est templum Dei, penitus extraneas. Prophanas, inquit, vocum nouitates. Vocum, id est, dogmatum, rerum, sententiārum nouitates: quæ sunt vetustati, quæ antiquitati cōtraria. Quæ si recipiantur, necesse est vt fides beatorum patrum, aut tota, aut certe magna ex parte violetur, necesse est vt omnes omnium ætatum Fideles, omnes sancti, omnes casti, continentēs, virgines, omnes clerici, Leuitæ & Sacerdotes, tanta Confessorum millia, tanti martyrum exercitus, tanta vrbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot insulæ, Prouinciæ, Reges, Gentes, Regna, Nationes, totus postremò iam penè terrarum orbis per catholicā fidem Christo

Christo capiti incorporatus, tanto seculo-rū tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse quid crederet, pronuncietur. Prophanas, inquit, vocum nouitates deuita: quas recipere atq; sectari nunquam catholicorum; semper verò hereticorum fuit. Et reuera, quæ vnquā hæresis, nisi sub certo nomine, certo loco, certo tempore ebullit: Quis vnquā hæreses instituit, nisi qui se prius ab ecclesiæ catholicæ vniuersitatis & antiquitatis cōsensione discreuerit? Quod ira esse, luce clarius exempla demonstrant. Quis enim vnquā ante prophanum illum Pelagium, tantam virtutem liberi præsumpsit arbitrij, vt ad hoc in bonis rebus per actus singulos adiuvandum, necessariam Dei gratiā non putaret? Quis ante prodigiosum discipulum eius Cælestinum, reatu prauaticationis ad omne genus humanū negauit adstrictum? Quis ante sacrilegum Arium, Trinitatis unitatem discindere, quis ante sceleratū Sabellium, vnicatis Trinitatē cōfundere ausus est? Quis ante crudelissimū Nouatianum, crudelē Deū dixit, eò quod mallet mortem morientis, quàm vt reuerteretur & viuat? Quis ante magum Simonem Apostolicā districtione percussum, à quo verus ille turpitudinū guiges vsq; in nouissimū

Pelagius.

Cælestinus.

Arius.

Sabellius.

Nonianus.

Simon.

Magus.

Priscil



Priscillianum continua & occultasueces-
sione manauit, aut ore malorum, id est see-
lerum, impietatum, flagitiorumque; nostro-
rum, ausus est dicere creatorem Deum?
Quippe quem adferit talem hominū ma-
nibus ipsum suis creare naturā, quæ pro-
prio quodā motu & necessaria cuiuidam
volūtatis impulsu, nihil aliud possit, nihil
aliud velit, nisi peccare: eò quòd furis om-
nium vitiorum, exagitata & inflāmata, in
omnia turpitudinum barathra inexhausta
cupiditate rapiatur. Innumera sunt talia
quæ breuitatis studio pretermittimus: qui-
bus tamen, cunctis factis euidenter, perspi-
cuaeque monstratur, hoc apud omnes ferè
hæreses, quasi solenne esse ac legitimū: vt
semper prophanis nouitatibus gaudeant,
antiquitatis scita fastidiāt, & per opposi-
tiones falsi nominis scieria à fide naustra-
gent. Contra vero, catholicorum hoc ferè
propriū, deponere sanctorum patrum &
commissa seruare, damnare prophanas no-
uitates: & sicut dixit, & iterum dixit Apo-
stolus: Si quis adnunciauerit, preter quam
quod acceptum est, anathema sit. Hic for-
tasse aliquis interroget, an & heretici diui-
næ scripturæ testimoniis ytantur. Vtuntur
planè, & vehementer quidem: nam videas
eos volare per singula quæque sanctæ legis
volu

*Heretici
nouarum
rerum
semper
cupidi
antiqua
fastidi-
unt.*

volumina per Mosi, per regnorum libros,
per Psalmos, per Apostolos, per euangelia,
per Prophetas. Siue enim apud suos, siue
alienos, siue priuati, siue publicè, siue in
sermonibus, siue libris: siue in conuiuiis,
siue in plateis: nihil vnquā penè de suo pro-
ferunt, quod non etiam scripturæ verbis
adumbrare conentur. Lege Pauli Samo-
sateni opuscula, Priscilliani, Eunomij, Io-
uiniani, reliquarumque pestilium: cernas infi-
nitam exemplorū congeriem, propè nul-
lam omitti paginā, quæ nō noui aut vete-
ris Testamēti sententiis fucata & colorata
sit. Sed tātō magis cauedi & pertimescēdi
sunt, quāto occultius sub diuinę legis um-
braculis latitāt. Sciunt enim scetotes suos
nulli ferè citò esse placituros, si nudi & sim-
plices exhalentur, atque idcirco eos cœlestis
cloquij, velut quodā aromate aspergūt: vt
ille qui humanū faciliè despiceret errorē,
diuina nō faciliè cōtemnat oracula. Itaque
faciūt quod hi solent, qui paruulis austerā
quedam tēperaturi pocula, prius ora mel-
le circumlinunt: vt incauta atas cum dul-
cedinem præfenserit, amaritudinē non re-
formidet. Quod etiā iis curę est, qui mala
gramina & noxios succos, medicaminum
vocalibus præcolorant: vt nemo ferè vbi
supra scriptum legerit remedium, suspice-
tur

*Sub diui-
næ legis
oraculis
hæretici
errores
suos te-
gunt.*

*Reſte er-
godictum
pyrides
habereq;
pharm a-
ca vero
venenum.*

Reſte er-
godictum
pyrides
habereq;
pharm a-
ca vero
venenum.

Matt. 7

*Vestitus
ouium
quid.*

*Qui sunt
lupi ra-
paces.*

*Fructus
haereticor-
um.*

** Exha-
latur.*

tur venenum. Idem denique & Saluator
clamabar. Attendite vobis à Pseudoproph-
phetis, qui veniunt ad vos in vestitu ovium,
ab intus autem sunt lupi rapaces. Quid est
vestitus ovium, nisi Prophetarum & Apo-
stolorum proloquia, quæ talem ovium quæ-
dam sinceritate agno illi immaculato, qui
tollit peccatum mundi, tanquam vellera
quædam texerunt? Qui sunt lupi rapaces,
nisi sensus hæreticorum feri, & rabidi, qui
caulas Ecclesie semper infestant, & gregem
Christi quantum possunt, dilacerant? Sed ut
fallacius incautis ovibus obrepant, manente
luporum ferocia deponunt lupinam spe-
ciem, & sese diuinæ legis sententiis, velut
quibusdam velleribus obvoluunt, ut cum
quisque lanarum molliem præferat, ne-
quaquam aculeos dentium pertimescat. Sed
quid ait Saluator? Ex fructibus eorum cog-
nosceris eos. Id est, cum cœperint illas
voces non iam proferte ratum, sed etiam
exponere: nec adhuc iactare solum, sed
etiã interpretari: tunc amaritudo illa, tunc
acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc
novitium virus exhalabitur, tunc prophana
novitates aperiantur, tunc primum
scindi sepe videas, tunc transferri Patrum
terminos, tunc catholicam fidem cædi,
tunc Ecclesiasticum dogma lacerari. Tales
crant

erant ij quos percurit Apostolus Paulus 1. Cor. 11
in secunda ad Corinthios, dicens: Nã eiuf-
modi, inquit, Pseudoapostoli, operarij sub
doli, transfigurant se in Apostolos Christi,
Quid est transfigurantes se in Apostolos
Christi? Proferebant Apostoli diuina leg-
gis exempla, proferebant & illi: Profere-
bant Apostoli Psalmorum autoritates, pro-
ferebant & illi: Proferebant Apostoli sen-
tentias Prophetarum, & illi nihilominus
proferebant. Sed cū ea quæ similiter pro-
tulerant, interpretari non similiter cœpif-
sent: tunc simplices à subdolis, tunc infu-
cati à fucatis, tunc recti à peruersis, tunc po-
stremo veri Apostoli à falsis Apostolis dis-
cernebantur. Et non mirum, inquit. Ipse
enim Satanas transfiguratur se in angelum lu-
cis: non est ergo magnum, si ministri eius
transfiguratur, sicut ministri iustitie. Ergo
secundum Apostoli Pauli Magisterium, quo
tiscunq; vel Pseudoapostoli, vel Pseudo-
prophetæ, vel Pseudodoctores, diuina leg-
gis sententias proferunt, quibus male inter-
pretatis errores suos adstruere conentur,
non dubium est quin autoris sui callida ma-
chinamenta sectentur: quæ ille nunquam
profecto comminisceretur, nisi sciret om-
nino nullam esse ad fallendum, faciliorem
viam, quam ut ubi nefarij erroris subin-

*Transfi-
gurare se
in Apo-
stolos
Christi
quid.*

ducitur fraudulentia, ibi diuinorum verborum prætendatur autoritas. Sed dicit aliquis. Vnde probatur quòd sacre legis exemplis diabolus vti soleat? Legat euangelia, in quibus scribitur: Tunc adsumpsit eum diabolus, i. dominum Saluatorem: & statuit illum supra pinnam templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim quòd angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis: in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Quid hic faciet miscellis hominibus, qui ipsum dominum maiestatis scripturarum testimonio adpetiunt? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsum. Quare scriptum est enim, inquit. Magnopere nobis doctrina loci istius attendenda atq; retinenda est, vt tantò euangelicæ autoritatis exemplo, quando aliquos Apostolica, seu prophetica verba proferre contra catholicam fidem videremus, diabolum per eos loqui minimè dubitemus. Nam sicut tunc caput capiti, ita nunc quoque membra membris loquuntur: membra scilicet diaboli membris Christi: pñdi fidelibus, sacrilegi religiosis, hæretici postremò catholicis. Sed quid tandem dicit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsum. Hoc est, filius esse vis Dei, & hæreditatè regni cælestis accipere?

*Atittere
se deor-
sum quid.*

mitte

mitte te deorsum. i. ex istius te sublimis Ecclesiæ quæ etiã templi Dei puratur, doctrina, & traditione demitte. Ac si quis interroget quempiam hæreticorum sibi talia persuadentè, Vnde probas, vnde doces, quòd Ecclesiæ catholicæ vniuersalè & antiquam fidè dimittere debeã? Statim ille: Scriptum est enim. Et continuò mille testimonia, mille exempla, mille autoritates parat, de Lege, de Psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus nouo & malo more interpretatis, ex arte catholica in hæreseos barathrum infelix anima præcipitur. Iam verò illis quæ sequuntur promissionibus miro modo incautos homines hæretici decipere cõsueverunt. Audet etenim polliceri, & docere, q; in Ecclesiâ sua, id est, in cõmunionis suæ conuenticulo magna & specialis ac planè personalis quædã sit Dei gratia, adeò vt sine vllò labore, sine vllò studio, sine vlla industria, etiã si nec quarant, nec perant, nec pulsant, quicunque illi ad numerum suum pertinent, tamen *Ex catho-
ita diuinitus dispensentur, vt angelicis eue-
lica arte
cti manibus, id est, angelica protectione in hære-
seruati, nunquam possint offendere ad seos ba-
lapidem pedem suum, id est, nunquam rathrum
scandalizati. Sed dicit aliquis, Si diuinis præcipi.
eloquiis, sententiis, promissionibus, & tari.*



676 VINCENTII
 diabolus & discipuli eius videntur, quorum
 alij sunt Pseudo apostoli & Pseudoprophe
 tæ, & Pseudomagistri, & omnes ex toto
 hæretici, quid facient catholici homines,
 & matris Ecclesiæ filij? quoniam modo in
 scripturis sanctis veritatem à falsitate di
 scernent? Hoc scilicet facere magnopere
 curabunt, quod in principio Cōmonitorij
 istius sanctos & doctos viros nobis tradi
 disse scripsimus: vt diuinum canonem se
 cundū vniuersalis Ecclesiæ traditiones, &
 iuxta catholici dogmatis regulas interpre
 tentur: in qua itē catholicæ apostolicæque
 Ecclesiæ sequantur necesse est Vniuersita
 tem, Antiquitatem, Consensionem. Et si
 quando pars cōtra vniuersitatem, nouitas
 contra vetustatē, vnus vel paucorum er
 rantium dissensio contra omniū vel certē
 multō plurium catholicorum consensio
 nem rebellauerit, præferant partis corru
 ptioni vniuersitatis integritatē: in qua ea
 dem vniuersitate, nouitatis prophanitati
 antiquitatis religionē: itēq; in ipsa vetu
 state, vnus siue paucissimorū temeritati,
 primū omniū generalia, si qua sunt, vni
 uersalis Concilij decreta preponant. Tūc
 deinde si minus est, sequantur quod pro
 ximū est, multorū atque maiorū consen
 tientes sibi sententias Magistrorū: quibus
 adiu

ADVERSVS HÆRE. 677
 adiuuante domino fideliter, sobriè, sollicitè
 obseruatis, non magna difficultate noxios
 quosq; exurgentium hæreticorum depre
 hendemus errores. Hic iam consequens
 esse video, vt exemplis demonstrum, quo
 nam modo prophanæ hæreticorum nou
 itates, prolati atq; collati veterum Ma
 gistrorum concordantibus sibi met senten
 tiis, & deprehendantur & condemnentur.
 Quæ tamen antiqua sanctorum Patrum
 consensio, non in omnibus diuinæ legis
 quæstiunculis, sed solū certè præcipuè
 in fidei regula magno nobis studio & in
 uestiganda est, & sequenda. Sed neq; sem
 per, neq; omnes hæreses hoc modo impu
 gnandæ sunt, sed nouitię recentisq; tan
 tummodo: cū primum scilicet exoriantur,
 antequam infalsarint vetustę fidei re
 gulas, ipsius temporis verentur angustiis,
 ac priuilegium manente latius veneno Ma
 iorum volumina vitare conentur. Cæte
 rum dilatata & inueterata hæreses ne
 quaquam hac via adgrediendæ sunt, eò
 quòd prolixo temporum tractu longa iis
 furandæ veritatis pauerit occasio. Atque
 ideo quascunq; illas antiquiores, vel schis
 marum, vel hæreseon prophanitates, nullo
 modo nos oportet, nisi aut sola, si opus est
 scripturarum autoritate conuincere, aut

*In quibus
 inter se
 consenti
 ant pa
 tres ortho
 doxi.*



678 VINCENTII
 certe iam antiquitus vniuersalibus Sacer-
 dorum catholicorum Conciliis conuictas
 damnatasq; vitare. Itaq; cum primū mali
 cuiusq; erroris putredo erūpere cœperit,
 & ad defensionē sui sacrę legis verba fura-
 ri eaq; fallaciter & fraudulēter exponere:
 statim interpretādo canonī Maiorū sentē-
 tię congregandę sunt, quibus illud quod-
 cunq; exurget nouitium, idēoque prophanū,
 & absq; vlla ambage prodatur: & sine
 vlla retractatione dānetur. Sed eorū dun-
 taxat Patrū sententię conferēde sunt, qui
 in fide & cōmunionē catholica, sanctē, sa-
 pienter, constāter viuētes, docētes, & per-
 manentes, vel mori in Christo fideliter, vel
 occidi pro Christo feliciter meruerunt. Quibus
 tamen hac lege credendum est, vt quidquid
 vel omnes, vel plures vno eodēq; sensu
 manifestē, frequenter, perseueranter, velut
 quodam consentiēte sibi magistrorum concilio,
 accipiēdo, tenendo, tradendo firmauerint:
 id pro indubitato, certo, ratōque habeatur:
 quicquid verō, quamuis ille sanctus, & doctus,
 quamuis Episcopus, quamuis Confessor &
 martyr, pręter omnes aut etiam contra
 omnes senserit, id inter proprias & occultas
 & priuatas opiniunculas à communis,
 publicę, ac generalis sententię autoritate
 secre

Quorum
 patrum
 sententias
 si quis o-
 porteat.

secretum sit: nec cū summo æternę salutis
 periculo, iuxta sacrilegam hæreticorum &
 schismaticorum consuetudinem, vniuer-
 salis dogmatis veritate dimissa, vnius ho-
 minis nouitium scētemur errorem. Quo-
 rum beatorū Patrum sanctū catholicūq;
 consensum, ne quis sibi temerē forte con-
 temnendū arbitretur, ait in prima ad Co-
 rinthios Apostolus: Et quosdā quidem po-
 suit Deus in ecclesia, primū Apostolos,
 quorum ipse vnus erat, secūdō Prophetas
 qualem in actibus Apostolorum legimus
 Agabum: tertio doctores, qui tractatores
 etiam Prophetas interdum nuncupat, eō
 quod per eos Prophetarū mysteria populis
 aperiantur. Hos ergo in Ecclesia Dei diu-
 nitus per tēpora & loca dispensatos, quis-
 quis in sensu catholici dogmatis vnū ali-
 quid in Christo sentientes contēpserit, non
 hominem contemnit, sed Deum: à quo-
 rum veridica vnitate ne quis diserepet, im-
 pensius obtestatur idē Apostolus, dicens:
 Obscero autē vos fratres, vt id ipsum dica-
 tis omnes, & non sint in vobis schismata:
 sitis autē perfecti in eodē sensu, & in eadē
 sententia. Quod si quis ab eorū sententię
 cōmunionē descuerit, audiet illud eiusdē
 Apostoli: Nō est Deus dissensionis, sed pa-

Tractatores.
 Prophetę

1. Cor. 11



cis: Id est, non eius, qui à consentienti unitate defecerit, sed eorū qui in cōsentiendī pace permanferint: Sicut in omnibus, inquit ecclesiis sanctorū doceo, id est, catholicorū: quæ ideo sanctæ sunt, quia in fidei cōmunionē persisterunt. Et ne quis forsitan prætermisissis ceteris, se solū, audiri, sibi soli credi atrogaret, paulò post ait: An à vobis, inquit, verbū Dei processit, aut in vos solos deuenit? Et ne hoc quasi perfunctoriè acciperetur, adiecit: Si quis, inquit, videtur Propheta esse aut spiritalis, id est spiritalium rerū Magister: summo studio æqualitatis & unitatis cultor existat, vt scilicet neq; opiniones suas ceteris præferat, & ab vniuersorū sensibus nō recedat. Cuius rei mādara qui ignorat, inquit, id est, qui aut nescita nō discit, aut scita contēnit, ignorabitur: hoc est, indignus habebitur, qui inter vnitos fide & exæquatos humilitate diuinitus respiciatur: quo malo, nescio, an quidquam acerbius cogitari queat. Quod tamen iuxta Apostolicā comminationem Pelagiano illi prouenisse cernimus Iuliano, qui se collegarum sensui, aut incorporare neglexit, aut ex corporare presumpsit. Sed iam tempus est, vt pollicitum proferamus exemplum: vbi & quomodo sanctorum Patrum sententiæ congregatæ sint,

Iulianus Pelagianus.

vt secundū eas ex decreto atq; autoritate Cōcilij, Ecclesiasticæ fidei figeretur. Quod quò cōmodius fiat, hic sit iam huius Cōmonitorij modus, vt cætera quæ sequuntur, ab alio sumamus exordio. Secundum Cōmonitorium interlapsum est, neque ex ea amplius quidquā, quam postrema particula remāsit, id est sola recapitulatio, quæ & subiecta est. Quæ cū ita sint, iam repus est vt ea quæ duobus iis cōmonitoriis dicta sunt, in huius secūdi sine capitulemus. Diximus in superioribus hanc fuisse semper & esse hodieq; catholicorum consuetudinem, vt fidem veram duobus iis modis adprobent. Primū diuini canonis autoritate: deinde Ecclesiæ catholicæ traditione: non quia canō solus nō sibi ad vniuersa sufficiat, sed quia verba diuina pro suo plerique arbitrato interpretantes, varias opiniones errorefq; concipiant. Atq; ideo necesse sit, vt ad vnam Ecclesiasticæ sensus regulam scripturæ celestis intelligētia dirigatur: in iis duntaxat præcipue questionibus, quibus rotius catholici dogmatis fundamenta nituntur. Itē diximus, in ipsa rursus Ecclesia vniuersitatis pariter & Antiquitatis cōsensionem spectari oportere, ne aut ab unitatis integritate in partem schismatis abruptamur, aut è verustatis

Secunda pars, pene tota intercidit.

Recapitulatio. Duobus modis vera fides adprobatur.



religione in hæreseon nouitates præcipi-
temur. Item diximus, in ipsa Ecclesiæ ve-
tustate duo quadam vehementer studio-
seque obseruanda, quibus penitus inhære-
re deberent, quicunq; hæretici esse nolint.
Primum si quid esset antiquitus ab omni-
bus Ecclesiæ catholicæ Sacerdotibus vni-
uersalis Concilij autoritate decretum:
Deinde, si qua noua exurgeret quæstio,
vbi id minime reperiretur, recurrendum
ad sanctorum Patrum sententias eorum
duntaxat, qui suis quiq; temporibus & lo-
cis in vnitare communionis & fidei per-
manentes, Magistri probabiles extitissent.
Et quidquid vno sensu atque consensu te-
nuisse inuenirentur, id Ecclesiæ verum ca-
tholicum absque vllò scrupulo iudicare-
tur. Quod ne præsumptione magis nostra
quàm autoritate Ecclesiastica promere
videremur, exemplum adhibuimus sancti
concilij, quod ante triennium fermè in
Asia apud Ephesum celebratum est, viris
clarissimus Basilio Antiochæq; consulibus.
Vbi cum de sanciendo fidei regulis discer-
ptaretur, ne qua illic forsitan prophana
nouitas in modum perfidiæ Ariminensis
obreperet: vniuersis Sacerdotibus, qui illò
ducenti ferè numero conuenerant, hoc
eatholicissimum, foelicissimum atque opti-
mum

num factu visum est, vt in medium san-
ctorum Patrum sententiæ proferrentur,
quorum alios Martyres, alios Confesso-
res, omnes verò catholicos Sacerdotes
fuisse, & permansisse constaret: vt scilicet
titè atq; solemniter ex eorum consensu at-
que decreto antiqui dogmatis religio cõ-
firmaretur, & prophana nouitatis blasphe-
mia cõdemnaretur. Quod cum ita factum
foret, iure meritoq; ille Nestorius, catho-
licæ vetustati contrarius, beatus verò Cy-
rillus sacrosanctæ antiquitati cõsentaneus
iudicatus est. Et vt ad fidem rerum nihil
deesset, etiam nomina & numerum (licet
ordinem fuisset obliuiscimus) edidimus eo-
rum patrum, iuxta quorum ordinem ibi-
dem concinnentem sibi concordemque
sententiã & legis sacræ proloquia expo-
sita sunt, & diuini dogmatis regula consta-
bilita. Quos ad cõfirmandam memoriã
hic quoque recensere nequaquam super-
fluum est. Sũt ergo ij viri, quorum in illo
Concilio, vel tanquam iudicum, vel tan-
quam testium scripta recitata sunt. San-
ctus Petrus Alexandrinus episcopus, Do-
ctor præstantissimus, & Martyr beatissi-
mus: Sanctus Athanasius eiusdem ciui-
tatis antistes, Magister fidelissimus, &
Confessor eminentissimus: Sanctus Theo-
philus



philus eiusdem item vrbis episcopus, vir fide, vita, scientia satis clarus: cui successit venerandus Cyrillus, qui nunc illustrat Alexandrinam Ecclesiam. Et ne forsitan vnius ciuitatis ac prouinciae doctrina putaretur, adhibita sunt etiam illa Cappadociae lumina sanctus Gregorius Episcopus & confessor de Nazanzo: sanctus Basilius Caesareae Cappadociae Episcopus & confessor. Sanctus ite alter Gregorius Nycenus Episcopus, fidei, conuersionis, integritatis & sapientiae merito, fratre Basilio dignissimus. Sed ne sola Graecia aut Oriens tantum, verum etiam Occidentalis & Latinus orbis ita semper se fuisse adprobaretur: lectae sunt quoque ibi quaedam ad quosdam Epistolae, sancti Felicis martyris & sancti Iulij, vrbis Romae Episcoporum. Et ut non solum caput orbis, verum etiam latera illi iudicio testimonium perhiberent, adhibitus est a meridie beatus Cyrianus Episcopus Carthaginensis & martyr: a septentrione sanctus Ambrosius Mediolanensis Episcopus. Ii sunt igitur omnes apud Ephesum sacrae decalogi numero Magistri, Consiliarij, Testes, iudicesque producti: quorum beata illa Synodus doctrinam tenens, consilium sequens, credens testimonio, obediens iudicio, absque odio, praesumptione, & gratia,

tia, de fidei regulis pronuntiauit. Quamquam multo amplior Maiorum numerus adhiberi potuerit, sed necesse non fuit: quia neque multitudine testium negotij tempora occupari oportebat, & decem illos non aliud ferere sensisse, quam ceteros omnes collegas suos nemo dubitabat. Postquam omnia adiecimus etiam beatam Cyrilli sententiam, quam gestis *Cyrillus* ipsis Ecclesiasticis continetur. Namque cum lecta esset sancti Capreoli Episcopi Carthaginensis Epistola, qui nihil aliud intendebat, & precabatur, nisi ut expugnata nouitate antiquitas defenderetur, ita Episcopus Cyrillus proloquutus est & definiuit: quod hic quoque interponere non ab re videtur: ait enim in fine gestorum: Et haec, inquit, quae lecta est epistola venerandi, & multum religioni episcopi Carthaginensis Capreoli, fidei gestorum insereretur, cuius aperta sententia est: vult enim antiquae fidei dogmata confirmari, nouitia vero & superfluae adinuenta, & impie promulgata reprobari atque damnari. Omnes episcopi declamauerunt, haec omnium voces sunt, haec omnes dicimus, hoc omnium votum est. Quae tandem omnium voces, atque omnium vota, nisi ut quod erat antiquitus traditum teneretur, quod adinuentum nuper, exploderetur? Postquam, admirati sumus & praedicauimus,



mus, quanta Concilij illius fuerit humi-
 litas, & sanctitas, quot numero sacerdo-
 tes, penè ex maiori parte metropolitanis;
 tantæ eruditionis, tantæque doctrinæ vt
 propè omnes possint de dogmatibus dis-
 putare: Quibus quum ipsa in vnum con-
 gregatio audendi à se aliquid & statuendi
 addere videretur fiduciam, nihil tamen
 nouarent, nihil præsumerent, nihil sibi pe-
 nitus arrogarent, sed omnimodo præcaue-
 rent, ne aliquid posteris traderent, quod
 ipsi à patribus non accepissent: & non so-
 lum in præsentem rem bene disponerent,
 verum etiam post futuris exempla præbe-
 rent, vt & ipsi scilicet sacratæ Vetus-
 tatis dogmata colerent, prophana verò Noui-
 tatis adinuenta damnarent. Inuesti etiam
 sumus in Nestorij sceleratâ præsumptio-
 nem, quod sacram scripturam se primum
 & solum intelligere, & omnes esse igno-
 rasse iactare, & omnes esse igno-
 rasse iactare, diuina eloquia tra-
 ctauissent: vniuersos scilicet Sacerdotes,
 vniuersos Confessores & Martyres: quo-
 rum alij explanasset Dei legem, alij verò
 explanantibus consensissent, vel credidif-
 sent: totam postremò etiam nunc extare
 & semper errasse adfuerat Ecclesiam,
 quæ, vt ipsi videbatur, ignaros, erroneosq;
 Docto

*Excre-
 da Nesto-
 rii arro-
 gantia.
 Hec no-
 stre quo-
 que tem-
 pestatis
 insani ha-
 retici im-
 piè docere
 conantur.*

Doctores & sequuta esset & sequeretur,
 quæ omnia licet cumulatè abundeq; suffi-
 cerent ad prophanas, quasque nouitates
 obruendas & extinguendas, tamè ne quid
 deesse tanta plenitudini videretur, ad po-
 stemum adiecimus geminam Apostolica:
 sedis auctoritatem: vnam scilicet sancti
 Papæ Xisti, qui nunc Romanam Eccle-
 siam venerendus illustrat: alteram præ-
 cessoris sui beatae memoriæ Papæ Cele-
 stini, quam hic quoque interponere ne-
 cessarium iudicauimus. Ait itaque papa
 Xistus in epistola, quam de causa Nestorij
 Antiocheno misit Episcopo: Ergo, inquit,
 quia sicut ait Apostolus, fides vna est, quæ
 euidenter obrinuit: dicenda credamus, &
 tenenda credamus. Tandem illa tenenda &
 credenda profequitur, & ait: Nihil ultra,
 liceat nouitati, quia nihil addi conuenit
 vetustati. Perspicua maiorum fides & cre-
 dulitas, nulla cœni permixtione turbetur.
 Omnino Apostolicè, vt maiorum cre-
 dulitatem perspicuitatis lumine ornaret,
 nouitias verò prophanitates cœni per-
 mixtione deseriberet. Sed & Papa Cele-
 stinus pari modo eademque sententia: Ait
 enim in epistola, quam Gallorum sacer-
 dotibus misit, arguens eorū cōiuentiam,
 quod antiquam fidem silentiò destituen-

tes,



res, prophanas nouitates exurgere patere-
 tur. Merito, inquit, causa nos respicit, si si-
 lentio foueamus errorem. Ergo corripiā-
 tur huiusmodi, non sit iis liberum habere
 pro voluntate sermonem. Hic aliquis for-
 tasse addabiret, quinā sint illi, quos habe-
 re prohibeat liberum pro voluntate ser-
 monem: vetustatis prædicatores: an Noui-
 tatis adiuuatores. Ipse dicat & dubita-
 tionem legentium ipse dissoluat. Sequitur
 enim: Desinat, inquit, si ita res est, id est, si
 ita est vt apud me quidē vrbes & prouin-
 cias vestras criminantur, quod eas quibus-
 dam nouitatibus cōsentire noxia dissimu-
 latione faciatis: desinat itaq; , inquit, si ita
 res est, inceslere nouitas Verustatem. Ergo
 hæc fuit beati Celestini beata sentētia, nō
 vt vetustas cessaret obruere nouitatē: sed
 potius Nouitas desineret inceslere verusta-
 tem. Quibus apostolicis catholicisq; de-
 cretis quisquis refragatur, insultet primū
 omnium necesse est, memoriæ sancti Cæ-
 lestini, qui statuit vt desineret inceslere
 Nouitas verustatē: deinde irrideat definita
 sancti Xisti, qui censuit ne vltra quicquam
 liceat Nouitati , quia nihil addi conueuit
 Verustati. Sed & beati Cyrilli statuta cō-
 temnat. qui venerandi Capreoli zelū ma-
 gna prædicatione laudauit: quod antiqua
 fidei

fidei dogmata confirmari cuperet, nouitia
 verò adiuuenta damnari. Ephesinam quo-
 que Synodum; id est totius penè orientis,
 sanctorum Episcoporum iudicata procul-
 cet: quibus diuinitus placuit, nihil aliud
 posteris credendum decernere, nisi quod
 sacrata sibi que in Christo consentiens san-
 ctorum patrum tenuisset antiquitas: qui-
 que etiam vociferantes, & acclamantes,
 vno ore testificati sunt, has esse omnium
 voces, hoc omnes optare, hoc omnes cen-
 sere: vt sicut vniuersi ferè ante Nestorium
 hæretici contemneres Verustatem, & ad-
 ferentes Nouitatem damnari forent, ita
 ipse quoque Nestorius auctor Nouitatis,
 & impugnator Verustatis cōdemnaretur.
 Quorum sacrosancta & celestis gratia
 munere inspirata consensio cui displicet,
 quid aliud sequitur, nisi vt prophanitatem
 Nestorij adserat non iure damnatam: Ad
 extremum quoq; vniuersam Christi Ec-
 clesiā, & Magistros eius Apostolos & Pro-
 phetas, præcipueque tamen Apostolum
 Paulum velut quædam purgamenta con-
 temnat: illam, quod à religione colēdæ &
 excolendæ semel sibi traditæ fidei nunquā
 recesserit: Illum verò, qui scripserit, O Ti-
 mothee depositum custodi, deuitans pro-

1. Tim. 6

Y



690 VINC. ADVER. HÆRE.
 phanas vocum nouitates, Et item: Si quis
 vobis adnūciauerit præterquam quod ac-
 cepistis, anathema sit. Quod si neq; Apo-
 stolica definita, neque Ecclesiastica decre-
 ta temeranda sunt, quibus secundum sa-
 crofanctam vniuersitatis & antiquitatis
 consensionem cuncti semper hæretici, &
 ad extremum Pelagius, Cælestius, Nesto-
 rius, iure meritoque damnati sunt, necesse
 est profectò omnibus deinceps Catholi-
 cis, qui sese Ecclesiæ matris legitimos fi-
 lios probare student, vt sanctæ sanctorum
 patrum fidei inhæreant, adglutinent, im-
 moriantur: prophanas verò prophano-
 rum nouitates derestentur, horrescant
 insectentur, persequantur. Hæc sunt ferè
 quæ duobus commonitoriis latius disser-
 ta, aliquanto nunc breuius recapitulandi
 lege constricta sunt: vt memoria mea cui
 adminiculandæ ista confecimus, &
 commonendi assiduitate re-
 paretur, & prolixitatis
 fastidio non ob-
 ruatur.

F I N I S.



INDEX COPIO-
 SISSIMVS VOCVM,
 ET SENTENTIARVM
 huius operis.

A

A ron loco Iesus factus est Sa- cerdos secundum ordinem Melchisedech.	160
Aaron Moysi frater.	159
Aaron cum impudentibus de sacerdotij gentisque principatu contendit.	354
Abel iustus.	355
Abrahæ, Isaac, & Iacob sinus.	179
Abraham & Iacob terram & cinerem an- te Deum se nominauerunt.	412
Abraham pater generis nostri, & Hebræo- rum vocatus.	507
Abraham exultauit vt videret diem Chri- sti, & gausus est.	408
Abfalon diuino iudicio arbori appensus est.	405
Abstinendum ab iracundia.	498
Abundantia procreatrix omnium.	247



I N D E X.

Accedentes ad sanctissimum Sacramen- tum expiari esse debent.	125
Achab fallitur.	373
Actiones diuinæ diffundunt, & diuidunt cæteris omnibus pro cuiusque ratio- ne.	70
Actio omnia sancta Dei imitatrix ad eum, tanquam ad authorem refertur.	67
Accubatio requiem significat.	380
Aduenæ huius mundi expectant regni Dei hæreditatem.	537
Adæ corpus ex quatuor elementis.	468
Adam per mulierem persuasus.	450
Ægypti transmigratio.	426
Affirmationes, & negationes in diuinis rebus.	18
Agathopus Diaconus.	419
Agrippinus Carthaginensis Episcopus iterandi baptismatis author.	625
Aliud definitur.	307
Ambrosius.	622
Altaria dæmonum in puluerem redacta.	609
Amator hominum Deus.	435
Amictus, & instrumenta Angelorum de- claratio.	79
Amici Dei.	535
Amor diuinus.	21
	ibid.

I N D E X.

ibidem.	
Amoris nomen quàm charitatis diuinus esse.	244. & 245
Amoris nomen probatum.	Ibid.
Amor diuinus quid efficiat.	Ibid.
Amore diuino captus Paulus.	Ibid.
Angelorum nomen quid significet.	28
Angeli ad diuinitatis notitiam patres no- stros perduxerunt.	31
Angeli à Theologis spiritus cælestes nun- cupantur.	34
Angelus Mariæ apparuit.	33
Angelus Ioseph docuit.	Ibid.
Angelus pastoribus gaudium nuntiauit.	Ibidem.
Angelus Danieli loquens.	50
Angeli cælestium naturarum ordines om- nes complent.	53
Angeli vnicuique nationi præfecti erant.	55
Angelus Ægypti præpositus.	55
Angeli hominum pontifices dicuntur.	61
Angelus noster à Theologia pontifex no- minatur.	62
Angelus quid.	182
Angeli diuini silentij interpretes.	219



INDEX.

Angelis inest malum.	259
Angelus benignus.	Ibid.
Angelus Dei imago.	260
Angeli exornatio, declaratioque.	Ibid.
Angeli quæ in terra fiunt, sciunt.	293
Angelica essentia diuina non statum dici.	312
Angelorum bonorum sectatores semper cum Deo erunt.	367
Angeli per ænigmata res diuinas mysticè proferunt.	375
Angelo offertur in ara.	509
Angeli Dei visione perfruuntur.	545
Angeli ad Apostolos.	448
Anathema aliquem fieri quid.	638
Anacletus Papa.	389
Anima per baptismum reuiuiscit, & per homicidium moritur.	511
Anacletus diaconus Petro ministravit.	395
Animal cupiditate ad id quod sensu desiderabile est impellitur.	21
Animantium rationis expertium sensus & multa membra, ad incorporeas celestium naturarum intelligentias referuntur.	83
Animus noster ad primam speciem materiæ expertem excitatur.	22
Animalia rationis expertia.	229
Animap	

INDEX.

Animantibus rationis expertibus inest malum.	263
Animorum sanctorum corpora paria.	173
Anni, dies, noctes, tempora, conuersiones definitæ.	231
Animi motus.	239
Animi corporisquæ vinculum.	299
Ante conspectum oculorum Domini sumus.	500
Ante Tribunal Christi ad stare.	Ibid.
Antichristus quis.	461. & 467
Antiochia Syriæ ciuitas, prima Petri Apostoli sedes.	458
Antistes diuinus quid.	182. & 183
Antistitis preces pro mortuis.	180
Antiquus dierum Deus.	314
Apollinaris.	637. 638. 639
Apollophanes Sophista.	350
Apollonius & Bassus presbyteri.	403
Apostoli columnæ mundi.	443
Antistes scit quæ promissa vera sint.	183
Aqua vitalis perfectionis ministra.	23
Aqua expiationis.	161
Aquilæ figura.	82
Archangelorum Principatus.	51
Arbor bona.	257
Armemur armis iustitiæ.	498
Arriana perfidia quantum malorum in-	



I N D E X.

uexit. 669. 521

Astutus vt serpens. 417

Artes malæ fugienda. 440

Athlotera. 106

Athleta Dei. 417

Attriti. 622

Auaritia omnium malorum principium est. 498

Auaritia, & arrogantia ad impietatem deductus calumniator. 428

Author celestium essentiarum Iesus, & omni essentia superior. 33

Auctor sacrorum Deus. 160

B

Baptismus lucis principium. 178

Baptismus per Euphanium. 460

Bartholomæus diuinus. 336

Beatitudo diuina. 27

B. Dionysij epistola. 344

Beatus qui propter nomen Domini reprobatus fuerit. 481

Birrus Diaconus. 473

Bona terræ comedenda. 466

Bouis figura. 82

Bonitas omnia ad se conuertit. 233

Bonitas nec verbis exprimi nec mente cogitari

I N D E X.

gitari potest. 355

Boni pulchri causa fieri omnia. 241

Boni & mali differentia. 251

Boni natura est proferte in lucem, mali verò inrerimere. 251

Bonum, lux, pulchrum, &c. 217

Bonum quid. 233

Bonum pulchrúmque exptendum. 241

Bonum atque honestum amabile. 249

Bonum partim quid & non. 257

Bonum bona profert. 261

Bonorum propriorum priuatio. 263

C

CAio monacho scripsit B. Dionysius. 344

Cain fraticida. 468

Caligo diuina quid. 334 & 347

Calix rotundus. 378

Canes muti latrare non valentes. 477

Cantus diuini. 116

Capillus tonsus quid significet. 169

Capreolus Episcopus.

Carpus inferiora aspiciebat, superiora negligebat. 370

Castianus hospes Ignatij. 389

Castus Dei habitaculum. 469



INDEX.

Catholica fides constat, vniuersitate, antiquitate, confessione.	
Causa Hierarchiæ.	27
Celestinus Papa.	687
Castè iustèque est viuendum.	418
Charitas prima Dei motio multis ad diuina est.	95
Charitas & veritas Deus est.	525
Catechumeni ex sanctis choris ciiciuntur.	178
Catechumeni extra templi ambitū collocantur, & vnà cum eis energumeni.	111
Cherubim in diuinitate præclara sedent.	50
Cherubim significatio.	38
Cherubim talari veste hierarchiæ induebantur, & renes saphiro præincti erant.	ibidem
Cherubim scientiæ altioris particeps.	61
Chore, & qui conspirauerunt cum eo aduersus Aaron ducenti quinquaginta igne consumpti sunt.	405
Creatura in conspectu eius non inuisibilis.	307
Christus ad sui bonorumque communionem sua benigna humanitate hominum genus vocat.	131
Christus in se non diuifus.	357
Christus	

INDEX.

Christus ante Abraham erat.	403
Christi vna caro, vnus sanguis.	435
Christus Iesus homo semetipsum dedit pro seculi vita.	461
Christus in oratione vnus vel duorum consistit.	475
Christus peccata nostra sustulit.	501
Christiani nomen discipuli in Antiochia Syriæ primò acqviserunt.	410
Christianitas in iudaismum non creditur.	419
Christophorus Timotheus iuuenis.	404
Cibus perficit ea quæ aluntur, & est duplex.	377
Clemens Petri & Pauli auditor.	389
Clemens philosophus.	282
Clemens diaconus Petro ministravit.	193
Cleobulus, & Thedotus nepotes Nicolai.	400
Cælestes naturæ, & ordines incorporei sunt.	89
Cælestinus.	669
Cæli verbo Dei firmati.	518
Cæna diuina sacra memoria recolitur.	117
Cognitio vim coniungendi habet.	293
Commonitorium.	612
Communes essentia communi nomine Angeli vocantur.	34
Com	



I N D E X.

Communionis sacramentum. 110
 Concilia. 667
 Comparatio pictoris corporis & mentis, hoc est, diuini. 135
 Confalutatio inter Ecclesiastici ordinis homines seruata. 161
 Consecrationum mysterium 157
 Consecrationis munus diuino spiritui attribuitur. 160
 Consecrationes quæ pontificem attingunt, diuinus pontifex non suo impulsu conficere debet, sed Deo permouente. 161
 Consecrationis monasticæ mysterium. 167
 Contra stimulum calcitrare durum. 442
 Contemplatio. 100
 Corde creditur ad Iustitiam. 484
 Corpora multa resurrexerunt de monumentis. 397
 Crocus Deo dignus. 473
 Crux Christi armatura contra Satanam. 514
 Cur interdum magni viri sinantur rerum nouarum in ecclesia fieri authores. 633
 Cuius scientia cum Græcia cedere. 652
 Cyprianus. 627
 Cyrillus. 685
 Damas

I N D E X.

D

Damas episcopus. 403
 Damas Magnesiæ episcopus 465
 Datan & Abiron. Mofi resistentes viui ad inferos depositi sunt. 405
 Dauid mitis. 480
 Deus Angelicæ Hierarchiæ princeps & author est. 29
 Deus bonitate ductus omnes naturas in lucem protulit. ibidem
 Deus status & aspectus auctor. 66
 Deus solus bonus. 204
 Deus est essentia, & omnem essentiam superat. 216
 Deus ab essentia secretus. 255
 Deus quomodo moueatur. 312
 Deus non auctor est mali. 259
 Deus sapientia præstantior. 291
 Deus nouit omnia antequam fierent. 291. & 292.
 Deus Sanctus sanctorum, Rex regum, dominus dominorum, & Deus deorum. 324
 Deus homo factus. 346. & 347
 Deus verbum ex virgine corpus simile nobis passibile sine peccato induens. 399
 Deformitas pulchritudinis defectus. 264
 Dei



I N D E X.

Dei inuisibilia.	134
Dei aspectus omnium prophetarum dignissimus.	354
Demophilus monachus.	355
Deo caelestia, terrestria, & subterranea subiecta sunt, & cui omnis spiritus seruit.	497
Deo possibilia omnia sunt.	540
Depositum.	667
Diaconi presbyteris subditi sunt.	453
Diaconatum quid.	395
Diem festum pro sabbatatione celebratur.	409
Dij in celo, & in terra dicuntur.	220
Dij alieni noua dogmata.	634
Dilectio Spiritui Sancto amabilis.	343
Dilectio Dei & proximi.	450
Discipuli Spiritu Sancto baptizantur.	160
Diuina iustitia munus pro dignitate tribuit.	89
Diuina bonitas beneficos lucis suae radios largè in omnes mentis oculos diffundit.	102
Diuina nomina.	190
Diuina omnia nobis patefacta sunt.	213
Diuinitas Iesu rerum omnium causa.	216
Diuinorum scriptorum descriptiones, honorem tribuunt caelestibus naturis.	19
Diui	

I N D E X.

Diuisio mentium.	60
Diuitiae neminem insent.	449
Dolores facere dicuntur.	215
Dominationes, potestates, & virtutes.	45
Dominatus quid.	28
Dominus virtutum caelestium, rexque gloriae est.	42
Donatista.	620
Draco apostata.	49
Duobus modis vera fides approbatur.	681
Duces diuinæ sapientiae moriuntur pro veritate.	296
Duo characteres in hominibus reperiuntur.	406

E

E brietas in bono & malo.	380
Ecclesia Christi fidissima statio.	659
Ecclesiae non praerit, qui familiae non praeculare praefuit.	363
Ecclesia Tarsensis.	413
Ecclesia Dei firma nec cadere, nec disrumpi poterit.	519
Ecclesia sancta & virgo.	550
Effectio Dei quid.	90. & 91
Elemosyna de morte liberat.	502
Emanuel.	460
Ener	



I N D E X.

Energumenorum multitudo à sacris ar-	
cerur.	119
Euodius pastor.	462
Ephefus ciuitas in Asia ab Amazonibus	
olim condita.	471
Episcopus quid.	395
Episcopo subiecti esse debemus sicut Do-	
mino, ratio.	391. 401. & 412
Episcopus Christo subditus est.	453
Episcopus Sacerdotum princeps, fert ima-	
ginem Dei.	452
Epitheta Diaboli.	429
Equorum figura.	82
Elaias propheta à Seraphim purgatus.	
63	
Essentia, cuius odoris suauitas mentem	
superat.	144
Essentia essentia superior.	192
Eua de latere Adæ.	468
Eua vxor Adæ.	529
Euphranius lector.	431
Eucharistia firma reputatur, quæ ab Epi-	
sco concessa est.	451
Ex catholica arce in hæreseos baratrum	
præcipitari.	675
Excusatio obiectionis.	85
Execranda Nestorij arrogantia.	686
Exemplaria essentia effectrices.	282
Expia	

I N D E X.

Expiatio aquæ vitalis.	107
Expressio ex dissimilibus imaginibus du-	
cta.	18. & 19
Extremæ descriptiones non participant	
vniuersis summarum proprietatibus.	59
Ezechiel Theologus.	50

F

F alsiloquium execrandum.	468
Fides habenda Theologiæ sapientissi-	
ma.	191
Figuram naturamque viri mysticè Chri-	
stus assumpsit.	215
Filius Dei viu.	389
Filij nutriendi sunt in disciplina Domini.	
419	
Filij perditionis victoriam Christi negat.	
408	
Filij Cham qui sint hodie.	628
Flumina, rotæ, & curius caelestibus men-	
tibus adiuncta.	83
Fornicatores, molles, masculorum concu-	
bitores, maledici, ebriosi, fures, rapaces	
regnum Dei non possidebunt.	418
Fructus hæreticorum.	672
Fructum hæreticorum si quis gustauerit	
non morte temporali, sed aeterna mo-	

Z



I N D E X.

rietur.	
Frumentum.	400
Fugendi qui natiuitatem & passionem negant.	658
Furtum fugiendum..	389
	531

G.

G Aius.	453
Gaudij caelestium ordinum disputatio.	88. & 85
Geometrica vasa.	79
Germanus Catholicus quis.	657
Gigantum pugna.	573
Gloria & salus nostra.	516

H

H Amus inanis gloriae.	411
Hebion adiuuentor erroris.	439
Hebraeorum..	181
Hæreticorum varieties.	6:8
Hæretici insani nostræ tempestatis impie docere conantur.	686
Hæretici nouarum rerum semper cupidi antiqua fastidiunt.	670
Hæretici errores suos sub diuinæ legis oraculis regunt.	671
Hære-	

I N D E X.

Hæreses quare Deus oriri patiatur.	635
Hæreses nephanda: fugienda.	451
Herodis timor.	4:6
Hero filius Ignatij.	469
Hierarchiæ definitio.	25
Hierarchiæ utilitas.	ibidem
Hierarchia diuinæ pulchritudinis simulachrum est.	26
Hierarchiæ ordo.	27
Hierarchia Angelorum prima, secunda, & tertia.	37
Hierarchia omnis ex diuina imitatione pendet.	39
Hierarchiæ mundæ omnes.	40
Hierarchiam nostram Theologia Angelis attribuit.	54
Hierarchia ecclesiastica.	86
Hierarchia quid.	90
Hierarchiæ nostræ expositio.	90
Hierarchiæ principium Trinitas.	90
Hierarchiæ finis.	95
Hierarchiæ mos vt Catechumeni, & Euergetici qui in penitentia sunt patitur sacram audire psalmorum modulationem possint.	117
Hierarchia diuina est sacræ iustitiæ plena.	118
Hierarchia triplex.	147



I N D E X.

Hierarchia omnis in Iesum desinere videmus, sic & in suum pontificem. 152
 Hierarchia nostra ordinibus, qui à Deo traditi sunt, caelestibus hierarchiis similis est. 170
 Hieremias audit à domino. 404
 Hierotheus præceptor B. Dionysij Arcopagita. 222
 Hierusalem incolitur à magna hominum multitudine. 50
 Hominum accidentia. 76
 Honesiphorus, Birrus, Euplus, Phrontonius, cathenam Ignatij non erubuerunt. 473
 Humana forma & figura Angelis propria. 76
 Humilis David, & humilis Moses. 412
 Humilis exaltabitur, & exaltator humilis erit. 412

I

Iacobus Domini frater. 224
 Idola Caduci oppidi, ac Tholosanae vrbis. 528
 Iesus mens diuina, & essentia superior. 87
 Iesus simplex, æternus, qui in nostram venit

I N D E X.

venit naturam. 196
 Iesus & Spiritus sanctus fecundæ diuinitatis. 214
 Iesus Dei Filius per Mariam factus ex semine Dauid. 396
 Iesus triginta agens annos baptizatus à Ioanne in veritate, & non in phantasmate. 399
 Iesus Christus vita nostra. 130
 Ieiunijs & orationibus vacandum. 466
 Ignatius Antiochena ecclesie tertius post Petrum Apostolum Episcopus. 385
 Ignatij mors. 386
 Ignem sumunt Angeli figuram. 74
 Ignis sensu percipitur. 75
 Ignis non est refrigerare. 251
 Ioannes Theologus, Apostolus, & Euangelista. 382
 Ioannes in Pathmon relegatus est. 415
 Ioannis propheta significans passionem per Agni appellationem. 426
 Imagines Angelorum. 72. & 73
 Imbecillitas perfecta non est, ratio subicitur. 261
 Immortales cum Christo sunt. 196
 Imitatio diuina. 128
 Imitatores Christi efficiamur. 501
 Imperium nostrum cum Angelis aut alijs



I N D E X.

diis non diuisit Deus.	56
In causa & effectis non approbatur reciprocatio.	310
Inertia mater egestatis.	491
In finita Dei nomina.	325
Inferiorum essentiarum distinctiones.	67
Inferiores ordines ad maiora superioraq; munera ascendere non possunt.	155
In regno caelesti thesauri sapientiae.	531
Inimici crucis Christi quinam sint.	462.
& 467	
Interpretes diuinae enunciationis rationem simulachrorum effingendorum probant.	23
Inuidiae successor diabolus.	468
Iob innocentia praeditus.	355
Iob in domesticos intendit, & quare.	437
Ionas in ventre ceti.	398
Ira in iis, quae rationis expertia sunt inest.	20
Ira in rebus, quae mentis sunt participes aliter accipienda.	ibidem
Ira à ratione auersa.	262
Irafcendum & non peccandum.	503
Israëliticus populus non solus ad Dei notitiam conuersus est.	56
Israëliticum populum.	50
Iudicium diuini Principis reliquit Angelis.	

I N D E X.

gelis.	50
Iudicium domini.	503
Iulianus Pelagianus.	680
Iustitiae inimicus quis.	461
Iustitia, salus, redemptio.	296
Iustus in primordio sermonis accusator sui.	412

L

L Aici Diaconis subditi sunt.	433
Lauatio in legis hierarchia.	125
Lauatio Pontificis, & Sacerdotum quar.	125. & 126.
Laudator diuinus quis iudicatus sit.	225
Laudes amoris.	248
Laudes tribuendae auctori.	338
Lectioni intendendum.	466
Leonis figura.	82
Leo fortis, canis blandus.	264
Leuita non tangent sancta ne moriantur.	360
Lex per Angelos nobis data est.	31
Liber de animo.	229
Liber de angelorum proprietatibus.	229
Liber de diuinis nominibus quid sentiat de Dei bonitate.	339
Liberum arbitrium.	102



I N D E X.

Ligatio & solutio super terram, & in
cœlis. 184
Lingua omnis Deum confessa. 410
Linus diaconus Paulo ministravit. 395
Lumen verum quod illuminat hominem.
417
Lumen tenebras illustrat. 263
Lumina animo cernuntur. 376
Lupi rapaces qui sint. 676
Lutetia ad cœnobium Dionysianum. 8
Lux mentis bonum dicitur. 234

M.

Magneſia Æolica ciuitas iuxta Mean-
drum. 402
Mignitudo Dei tū infinira est, tum quan-
titate caret. 306
Magnus Deus. Ibid.
Malignus sentit suam perditionem. 423
Malum cum Deo nullum habet commer-
cium. 259
Malum pro malo non reddere. 497
Margaritarum ornatus ante suos non
proiciendus. 25
Maria elephantia infecta est. 360
Maria Castibolita mulierum sapientissi-
ma. 388
Mariæ virginitas. 425
Marius.

I N D E X.

Marius Episcopus. 471
Maria Ignatii filia. 471
Martialis epistola. 506
Martialis ad Tholosanos epistola. 521
Matrimonij certificatio. 524
Melchisedech sacerdos Deo charissimus.
55
Melle suauior Origenis oratio. 650
Mentes Deo charæ sunt. 28
Mentes diuinæ ratione cœlesti in tria diui-
sa sunt. 60
Migrantes à vita cum firma spe diuinæ
lætitiæ. 172
Migrati à vita oleo perfunduntur. 186
Miles Christi non se implicat secularibus
negotiis. 466
Millia potestatum Archangelorum. 532
Ministri diuini altaris panem benedictio-
neque facta calicem proponunt. 111
Minister super pontificis caput manum
dextram habet. 157
Mittere se deorsum quid. 674. & 675
Monachorum ordinis declaratio. 163
Monas principium duorum. 278
Morbus constitutionis defectio. 256
Mors est in nobis, non essentia interitus.
106
Mors Sanctorum quid. 124



I N D E X.

Mors seculi delectatio. 371
 Morimur nūc per Adam, resurgemus per Christum. 375
 Moses primus legis doctor, & Pontifex hierarchiæ. 149. & 405
 Moses sacrorum legis mysteriorum inter pres. 159
 Moses primus nostros dies definiuit. 132
 Moses mansuetus. 480
 Moses mundari iubetur. 337
 Motus tres. 240
 Mulieres non execrandæ. 458
 Multitudo vnius particeps. 328
 Mysterium diuinum Angelis primum enunciatum. 32
 Mysterium vnguenti. 333
 Mysterium legis hierarchiæ. 149
 Mysterium Trinitatis. 317

N

Natura cælestes communi verbo Virtutes cælestes diuini spiritus dicuntur. 59
 Natura animata statum à summo bono accepit. 129
 Natura Dei omnem mentem superat. 294
 Natura non mala. 264
 Negatio

I N D E X.

Negatio sui est à veritate prolapsio. 300
 Nemo à sorde mundus. 283
 Nemo seipsum seducat. 449
 Nemo Origene plura conscripsit, vixit enim vsque ad annum lxx. 650
 Nestorius qualis. 636
 Nestorij error. 640
 Nicolaitæ libidinis amatores. 400
 Nihil in rerum natura est, quod omni ex parte boni sit expers. 20
 Nihil turpe, quod sine peccato geritur. 425
 Nomen Angelorum nomina. 37
 Nomen Dei mirabile, omne aliud superans, quod nominatur siue in hoc seculo, siue in futuro, vita, lux, veritas, Dominus dominorum, sanctus sanctorum. 200. 201. 202
 Non communicandum nisi cum diuinis sacrorum perfectioribus. 94
 Notitiam Dei habemus ex rerum descriptione. 293
 Nouatianus. 669
 Nouum testamentum post antiquiorem traditionem prædicatum. 117
 Nubis species Angelis apta. 80
 Numerus Angelorum traditus significatione. 72
 Obie



I N D E X.

O	
Obectiones varia.	619
Olei perfuso.	185
Onesimus, & Vitus Episcopi.	470
Omnibus naturis pro eorum captu lumen suum permittit Deus.	64
Onesius Ephesiorum pastor.	465
Ordines Hierarchiz.	32
Ordinis Angelici repetitio, & conclusio.	57
Ordines facti.	147
Ordo sacerdotum triplex.	151
Ordo præditus expiandi ministrorū.	155
Ordines qui imitantur.	164
Ordinum initiandorum triplex genus.	164
Ordinis expiandi definitio.	164
Ordo medius.	165
Ordinis sancti populi definitio.	165
Ordo sanctorum Monachorum.	166
Ordines Angelorum laudantium Deum vbi.	531
Orare pro regibus.	504
Orationes, quas hierarchia habet Dei benefici concessu ac munere conceduntur.	216
Orationis vis.	220
Orationes affirmantes, & negantes de Deo.	239
Oratio	

I N D E X.

Oratio necessaria.	634
Origenis genus, & eruditio.	661.654.655
Ozias, & Saul sacrum absurdum fecerunt.	359. & 360
Ozias leprosus factus.	405

P

P	
Alca.	658
Pannonius.	736
Parui nomen in Deo accipiendum est.	306
Paruum, minutum, vel tenue quare dicitur.	306
Passio Christi.	397.398.399.142.411
Pater fons diuinitatis.	214
Patres orthodoxi in quibus inter se consentiunt.	677
Paulus & Petrus fundamenta Ecclesiz.	410
Pauli ciues, qui ab Hierosolymis, in circuitu sunt vsque ad Illyricum.	415
Paulus in Christo gloriabatur.	415
Paulus & Iacobus gladiis obruncati fuerunt.	415
Paulus ceterique Apostoli imitandi.	441
Pauperibus benefaciendum.	469
Pax, & quid sibi vult status, quæ sit vita ipsa.	316
Peccata	



I N D E X.

Peccata elemosyna & fide purgatur.	469
Photini dores.	6, 7, 639
Photinni secta.	ibid.
Pelagius.	669
Pennarum Seraphim significatio.	142
Perfectio Sacerdotum.	151
Perfectum, & vnum.	327
Perfecti definitio.	Ibid.
Perpulchre dictum.	663
Persæ, & Magi fidem non habent.	352
Petrus Theologorum columen.	224
Philadelphia Mysæ vrbs.	432
Philippi ciuitas est in prima parte Macedoniae.	420
Philon diaconus.	419
Philo diaconus.	444
Pœnitentibus dimittit Deus.	441
Polybius Trallianorum Antistes.	465
Polycarpus Ioannis auditor.	385
Polycarpus Pontifex.	349
Polycarpus Episcopus.	455
Pontifex sanctam pacem omnibus nunciat.	111
Pontifex & Sacerdos manus aqua abluunt.	111
Pontifex ad sacram communionem ceteros vocat.	112
Pontifex diuinus.	102
Pontif.	

I N D E X.

Pontifex primum participat.	132
Pontificatus quid.	133
Pontificibus, Sacerdotibus, & Ministris communia.	158
Pontifices fecernendi vim habent.	184
Pontificibus sacerdotij vis, & scientia à diuina mysteriorum auctore bonitate datur.	162
Pontifex in sancta sanctorum.	360
Pontifices Apostolorum successores.	363
Porphyrij de Origene testimonium.	653
Potestatum declaratio.	47
Potestates bonorum effectrices.	267
Precationes in mysteriis adhibitæ.	186
Preces iustorum in hac vita, nedum post mortem profunt.	191, 181
Precum iustorum probatio.	181
Præpotens rerum omnium, antiquus dies, æternitas & tempus.	313
Presbyterium quid.	395
Presbyteri, subditi estote Episcopo.	418
Presbyteri Episcopo subditi sunt.	453
Prima naturarum cælestium descriptio.	36
Prima sanctorum Angelorum distinctio in se magis quàm cetera igneam proprietatem continet.	67
Principatus, Potestates, & virtutes supra Archangelorum ordinem collocantur.	



I N D E X.

tur,	34
Principium persecutionis quod.	94. & 95
Princeps malitiæ multiformis.	423
Priscillianus.	669
Profectus.	663
Prohibitio erroris.	174
Prophetae secundum Iesum vixerunt, idco- que & persecutionem passi sunt.	408
Prophetae Christum prænunciant.	438
Prophetia Saluatoris.	460
Prophetae.	679
Prouidentia Altissimi Angeli nostræ salu- tis causa sunt.	56
Prouidentia boni principium est.	200
Psalmista, & doctor gentium Deum co- gnouisse dicitur.	348
Pseudoprophetae & pseudoapostoli.	438
Pupilli tuendi.	467
Pueri, qui in sancto instituto ac lege insti- tuuntur, ad sanctam animi constitutio- nem perueniunt.	188
Pueri qui cadunt antè quam foueantur.	118
Pueri optimis institutoribus tradendi sunt.	188. 436. 437
Puer datus.	460
Pulchritudo Deo digna sit, ratio est.	25
Pulchritudines Dei abstrusæ macula & sorde	

I N D E X.

forde carent.	134
Pulchrum & pulchritudo non diuideuda.	235. & 236
Pulchrum quid.	236
Pulchrum idem quod bonum.	237

Q

Q Vanam sunt ea, quæ in illustratio- ne fiant.	940
Quæ sub sensum cadunt.	341
Quæ sub animo cernuntur.	342
Quæ sub sensum cadunt per signa intue- mur.	371
Qui diuina sapientia præditi sunt sancta sanctorum sine vlla macula fecernunt.	23
Qui sanctè dormierunt mysterium.	176
Qui diuina imitatur, sancta præmia con- sequitur.	177
Qui sanctos contemnit.	172
Qui erunt sicut Angeli.	197
Qui contra regem insurgit damnatione dignus est, quoniam tranquillitatem & pacem dissoluit.	452
Qui honorat Episcopum honorabitur à Deo & contra.	452
Quomodo Dei noticiam habemus.	293



I N D E X.

Quorum patrum sententias sequi oportet. 678

R.

Ratio cur flumina, totæ, & currus
 cælestibus mentibus adiungan-
 tur. 83. & 84

Ratio beatitudinis sanctorum. 173

Ratio vitandi hæreticorum fucos. 618

Recta linea. 239

Rectè dictum pyxides habere, pharmaca
 verò venenum. 672.

Responsio obiectionis. 302

Reges sancti. 327

Resurrectio Christi. 397

Rex imago Dei. 452

Rex seruatorum. 267

Roma Italicarum urbium præstantissi-
 ma. 488

Rosca catholici sensus plantaria. 665

Rotarum aliã interpretatio, 84

S.

Sabellina.
 Sacerdotes Angelis comparantur.

70

Sacer

I N D E X.

Sacerdotum est quæ hierarchiæ propria
 sunt docere. 152

Sacerdotum descriptiones diuinarum a-
 ctionum simulachra sunt. 156

Sacerdotum ordo ad lucem ducit. 154

Sacerdos ante altare genibus flexis. 157

Sacerdotum flexus pedum, & eius signifi-
 catio. 162

Sacerdotes nuncij, atque interpretes, se-
 cundum Pontifices, sunt diuinorum iu-
 dicioium. 758. & 361

Sacerdotes cum impiè viuunt corrigun-
 tur, & reprehenduntur. 360

Sacerdotes boni. 442

Sacramentum illustrationis. 96

Sacramentum omnium præstantissimum.
 108

Sacrosanctæ expressionis duplex est ge-
 nus. 17

Sacrosanctus Principatus in clarioribus
 rebus versatur. 53

Sacros ordines attingentia. 157

Salus quomodo existat. 9

Salutatio quæ in extrema sacrorum ordi-
 num adhibetur. 161

Samuel nonagenarium Heli sacerdotem
 redarguit. 403. & 405

Sancti cælestium ordines. 30



I N D E X.

Sanctus Angelorum ordo.	52
Sanctus cuius non est.	92
Sancti iucūdā grātamque requiem adepti sunt.	174
S. Hierothei verba ex elementis Theologicis.	216
Sanctitas quid.	325
Sancti mundum iudicabunt.	503
Sapientia, mens, ratio, veritas, fides.	287
Satanæ tentatio.	427. & 428. & 429
Satanas actus suos conuertit in sagittas igneas ad peccatum.	483
Saul à Samuele adiutus.	181.
Saul non expectans Samuelem sacerdotem.	405
Secuæ à demonibus inuasi.	360
Scientia non est omnium.	92
Scientia sacrosancta cælestium spirituum defatigationis experta est, & perpetuum Dei amorem tenet.	141
Semen triticæ fidei.	665
Sententia Ciceronis de Platone.	654
Seraphim interpretatio.	38
Seraphim, Throni, & dominationes non item.	59
Seraphim proprietas est per ignem purgare.	70
Seraphim interpretatio.	143
Serp.	49

I N D E X.

Serpens, qui diabolus est, seduxit Adam patrem generis nostri.	1400
Sex hydræ aqua plenæ, aqua in vinum mutata.	529
Signum in virorum innocentum frontibus.	50
Signum crucis à Pontifice cōsecrante vni cuique ordinem ecclesiasticū accipiente imprimitur.	157
Signum crucis significatio.	159
Similia, & dissimilia.	711
Similitudines obscuræ mentem nostram in cælum tollunt.	19
Similitudo purgandi expiandique Dei & Pontificis nostri.	70
Simonis amentissimi scripti.	286
Simon Menander, Basilides, Hebionitæ, maledictos Hieremias asseruit.	400
Simon Magus.	669
Simplex vt columba.	457
Simon quid.	180
Singulis gentibus qui præsunt Angelorum effectus.	57
Smyrnam venit Ignatius.	385
Smyrna ciuitas Licæ prouinciæ in Asia.	445
Sobrietas.	502. & 503
Socio conuiuia Ignatij.	403

I N D E X.

Societas cum Christo & Belial nulla.	
485.	
Solis cum lumine diuino comparatio.	
64. & 65	
Solem suum super bonos, & malos oriri facit Deus.	356. & 357
Solis cum precibus comparatio.	181
Sol omnia lustrat.	227
Solis nominatio descriptioque.	233.
& 282	
Salomon, & Iosias in iuuentute ministri sapientes.	404
Somnus & sanctorum dormitio.	173
Sorores, fratresque Ignatij.	457. & 469
Sopater Sacerdos.	348
Sors diuina, diuinitus Mathiæ obtigit.	
161	
Sors diuina quid.	ibid.
Spiritualis Sanctorum Seraphim intelligen tia.	142
Spiritus sancti acceptio.	184
Sponsa Domini Ecclesia.	443
Status & sessionis author.	311
Status.	278
Stephanus Diaconus beatissimi Iacobi mi nistrator.	395
Stephanus Dei amicus.	509
Sculptura Dei sapientia.	288
	Steph

I N D E X.

Stephanus Papa.	626
Summum bonum celestium principio rum causa.	230
Summi boni laus.	235
Superbia fugienda.	468
Sygibertus antè consulebat dæmonia.	
508	
Synaxis.	108
Synaxeos sacramentum.	114

T

T arsus ciuitas metropolis Cilicia prouincia.	413
Temporis & æternitatis natura.	315
Temporis definitio.	315. & 316
Tentatio maxima.	635
Tertullianus Montani somnia probat.	
655. & 656.	
Thamariscus.	461
Theologia rerum diuinarum doctrina eru dit.	32
Theologia coniuncta, distinctaque, & que coniunctio diuina sit.	104
Theologia celestibus naturis speciem var rij coloris adhibet.	81
Theologia alia coniunctè, alia distinctè tradit.	207



I N D E X.

Theologia mystica. 334
 Theologia in signis versatur. 340
 Thomas iniicit digitum in fixurā clauorum. 447
 Throni explicatio. 38
 Throni ignei. 74
 Timotheus Diaconus Paulo ministravit. 395
 Timotheus exhortatur. 335
 Titus Pontifex. 371
 Tractatores. 679
 Tranquillitas cælestis nulla oratione exprimi potest. 85
 Transfigurare se in Apostolos Christi quid. 673
 Trinitas boni principium. 221
 Trinitas cognita. 331
 Trinitatis confessio. 421
 Turpium errorum lupanar. 666

V

Vbi locum habet virginitas. 532
 Vbi veritas & Iustitia. Ibid.
 Venalici errores. 630
 Venerandi Episcopi. 395
 Ventorum nomen Angelis conueniens 80

Verba

I N D E X.

Verba dignissima quæ sint. 92
 Verbum natura bonum. 204
 Verbum diuinum. 180
 Verbum quod exprimi nequit. 192
 Veritas. 300
 Veritatem ex corde purissimam ostendere. 533
 Vestis pontificia. 29
 Vestis prioris detractio. 169
 Vestitus omnium quid. 672
 Vetera, transierunt, & omnia facta sunt noua. 408
 Verus testamentum opera Iesu dixisse, nouum autem effecisse. 117
 Viæ Domini rectæ. 369
 Victima arietis cæsa. 307
 Viduæ pudicæ sacrarium Dei. 419
 467
 Viduæ pudicæ Iudith & Anna. 437
 Viduarum officium. 437
 Vincētius Perimensis Gallus, primùm miles, post Monachus. 615
 Virgæ ab Angelis latæ enucleatio. 79
 Virgines, tanquam Christi sacramenta custodiendas cupit Ignatius. 469
 Virgo Valeria sponsa regis terrestris. 527
 Virtutum explanatio. 46.47



I N D E X.

Virtutes sanctissimæ antiquissimæque. 280

Virtutis munera. 298

Virtutes diuinæ angelicarum. 298

Visiones diuinæ. 34

Vis & proprietas ignis. 75

Vis nostræ hierarchiæ. 92

Vis Deus est. 177

Vita æterna. 284

Vita immortalium Angelorum. ibid.

Vita eorum quæ viuunt & essentia quæ sunt. 194

Vnde corpus statum suum capiat. 22

Vnde Chrisma vulgo appellatum. 6

Vnguenti definitio, siue descriptio. 139

Vnguenti mysteriorum ritus. 133

Vnguento diuino omnia perficiuntur, & sanctificantur. 146

Vnitas vnitatis omnium effectrix. 192

Vnus Deus, vna fides & vnum baptisma. 422

Vnus Deus. 28. 329. 330. & 416

Vnus Spiritus sanctus, qui operatur in Moise, & Prophetis, & Apostolis. 422. & 438

Vnus mediator Dei & hominum. 461

Vulnus vno emplastro non curatur. 457

Xistus

I N D E X.

X

Xistus Papa. 787

Z

Z Acharia à Gabriele doctus. 32

Zona Angelica. 79

Zozimus & Ruffus. 504

Zelantes bona à scandalis abstinere. 500

F I N I S.





